
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
I A
53




FORMVLARIVM
Quotidianum Contractuum.

SECVNDVM STILVM POTISSIME FLORENTINVM.

Cui etiam plura acta forensia frequentissima superaddita fuerunt.

Ad hæc alia quædam instrumenta Ecclesiasticas materias continentia in fine huius libri seorsum à profanis, ne ordo illorum confundatur seriatim collocata.





FLORENTIAE.
APVD IVNTAS.
M D LXXXVII.
Cum Licentia, & Priuilegio.

PHILIPPVS IVNCTA Bernardi Filius, ET IACOBVS FRATER LECTORI.



VM antiquiorum, ac magis peritorum scribarum, & caussidicorum, sermone ad nos antea perlatum fuerit in veteri formularij codice, qui venalis in nostra officina inter alios habetur, esse aliqua publica instrumenta, vel potius instrumentorum formulas ineptas, et prolixiores quàm deceat, atque a communi recentiorum vsu alienas, rem perutilem notarijs omnibus atque ijs etiam, qui eorum opera in eiusmodi instrumentis conficiendis vtuntur, facturos esse

existimauimus si amputatis superuacaneorum verborum ambagibus, illas, corrigendas atque admodum breuiorem, & communem horum temporum dicendi stilum nouarumque legum instituta, & noua negocia, accomodatas, reducendas curaremus, Nostro igitur rogatu, à Serenissimo Francisco Medice, magno Hetruriæ Duce, Florentino Proconsuli datum fuit in mandatis, vt qui sibi ad ea idonei viderentur illis onus hoc imponeret. Isque rem detulit eximio vtriusque iuris consulto Alberto Florario aduocato Floren. ac Francisco Parentio, & Francisco Iordanio in arte Notariatus apprime eruditis, & acuto viris ingenio, ac recto iudicio præditis, qui publici huius boni causa negocium hoc libenti animo susceperunt: Illudque iampridem confecissent, nisi acerbo ipsius Iordani obitu intermissũ fuisset, ab illius enim interitu aliorum industria, & labore, fuit ijs proximis diebus cõpletum:

pletum:

pletum: in his scilicet quæ circa laycorum materias versantur: Nam alia in quibus de rebus clericorum, & ad ecclesiasticum forum pertinentibus agitur (ita congruum esse & expedire existimantes) Ecclesiasticæ curiæ notarijs corrigenda & reformanda reliquerunt: Hoc munus à Reuerendo Domino Sebastiano Medice Illust. & Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Florentini Generali Vicario, Bened. Alb. vni ex antiquioribus notarijs eiusdem Curiæ fuit iniunctum, qui veteres Ecclesiasticorum contractuum formas, quæ in eo formulary archetypo continentur, perlegens, maiorem illorum partem ex eo penitus abolendam, & alios abolitorum loco subijciendos, partem ad magis compendiosum modulum redigendam esse censuit: Nosque hos cum prioribus illis antea castigatis ad communem omnium frugem typis excudendos esse decreuimus, in quo si quid, vel commodita-

 tis,

tis, vel vtilitatis, studium hoc nostrum tabellionibus attulit, His præsertim qui tyrones adhuc sunt nec multum in eiusmodi arte versati, haud nobis, qui id suasimus; sed illis quorum officio hæc diligenter fuerunt confecta, gratum & acceptum referant. Florentiæ pridie Kal. Decembris. Ann. Sal. M. D. LXXVI.

INDEX ALPHABETICVS AD NVMERVM CARTARVM.

Scilicet instrumentorum sæcularium.

† 4 Crea-

Ad

N

O


P

R

S

Substi-


FINIS.



INDEX
ALPHABETICVS
AD NVMERVM
CARTARVM.

Videlicet Instrumentorum, Ecclesiasticorum.

ditionis






FORMVLARIVM QVOTIDIANVM Instrumentorum.

Inter contrahentes celebrandorum, olim ab incerto quidem Auctore, sed docte, & eleganter compilatum: Nunc vero non minori cura, & diligentia recognitum, auctum, & emendatum, secundum stilum, & consuetudinem Vniversitatis Notariorum Ciuit. Florentię: Tabellionib. causidicis, & aduocatis quibuscunque, nedum frugiferum, sed valde necessarium.

Mandatum plenissimum.



N Nomine Domini nostri Iesu Christi Amen: Anno ab eiusdem salutifera Incarnatione, millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, Indictione tertia, & die prima mensis Septembris, Gregorio decimo tertio Summo Pontifice, & Sereniss. Frãcisco Medice Magno Etruriæ Duce dominante.

Actum Florentiæ in audientia Artis Iudicum, & Notariorum Ciuitatis Florentiæ, sita in populo Sancti. . . . præsentibus A. & B. testibus ad infrascripta omnia, & singula vocatis, & rogatis.

Locus contractus & nomina testium possunt etiam poni in fine instrumenti.

Debent adhiberi in quolibet contractu inter viuos saltem duo testes.

Publice omnibus pateat, & sit notum qualiter Domina Camilla filia q. Dominici Francisci de Florētia, & vxor olim Leonardi Hieronymi de Flor. personaliter constituta coram Magn. Dominis Proconsule, & Consulibus Artis Iudicum, & Notariorum Ciuitatis Florentiæ in eorum solita audientia in sufficienti numero congregatis ibidemq; pro tribunali sedentibus.

Si vero contractus fieret coram alio ex magistratibus deputatis per legem anni 1568. vel coram aliquo rectore extra Ciuitatem Florentiæ, tunc loco Domini Proconsulis, & Cōsulum apponatur nomen dicti alterius magistratus vel rectoris coram quo fieret.

Et faciens infrascripta omnia & singula in pręsentia, & cum consensu, auctoritate, & decreto dictorum Dominorum Proconsulis & Consulum præsentiū, & dictæ Dominæ Camillæ in omnibus, & singulis infrascriptis consentientium, & authoritatem, & decretum interponentium. Et legitime certificata primo, & ante omnia per dictos Dominos Proconsulem & Consules, & me N. Notarium infrascriptum de importantia pręsentis contractus, & instrumenti, & quid, & quantum eidem præiudicare potest.

Si mulier conferret mandatum ad obligandum eam pro alio, vel etiam faceret contractum in quo ipsa se obligaret pro alio, tunc apponantur ista verba.

Ac etiam certificata de beneficio Senatusconsulti Velleiani,

Velleiani, pru mulieribus introducto, de quibus omnibus dixit se plenissime informatam, & certioratam, & quibus cum consensu, auctoritate, & decreto prædictis expreßè renuntiauit. Non vi dolo, sed sponte, & ex eius certa scientia & libera voluntate, non reuocando per hæc aliquem, vel aliquos suos procuratores hactenus ab ea constitutos nec gesta per eos, & omni meliori modo, via, iure, causa, nomine, & forma, quibus magis, & melius potuit, fecit, constituit, creauit, & solemniter ordinauit suos veros, & legitimos procuratores, actores, & factores negociorũq; infrascriptorũ gestores, et certos nũtios spetiales & quicquid melius dici potest: prudentes viros Io. & Mar. absentes, sed tamquam præsentes (& si intersint)*præsentes, & acceptantes, & præsens mandatum in se legitimè suscipientes, & quemlibet eorum in solidum, & in totum.*

Si vero constituens nollet facere eos procuratores in solidum. Non apponatur illa clausula; & quilibet in solidum & in totum; sed dicatur ambos simul & coniunctim.

Ita tamen quod non sit melior conditio præoccupantis, nec deterior subsequentis: sed quod per vnum eorum inceptum fuerit alter prosequi, mediare, & cum effectu finire valeat, & tam ante litem contestatam, quam postea. Generaliter in omnibus, & singulis causis, litibus, quæstionibus, controuersiis, & differentijs dictæ constituentis præsentibus, & futuris, & tam ciuilibus quam criminalibus, & seu mixtis, & tam ecclesiasticis quam secularibus: quam, & seu quas dicta constituens habet, & seu habitu-

ra est cum quacunque, & seu quibuscunque persona,& personis,loco,communi,collegio,societate,& vniuersitate coram quibuscunque rectoribus, iudicibus,& officialibus tam ecclesiasticis quam secularibus,ordinarijs, vel extraordinarijs in quibuscunque mundi partibus, quibuscunque nominibus appellentur, & quocunque fungantur officio, vel regimine, seu coram quocunque eorum iudice seu iudicibus,vicarijs,militibus,notarijs,seu curia aut ab eis,vel altero eorum substitutis aut quomodolibet delegatis vel subdelegatis,& tam præsentibus quam futuris.

Ad agendum.

Ad agendum, causandum, & defendendum,libellos,& petitiones dandum, & recipiendum,& datis respondendum:excipiendum protestandum, comparendum,& replicandum, lites contestandum, iuramentum calumniæ, & cuiuslibet alterius generis iuramentum præstandum,& subeundum in animam, & super animam dictæ constituentis, terminos, & dilationes petendum, & recipiendum intentiones,positiones,& capitula faciendum, & formandum, & aduersæ partis intentionibus, positionibus, & capitulis respondendum,confitendum, vel negandum:testes,instrumenta,& iura quælibet, & quælibet probationum genera inducendum,producendum,& allegandum:iudices notarios,& loca eligendum, & recusandum suspectos,& confidentes dandum,& tàm suos quàm partis aduersæ testes iurari recipi,& examinari petendum, & eorum dicta, & attestationes publicare videndum,& faciendum, & aduersæ partis testes redarguendum (& si opus fuerit) de falso,

& va-

& vario accusandum: Et eorum dictis, & attestationibus ciuiliter, & criminaliter opponendum, consilium sapientis petendum in causa, & causis concludendum sententias audiendum, & dari, & ferri petendum, & ab eis & quolibet grauamine appellandum, & de validitate dicendum, & opponendum, & causas appellationis, et nullitatis prosequẽdum vsq; ad finem litis, & causæ. Et generaliter ad omnia, & singula alia faciendum, procurandum, gerendum, & exercendum in prædictis, & circa prædicta necessaria, consueta, requisita, & opportuna, & quę, & prout iuris ordo, & merita causarum postulant, & requirunt, & quæ, & prout in causis requiritur, et sub agere, & causari nomine, & seu nominibus comprehenduntur.

Ad petendum dilationes.

Item specialiter ad petendum dilationes, ad examinandum testes, & producendum iura extra territorium Florentinum existentes, & existentia: & iurandum eas petere pro veritate, & non in fraudem, vel pro dilatanda causa.

Ad intrandum in tenutam.

Item ad petendum, intrandum, & adipiscendum tenutam, & corporalem possessionem omnium, & quorumcunq; bonorum ad dictam dominam Ca. quomodolibet pertinentium, & seu eidem hypothecatorum, & obligatorum, aut executionem quomodolibet patientium, & maxime eorum in quibus, & super quibus pronuntiata esset vel pronuntiaretur tenuta, in curia vel per curiam domini Potestatis ciuitatis Florentiæ, vel alterius iudicis rectoris vel loci:

Ipsis quæ bonis, & eorum tenuta vtendum, & fruendum, & insolutum petendum, & recipiendum, si & quoties dictis procuratoribus, vel alicui eorum videbitur, & placebit.

Ad petendum in solutum.

Item ad petendũ, & recipiendum in solutum omnia, & singula, & quæcunque bona, iura, vel res pro illis quantitatibus quibus dictis procuratoribus vel alteri eorum videbitur, & placebit.

Ad faciendum tangi, & capi.

Item ad faciendum tangi, capi, et personaliter detineri, & in quibuscunq; carceribus poni, mitti, stagiri, recommendari: & arrestari omnes, & singulos, et quoscunq; debitores, & debitorum debitores dictæ cõstituentis, et omnes; & singulos qui ad petitionem dictæ constituentis vel sui procuratoris tangi, capi, vel arrestari possunt, vel quomodolibet poterunt in futurum de iure, vel secundum formam statutorum & ordinamentorum communis Florentiæ: Et ipsos sic tactos, captos, stagitos, & recommendatos, & seu arrestatos relaxari, & licentiari faciendum, et pristinæ libertati restituẽdum, & de ipsorum bonis rebus, et iuribus pignorari, grauari, stagiri, & sequestrari, & penes idoneas personas recommendari, & ea, & de eis sibi in solutum dari, & adiudicari petendum, faciendum, et recipiendum.

Ad exigendum.

Item ad petendum et exigendum, & recipiendũ, et se habuisse, & recepisse confitendum, & recognoscendum in totum particulariter, et diuisim semel, & pluries, omnes, & singulas pecuniarum, & rerum

quan-

quantitates, et summas dictæ constituenti debitas, & debendas: & omne id totum, & quicquid dicta cōsti tuens petere potest seu poterit in futurum à quacunque, & quibuscunque persona, et personis, loco communi, collegio, societate, & vniuersitate quacunque ratione, iure, modo, vel causa cum scriptura, vel sine publica vel priuata. Et de receptis, & exactis per dictos procuratores vel alterum eorum vel substituendos ab eis et quolibet vel altero eorum.

Et hoc si habeant in mandatis ad substituendū, & similiter facias in actibus subsequētibus.

Et de ijs quæ dicti procuratores, vel alter eorum vel substituendi ab eis, vel altero eorum exegerint, vel receperint se habuisse, & recepisse cōfessi fuerint finem quietationem, liberationem, absolutionem, & pactum perpetuum de vlterius non petendo faciendum cum solemnitatibus, et cautelis modis, et formis personarum, & bonorum obligationibus, renuntiationibus, & pœnis quibus, & prout dictis procuratoribus, vel substituendis ab eis, & quolibet vel altero eorum, vel alteri eorum videbitur, & placebit.

Ad faciendum inuentarium.

Item ad faciendum inuentarium de omnibus mobilibus, & immobilibus, iuribus, & quibuscunque bonis quæ in hæreditate. N. nuper defuncti remanserunt, & ad ponendum in eius principio signum sanctiß. Crucis, et omnia, et quæcunq; alia solemnia, et requisita de iure, & secundum formam statutorum consueta.

Ad exigendum pagas Montis.

Item ad petendum, exigendum, & recipiēdum, et

se habuisse, & recepisse confitendum quascunque pagas, tam quæsitas, & lucratas, quam quærendas, & lucrandas quorumcunq; creditorum montis communis Florentiæ, ad ipsam D. constituentem quomodolibet pertinentium, vel in eius fauorem quomodolibet conditionatorum, & seu pertinentes, & conditionatas. Et de exactis, & de receptis quietandum, & quietationes & fines in plena forma faciendum.

Ad permutandum credita Montis.

Item ad vendendum, permutandum, & alienandum, & quocunque titulo in alium, seu alios transferendum quęcunque credita montis communis Florentiæ ad ipsam D. constituentem quomodolibet pertinētia sub quouis nomine cātantia. Et seu illis quascunq; conditiones apponendum, seu apponi faciendum, vel consentiendum pro illis pretio, seu pretijs, & cum illis pactis, & conditionibus quibus & prout dictis Dominis procuratoribus vel alteri eorum videbitur & placebit.

Ad faciendum sumi rationes.

Item ad faciendum sumi, & leuari rationes, & computa dictæ constituentis, & conditionari, & permutari, poni, & transcribi ad rationem, & computum, & sub nomine dictorum procuratorum vel alterius eorum, seu alterius cuiuscunque personæ simul particulariter, & diuisim semel, & pluries omnes, & singulos florenos, & pecuniæ quantitates, & summas quas dicta constituens recipere, & habere deberet a communi Florentiæ, & officialibus montis dicti communis: & seu in quibus dicta constituens esset creditrix dicti communis in libris quorumcunq;

mon-

montium dicti communis cum pagis, donis, & intereſse pro dictis quantitatibus, & ſummis, & qualibet vel altera earum debitis, & debendis. Et ad dãdum, & concedendum licentiam, & liberam poteſtatem notarijs, & officialibus, & ſcribanis montis dicti communis dictas leuationes, permutationes, conditiones, & tranſcriptiones faciendi in omnibus, & per omnia ſecundum ſtilum in talibus vſitatum.

Ad accuſandum.

Item ad accuſandum, denuntiandum, notificandum, & inculpandum omnes, & ſingulos, & quoſcunque, qui aliquam offenſam, vel iniuriam, aut damnum fecerunt vel intulerunt, aut facient vel inferẽt in futurum contra dictam conſtituentem in perſonã, vel in bonis ipſius, & omnes, & ſingulos, qui poſsũt vel poterunt accuſari per dictam dominam Ca. conſtituentem, & propterea gabellam communi Florentiæ ſoluendum, fideiuſsores dãdum, & rogandum, & ipſas accuſationes, & earum cauſas vſque ad finem proſequendam.

Ad ſtandum ad ſyndicatum.

Item ad ſtandum ad ſyndicatum, & reſpondendum cuilibet inquiſitioni, fideiuſsores præſtandum, petendum abſolutionem & demum obtinendum, & alia quæcunq; faciendum in ſimilibus quomodolibet requiſita, neceſsaria, & opportuna.

Ad excuſandum.

Item ſpetialiter, & nominatim ad comparendum, & ſe repreſentandum coram domino Poteſtate ciuitatis Florentiæ, & eius iudice maleficiorum ad dictam dominam Ca. conſtituentem excuſandum, & defen-

disendendum a quadã accusatione, vel inquisitione, & contentis in ea contra ipsum per dictum dominum Potestatem, et eius iudicẽ maleficiorum formata ad denuntiationem. A syndici, et occasione dictę inquisitionis, et totius processus inde secuti: et propterea si opus fuerit negandum, vel confitendum, et prout dictis procuratoribus, vel alteri eorum videbitur omnia, & singula in dicta inquisitione, et seu accusatione contenta, vera fuisse, & esse contra dictam dominam Ca. & ad promittendum, & satisdandum, & fideiussores rogandum, & approbari faciendum, & omnem debitam gabellam communi Florentiæ soluendum.

Ad petendum abolitionem.

Item ad petendum abolitionem super quadam accusatione instituta per dictam cõstituentem in curia præsentis domini Potestatis ciuitatis Florentiæ, & eius iudicis maleficiorum contra Bar. et super criminibus, maleficijs, & delictis in dicta accusatione deductis, & seu renunciandum dictæ accusationi, & eius prosecutioni, et propterea debitam gabellam soluendum, et omnia, et singula alia faciendum in prædictis, et circa prædicta necessaria, consueta, & opportuna.

Ad locandum.

Item ad locandum, dandum, & concedendum ad pensionem, ad medium, et ad affictum, omnes, et singulas possessiones, domos, et bona dictæ constituentis vbicunque posita, et existentia, cui, et quibus pro illo tempore, et mercede, pactis, modis, & conditionibus: quibus, & prout dictis procuratoribus vel alteri eorum

rum

rum videbitur, et placebit, et ea, et qualibet vel altera eorum dislocandum, & reaffictandum, et ipsas pecunias, mercedes, et pretia, & quæcūque debita, vel debenda ex dictis locationibus, & quoscunque fructus, redditus, & prouentus quorumcunque bonorum dictæ constituentis, & quæ per dictam constituentem tenentur vel possidentur petendum, recipiendum, & exigendum, & de exactis, & receptis quietandum.

Ad conducendum.

Item ad conducendum, & titulo conductionis recipiendum ad pensionem, ad medium, & ad affictum, vel in emphiteusim, vel in feudum omnes, & singulas possessiones, domos, bona, res, & iura quæcunque vbicunque posita, & existentia sub quibuscunque vocabulis, & confinibus, ab illo, vel illis, & pro illo tempore, & termino, pensione, & mercede, vel affictu, pactis, modis, & conditionibus, & capitulis, de quibus, & prout dictis procuratoribus, vel alteri eorum videbitur, & placebit.

Ad accipiendum possessionem.

Item ad capiendum, & obtinendum poßeßionem actualem bonorum inferius confinatorum per nuncium publicum sibi tradendam, vel aliter, & eā retinendum animo vel corpore, & eo modo quo sibi placuerit.

Ad vendendum.

Item ad vendendum, tradendum, & alienandum, & quo-

& quocunque titulo in alium transferendum omnia & singula bona, possessiones, res, & iura, & nomina dictæ constituentis vbicunque posita, & existentia, & tam præsentia quam futura, seu debita, vel debenda cui, & quibus, & pro illo pretio, & pretijs, quibus, & prout dictis procuratoribus, & cuilibet vel alteri eorum videbitur, & placebit; Et ipsorum talium bonorum pretium recipiendum, & confitẽdum, seu de pretio vel parte ipsius fidem habendum, ipsorumq; tenutam, & corporalem possessionem dandũ, & tradendũ, & cũ constituto, constitutione procuratoris vt in rem suam & cessionem iurium, ac promissione defensionis generalis, & de euictione bonorum prædictorum secundum amplissimum stilum notariorum Florentinorum, vel prout dictis dominis procuratoribus, seu alteri eorum videbitur, & placebit. Et huiusmodi venditionum, & alienationum instrumenta conficiendum, vallandum, & roborandum, & vallari, & roborari faciendum, cum omnibus, & singulis pactis, promissionibus, obligationibus, renuntiationibus, pœnis. præceptis guarantigiæ, & cautelis in talibus vsitatis, secundum stilum notariorum Ciui. Florentiæ, & etiam de quibus, & prout dictis procuratoribus, & cuilibet, vel alteri eorum videbitur: & in talibus venditionibus, & alienationibus fideiussorem & fideiussores dandum, & rogandum ipsorum fideiussorum conseruationem indemnitatis promittendum, & omnia faciendum in prædictis opportuna.

Ad emendum.

Item ad emendum, & titulo emptionis acquirendum omnia, et quæcunque bona, iura, res, & mercantias,

tias, & omnia de quibus, & prout dictis procuratoribus, & cuilibet, vel alteri eorum videbitur, & placebit, & ab illo, & illis, & pro eo pretio & pretijs, & cum illis cautelis, & eo modo, & forma, quibus, & prout eijdem, et cuilibet, vel alteri eorum videbitur, & placebit; pretiumque, seu pretia soluendum, seu ad quencunque, seu quoscunque terminos promittendum, tenutam & corporalem possessionem capiendũ, & recipiendum, & huiusmodi bona tenendum, & possidendum, et omnia faciendum, quæ, & de quibus, & prout de ipsorum, & cuiuslibet, vel alterius eorum procuratorum libera processerit voluntate: & si opus fuerit ad compellendum omnes, & singulos qui de iure, vel secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ ad aliquid eidem constituenti videndum, seu reuendendum quomodolibet cogi vel compelli possunt, vel poterunt in futurum: & propterea (si opus fuerit) pro pretijs declarandis amicos communes eligendum quascunque oblationes faciendum: & satisdandum, & omnia alia requisita faciendum: & omnia & singula gerendũ, & procurandum, quæ, & de quibus, & prout dictis procuratoribus, & cuilibet vel alteri eorum in solidum videbitur, & placebit.

Ad permutandum bona.

Item ad permutandum, & in permutationem dandum bona, & de bonis quibuscunq; dictæ D. constituentis vbicunque posita, & existentia, & in quibusuis rebus consistentia, tam præsentia, quam futura, seu debita, vel debenda cum quo, vel quibus, & pro illis bonis, & cum supplemento, vel sine, & prout di

ctis

ctis procuratoribus, vel alteri eorum videbitur, & dictum supplementum promittendum seu soluẽdum, vel recipiendum, & de recepto quietandum, & ipso rum bonorum tenutam, & corporalem possessionem respectiue dandum, tradendum, & recipiendum, & cum constituto, &c.

Sequere vt supra in clausula ad vendendum mutatis mutandis.

Ad donandum.

Item ad donandum, et titulo donationis, tam purè, & simpliciter inter viuos, quam conditionaliter, & seu mixtè, & sub quacunque forma, & prout dictis procuratoribus, & cuilibet, vel alteri eorum in solidum videbitur, & placebit transferendum semel, & pluries, & toties quoties eisdem, & cuilibet vel alte ri eorum videbitur, & placebit illi, vel illis hominibus, & personis cuiuscunq; ætatis, vel sexus, quibus dictis procuratoribus & cuilibet, vel alteri eorum libere videbitur, & placebit quæcunque bona, & iura, & de quibuscunque bonis, & iuribus dictæ constituẽ tis, tam præsentibus quam futuris ad ipsam constituentem quouis modo iure, vel causa competentibus pertinentibus, & spectantibus aut quomodocunque competituris & cũ constituto cessione iurium, & con stitutione procuratoris vt in rem suam, & cũ pactis, pœnis, solemnitatibus, obligationibus, renuntiationibus, & alijs de quibus, et prout dictis procuratoribus, & cuilibet eorum in solidum videbitur, & placebit etiam in quacunque magna, & maxima quantitate, valore, & æstimatione, etiam si talia forent, de quibus dici posset dictam constituentem in spetie, vel

spetialiter

ſpetialiter non cogitaſſe, vel conſenſiſſe, & etiam ſi de eis fieri deberet mētio ſpetialis, et expreſſa: quæ ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc hic pro expreſſis, & ſpecificatis haberi voluit in præſenti mandato, et propterea ſi aſcenderent ad tantam ſummam, vel tantæ æſtimationis eſſent: quod inſinuari deberent ad petendū, & faciendum huiuſmodi donationem, & eius inſtrumentum inſinuari.

Ad nominandum in iudicio.

Item ad nominādum in iudicio vel extra, & corā quocunq; iudice, et officiali ciuitatis Florentiæ omnē, & quācunq; perſonā, & ſeu perſonas, locum, commune, collegium, ſocietatem, et vniuerſitatem in dominum, & poßeßorem & pro domino, & poßeßore omnium, & quorumcunque bonorum, & iurium de quibus eidem conſtituenti quomodocunque factum eßet vel in futurum fieret, præceptum de diſgumbrando, vel iudicium aliquod quomodolibet moueretur contra dictam conſtituentem in quacunq; curia, ad petitionem cuiuſcunque perſonæ, & occaſione cuiuſcunque iuris.

Ad acceptandum nominationem.

Item ad recipiendum omnem et quamcunque nominationem de dicta conſtituente factam ſeu faciendam de quibuſcunque bonis de quibus factum eßet præceptum de diſgumbrando, vel aliquod iudicium aut lis moueretur cuicunque, & quibuſcunque perſonæ, & perſonis, ad petitionem cuiuſcunque perſonæ coram quocunque iudice, & ad omnia, & ſingula alia faciendum in prædictis, & circa prædicta opportuna.

Ad

Ad petendũ consignationem dotis, ob inopiam.

Item specialiter, & nominatim ad petendum d. D. Ca. consignari dotem ipsius ob inopiam, & iurãdum, et iuramentum præstandum in animam, & super animam dictæ constituentis casum cõsignandæ dictæ dotis euenisse, & extitisse propter vergentiam ad inopiam, & propterea ad petendum, & recipiendum licentiam, & approbationem a quibuscunque super hoc auctoritatem habentibus, & ad soluendum propterea debitam taxam, & ad omnia, & singula alia faciendum in prædictis, & circa prædicta necessaria, consueta, requisita, & oportuna.

Ad cedendum iura.

Item ad cedendum, & mandandum, & quocunq; titulo in alium transferendum omnia, & singula iura, & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, meras, & mixtas, tacitas et expressas, anormalas, & conuentionales, & quascunq; alias dictæ constituenti competentes, & quomodolibet competituras, cui & quibus dictis procuratoribus, & cuilibet vel alteri eorum videbitur, & placebit, in huiusmodi cessionibus pretium, & pretia recipiendum, et confitendum, & ad constituendum cessionarios procuratores, vt in rem suam, & ponendum in locum, & vniuersum ius dictæ constituẽtis. Dictasque cessiones, & iurium translationes, & instrumenta inde conficienda vallandum, & roborandum, et vallari, et roborari faciendum omnibus, et singulis pactis, promissionibus, obligationibus, renuntiationibus, pœnis, præceptis guarantigiæ, et alijs cautelis in talibus vsitatis secundum stilum notariorum Ciuitatis Florentiæ, & etiam

de quibus, et prout dictis procuratoribus, et cuilibet, vel alteri eorum videbitur, & placebit.

Ad contrahendum matrimonium.

Item ad contrahendum matrimonium cum L. vel eius procuratore, & in eum tanquam in eiusdem D. Ca. virum per verba de præsenti consentiendum, ab eo vel eius procuratore anulum in signum veri et legitimi matrimonij recipiendum, et omnia, & singula alia faciendum in talibus opportuna, et etiã vsitata.

Ad confitendum dotem.

Item ad confitendum, et ipsum constituentem obligandum tam simul, quam separatim, et tam fideiussorio nomine, quam quouis alio modo, vel forma ad quamcunque seu quascunque dotes, & donationem propter nuptias per dictos procuratores, & quemlibet, vel alterum eorum recipiendas, seu etiam confitendas cuiuscunq;, & de quacunque vxore legitima dicti constituentis, vel cuiuscunq; alterius personæ, cum pactis, obligationibus, capitulis clausulis, & eo modo, & forma, & quemadmodum dictis procuratoribus, & cuilibet vel alteri eorum videbitur, & placebit, et quemadmodum ab ipsa, vel ipsis vxore, vel vxoribus, vel alio, seu alijs fuerint quomodocunque requisiti.

Ad compromittendum.

Item ad compromittendum, et compromissum generale vel spetiale petendum, et faciendum, et huiusmodi compromissa protegandum, & seu de nouo faciendum cum quacunque persona, & personis, loco, communi, collegio, societate, & vniuersitate, de omnibus, & singulis litibus, causis, quæstionibus, & contro-

trouersiis ortis, et oriundis de quacunque re, iure, vel causa, semel, & pluries, & quotiescunq; in arbitros, et arbitratores vnum, & plures & tertium arbitrũ, et arbitratorem eligendum, & nominandum, & ad dandum licentiam, et seu ad substituendum, et ad subrogandum dictos arbitros, et arbitratores, & seu cancellarium curiæ mercantiæ pro tempore existentem, & quemlibet eorum in solidum ad eligendum, & seu extrahendum de bursa recursus curiæ mercantiæ ciuitatis Florentiæ tertium coarbitrum, & coarbitratorem, & ad dandum, & concedendum arbitris, & arbitratoribus eligendis, & cuilibet eorum, & cuicunque ex eis tam simul omnibus in concordia, quam insolidum particulariter, et diuisim plenam licentiã, & liberam potestatem, auctoritatem, & baliam de, & super dictis litibus, questionibus, & controuersiis, & qualibet vel altera earum laudandi, sententiandi, arbitrandi, & diffiniendi, & mandandi.

Et si esset de expressa partium voluntate apponantur hæc verba: & de rebus, & bonis vnius partis alteri dandi, & adiudicandi.

Et laudata, sententiata, & arbitrata, vel diffinita semel, & pluries, & quotiescunque reuocandi, cassandi, & annullandi, minuendi, & reformandi alte, & baße, de iure, & de facto, et de iure tantum, & de facto tantum, sedendo, & recte stando, partibus præsentibus, & absentibus citatis, & non citatis, vna præsente, & altera absente, iuris ordine seruato, & non seruato, & omni iuris, & iudicij ordine prætermißo, et quolibet die, loco, et tempore quantumcunq; prohibito, aut feriato, & ad faciendum, & apponen

dum

dum in huiusmodi compromisso, & compromissis faciendis spetiale pactum, quod de omni, & toto eo de quo, vel super quo laudari, sententiari, vel arbitrari contigerit intelligatur fuisse, & esse inter partes compromittentes litem causam, questionem, vel controuersiam, & in compromissum, vel compromissa venisse, perinde, ac si de eo vel eis in compromisso, vel compromissis spetialis mentio facta esset, & in talibus compromissis fideiussores vnum vel plures dandum, & rogandum, & de prædictis, & pro prædictis, & quolibet eorum dependentibus, & annexis ab eis faciendum, & confici faciendum contractus, & instrumenta, scripturas, & cautiones tam publicas, quam priuatas vallandum, & roborandum omnibus, & singulis pactis, obligationibus, promissionibus, stipulationibus, pœnis, & pœnarum adiectionibus, & renuntiationibus, & præceptis guarentigiæ, & omnibus, et singulis aliis capitulis clausulis, & solemnitatibus opportunis, & consuetis maxime secundum stilum, & consuetudinem notariorum ciuitatis Florentiæ.

Ad ratificandum laudum.

Item ad intereßendum prolationi cuiuscunque laudi, sententiæ, arbitrij, vel arbitramenti faciendi per huiusmodi arbitros, & arbitratores: ipsaque audiendum, approbandum, & improbandum prout dictis procuratoribus, vel alteri eorum videbitur: ac etiam huiusmodi lauda, & arbitramenta notificandum, & notificari faciendum, & ipsorum notificatione recipiendũ: ipsaq; ratificandũ, approbãdũ, et emologandũ tã in præsentia, quã in absentia alterius par

tis secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ (vel dicas.) Item ad interessendum, et præsentium præstandum omni, & cuicunque, laudo, sententiæ, arbitrio, siue arbitramento dando, vel ferendo inter dictum constituentē, et aliā vel alias quascunque personas, locum, commune, collegium, societatem, vel vniuersitatem, per quemcunque, vel quoscunque arbitros, vel arbitratores, & amicabiles compositores, amicos cõmunes, et bonos viros quā locunq; & quomodocunque. ipsumq; et ipsa huiusmodi lauda arbitria siue arbitramēta ratificandum, acceptandum, & emologandum aut impugnandum, contradicendum, appellandum, & de nullitate opponendum; et arbitrium boni viri reduci petēdum, & huiusmodi lauda arbitria seu arbitramenta exequendum, executioni mandandum, & obseruandum, et adimplendum: et exequi, et executioni mandari, et obseruari, et ad mpleri petendum, & faciendum per partem aduersam: et in prædictis, et quolibet prædictorum se gerendum eo modo, et forma, et prout eisdem procuratoribus vel alteri eorum liberè videbitur et placebit. Nec non dicta huiusmodi lauda arbitria siue arbitramenta notificandum, et notificari petendum, et faciendum, tam per instrumentum quam per nuntium, & præconem publicos quam per modum notificationis & seu ratificationis in præsentia partis aduersæ, quam per alium quamcunque modum requisitum tam de iure quam ex forma statutorum communis Florentiæ pro ualiditate dictorum laudorum, & ut exequutionem mereantur eo modo, & forma, & prout dictis procuratoribus, uel alteri

a 3 *eorum*

eorum liberè videbitur,& placebit.

Ad petendum compromissum.


Item ad petendum, impetrandum, & obtinendum in quacunque curia, & coram quibuscunque rectori. bus, & officialibus compromissum tam generale, quam speciale cum quocunq; , seu quibuscunq; consan guineis, consortibus, & seu coniunctis dictæ consti- tuentis, uel alijs quibuscunq; personis, de & super litibus quæstionibus, & controuersijs vertentibus or. tis, seu oriundis quacunq; de causa, & maximè se- cundum formam statutorum ciuitatis Florentiæ de materia disponentium, & super dictis compromissis faciendis fideiussores præstandum, & præstari petē. dum, & exinde etiam grauamen, ac coertionem con. tra partem aduersam fieri petendum, & contra per- sonam, & bona etiam per multum, & condemnatio- nem, & per omnia iuris, & statutorum remedia, & omnia, & singula alia, in prædictis, & circa prædi- cta petendum, faciendum, & obtinendum, quæ fue- rint opportuna, & seu dictis procuratoribus, vel al- teri eorum liberè videbuntur, & placebunt.

Ad acceptandum, & renunciandum officia.

Item ad renunciandum omnibus, & singulis offi cijs, muneribus, & honoribus, ad quæ dictus consti- tuens extraheretur, eligeretur, nominaretur, seu assu meretur in ciuitate, comitatu, vel districtu Florentię, vel alibi vbicunq; , vel ipsa officia, munera, & hono res acceptādū, si, et qñ, et quoties dictis ꝓcuratorib. et cuilibet vel alteri eorū liberè uidebitur et placebit

Ad transigendum.

Item ad transigendum, componendum, conuenien



dum et paciſcendum,et trãſactiones, compoſitiones, conuentiones,et pacta faciendum cum quacunque,et quibuſcunq; perſona,et perſonis, loco,communi,collegio,ſocietate,et vniuerſitate,cum quibus dictis procuratoribus, et cuilibet vel alteri eorum videbitur et placebit:et inſtrumenta inde facienda vallandum,et roborandum,et vallari, et roborari faciendum omnibus,et ſingulis pactis,promiſſionibus,obligationibus, renuntiationibus,pœnis,et præceptis guarantigiæ,et cautelis in talibus vſitatis ſecundum ſtilum notariorum ciuitatis Florentiæ,de et ſuper quibuſcunq; lite, re,cauſa,negotio mercantijs,pecunijs,ſummis, & rebus quibuſcunq; in ſcriptis,et ſine ſcriptis,& prout, et ſicut dictis procuratoribus,et cuilibet,vel alteri eorum videbitur,& placebit.

Ad recipiendum mutuo,vel in depoſitum.

Item ad recipiendum & accipiendum,et ſe recepiſſe confitendum mutuo,& ex cauſa mutui, & ſeu depoſiti omnes et ſingulas florenorũ, et pecuniæ quãtitates vel res quas,& de quibus dictis procuratoribus vel alteri eorum videbitur,et placebit. Dictaſq: quantitates, et ſummas vel res reſtituere promittendum eo modo, & forma, tempore loco, & locis,de quibus,& prout dictis procuratoribus,vel alteri eorum videbitur,et placebit.Et propterea dictam conſtituentẽ,et eius hæredes,et bona obligandũ,fideiuſſores dandũ,et rogandũ, et de prędictis rogatis,et cõfi ci fatendũ inſtrumentum,et inſtrumenta,vnũ,et plura vallanda & roboranda omnibus,et ſingulis pactis promiſſionibus,obligationibus, renuntiationibus, pœnis,præceptis guarantigiæ,et cautelis in talibus vſi-

tatis

tatis secundum stilum notariorum ciuitatis Florentiæ.

Ad faciendum pacem.

Item ad reddendum, & faciendum, ineundum, & mandandum pacem, concordiam, & remissionem, de omnibus, & singulis iniurijs, & offensionibus illatis, vel factis vsq; in præsentem diem in persona vel bonis dictæ constituentis, et maxime de eo, quod dicitur M.B.F. percusisse dictam D.C. de præsenti anno, etc. Et de omnibus et singulis inquisitionibus, accusationibus, processibus, pro prędictis iniurijs, & offensis vel aliqua eorum secutis seu secuturis, et de prædictis, et quolibet prædictorum rogari, confici instrumentum, et instrumenta vallanda, et roboranda omnibus, et singulis pactis, promissionibus, obligationibus, renuntiationibus, pœnis, pręceptis guarantigiæ, et cautelis in talibus vsitatis secundum stilum notariorum ciuitatis Florentiæ, et etiam quibus, et prout dictis procuratoribus vel alteri eorum videbitur & placebit.

Ad faciendum treugam.

Item ad faciendum, & contrahendum treugam, & seu treugas, & inducias de omnibus, & singulis offensionibus, et iniurijs factis, & illatis quandocūq; vsq; in pręsentē diem in persona, vel bonis dictæ D. constituētis cum quacunq;, seu quibuscunq; personis semel, et pluries, et toties quoties, & cum illis, ac sub illis pœnis, pactis, cōditionibus, promissionibus, obligationibus, clausulis, et cautelis, quibus, & prout dictis procuratoribus, vel alteri eorū videbitur, et placebit: & in huiusmodi treuga, & seu treugis fideiussorem vnum, vel plures dandum, & præstandum,

eosdemque indemnes conseruare, & releuare promittendum, & de & super prædictis quæcunque publica instrumenta confici rogandum, & faciendum.

Ad reuidendum, & calculandum rationes.

Item ad reuidēdum, calculandum, & saldandum, & in calculo, & saldo ponendum omnes, & singulas rationes, & computa cuiuscunq; rei, & seu rerum quātitatum, & summarum occasione societatū, mercantiarum, administrationum, & negociorum quorumcunq;, & seu ab eis, vel aliquo eorum dependentium prout dictis procuratoribus, vel alteri eorum uidebitur, & placebit.

Ad contrahendum societatem.

Item ad contrahendum, & ineundum quamcunq; societatem in quocunq; exercitio, traffico, & arte, & super quacunque re, & negotio, & cum quacunque persona, & in quocunq; mundi parte in scriptis, & sine scriptis, & toties quoties, & cum illis corporibus, participationibus, & pro illo tempore, & cum illis pactis, capitulis, & conuentionibus, quibus, & prout dictis procuratoribus, uel alteri eorum uidebitur.

Ad dandum ad cambium.

Item ad dandum, & tradendum ad cambium, & recambium, omnes, & quascunque pecuniarum summas, & quantitates semel, & pluries, cui, & quibus, & pro illis mundi pluribus, & cum illis pactis, conditionibus, prouisionibus, & alijs, quibus, & prout dictis procuratoribus, uel alteri eorum uidebitur, & placebit.

Ad

Ad recipiendum ad cambium.

Item ad recipiendum, & se habuisse confitendum ad cambium, & recambium omnes, & quascunq; pecuniarum quãtitates a quibuscunq; persona, seu personis, societatibus, mercatoribus, uel . . . . semel, & pluries, & quoties dictis procuratoribus, uel alteri eorum uidebitur, & placebit: Illasque restituere, seu soluere, uel solui facere promittendum in illis locis, & cum illis pactis, promissionibus, obligationibus, renuntiationibus, interesse, prouisionibus, clausulis, & cautelis quibus, & prout dictis procuratoribus, uel alteri eorum uidebitur, & placebit.

Ad mercandum.

Item ad mercandum, negociandum, & trafficandum, & mercantias, & de mercantijs quibuscunq; emendum, & uendendum ad credentiam, seu cum pecunia numerata, pretia, & de pretijs soluendum, seu soluere promittendum, eaque, & de eis recipiendum, & quietantias faciendum siue de eis fidem habendum, & seu eas uel de eis permutandum semel, & pluries, & toties quoties dictis procuratoribus, uel alteri eorum uidebitur.

Ad consentiendum filio.

Item spetialiter, et nominatim ad consentiendum, & auctoritatem, & consensum, & licentiam dandum, & concedendum Iacobo filio dicti constituẽtis in & super quocunq; contractu, promissione, uel obligatione facienda, & celebrãda per dictum Iacobũ, & eo modo, & forma, & prout, & sicut facti qualitas, & iuris ordo postulabunt, & requirent, & prout,

prout, et sicut dictis procuratoribus, vel alteri eorum videbitur, & placebit.

Ad petendum restitutionem in integrum.

Item ad petendum quamcunque restitutionem in integrum, et beneficium restitutionis prædictæ, & se restitui ex quocunque capite principaliter, et seu incidenter si et quoties opus fuerit, vel dictis procuratoribus, vel alteri eorum videbitur, & placebit aduersus quamcunque sententiam, contractum, quasi contractum, & actum quomodolibet præiudicium, aut lesionem dictæ D. constituenti inferentem, et spetialiter, & nominatim, ita tamē vt generi per spetiem nō derogetur, & è conuerso aduersus.

Hic nominetur in spetie actus aduersus quē vult quod petatur restitutio.

Ad baptizandum.

Item ad baptizandum, & ad sanctum fontem baptismatis tenendum, & baptizari petendum filium, vel filiam nasciturum vel nasciturам, vel iam natum ex Petro Martini aurifice Elorentino, & ex domina Margareta vxore dicti Petri, et ab eodem sacro fonte eleuandum: & ad respondendum pro dicto constituente sacerdoti baptizanti credulitatem Christianæ fidei, & ad renuntiandum sathanæ, et omnibus pompis eius: et ad respondendum, dicendum, & promittendum, & obseruandum, & adimplendum omnia, & singula in prædictis, & circa prædicta requisitaq; expedientia, neceßaria, & opportuna de iure, & secundum ritum, & consuetudinem Christianorum.

Ad

Ad recognoscendum scriptam.

Item ad videndum, audiendum, et intelligendum pro dicta constituente in iudicio, et extra, et vbicunque infrascriptam scriptam, & cautionem priuatam infrascripti tenoris, videlicet, Al nome di Dio, &c. & ad dicendum, respondendum, atque recognoscendum in iudicio, & extra, & vbicunque locorum pro dicta cōstituente supradictam scriptam: cuius tenor supra patet a principio vsq; ad finem fuiße, & esse, scriptam et factam propria manu dictæ constituētis: vel subscriptā propria manu dictæ cōstituentis. Ac etiam dicendum, & respondendum, ac recognoscendum dictam scriptam, & cautionem priuatā, & omnia in ea contenta fuisse, & esse scripta, & confecta de præsentia, consensu, & voluntate dictæ constituentis: Et super prædictis iurandum in animam dictæ Dominæ constituentis, & ad faciendum in prædictis, et circa prædicta omnes responsiones neceßarias, requisitas, & opportunas ad mandata iudicis seu alterius cuiuscunq; in iudicio, seu extra: et prout de ipsorum, vel alterius ipsorum procuratorum libera proceßerit voluntate.

Ad componendum.

Item ad se componendum, et compositiones quascunque faciendum cum quibuscunq; officialibus communis Florentiæ, tam super venditionibus bonorum, et exactionibus debitorum, onerum, grauedinum, & præstantiarum quarumcunque communis Florentiæ, quam super conditionibus quorumcunque debitorum cōmunis Florentiæ, et tā præsentibus, quam futuris,

& tam

& tam pro omni debito præterito quam futuro, ad quod, & quæ dicta constituens modo aliquo teneretur, seu tenebitur, in futurum dicto communi Florentiæ: Et propterea, si opus fuerit, fideiußorem, vel fideiußores dandum, & præstandum, depositum faciẽdum, & huiusmodi compositiones soluendum, & obseruandum: & omnia, & singula alia faciendum in prædictis requisita, seu quæ, & de quibus, & prout dictis procuratoribus, & cuilibet, vel alteri eorum videbitur, & placebit.

Ad recurrendum.

Item ad recurrendum, & reclamandum, & quæcunque grauamina opponendum, & recursus quoscunq; faciendum contra quamcunque, seu quascunq; venditiones, alienationes, incorporationes, vel alios quoscunq; actus faciendos per quoscunque officiales communis Florentiæ, aut auctoritate communis Florentiæ se gerentes, de quibuscunque bonis, rebus, vel iuribus tam ipsius constituentis, quam alterius cuiuscunq; personæ, in quibus dicta constituens prætenderet, vel in futurum prætendere posset aliquod intereße: & tam coram magnificis dominis communis Florentiæ: quam coram quibuscunq; officialibus, & officio, vel officijs, tam dicti communis quam pro dicto communi Florentiæ, & vbi, & apud quem vel quos fuerit expediẽs. Et huiusmodi recursus, & reclamationes prosequendum vsque ad finem inclusiue. Et omnia & singula alia in prædictis, & circa prædicta faciendum, quæ, & de quibus, & prout dictis procuratoribus, & cuilibet, vel alteri eorum videbitur, & placebit.

Ad

Ad reuocandum procuratorem.

Item ad reuocandum, cassandum, & annullādum omne, & quodcunque mandatum, & omnia & quæcunque mandata & procurationes factas seu faciēdas per dictam dominam Ca. constituentem prædictam, in quamcunque & seu quascunque personam, & seu personas, ad quoscūque actus iudiciarios, seu negotia facta, & seu collata fuissent, & mandatum prædictum, & omnia, & singula in huiusmodi procuratione, & mandato contenta, seu continenda, nec non ipsos procuratores constitutos, & seu constituendos a dictis huiusmodi procurationibus, & eorum mandatis, nec nō omnes, & singulos substitutos, uel nominatos, & seu substituendos, uel nominandos, a dictis huiusmodi principalibus procuratoribus, & ipsorum substitutiones, & mandata prædicta reuocādum, cassandum, & annullandum. Ac etiam ad denuntiandum, notificandum, protestandum eisdem, seu cuicunq; ex eis reuocationes, cassationes, & annullationes prædictas, et contenta in eis quod nihil gerāt, faciant, uel procurent uigore huiusmodi mandati, seu substitutionis, sub cōminatione, pœna, grauaminibus, modis et formis, prout, et sicut dictis ꝓcuratoribus, & cuilibet uel alteri eorum uidebitur, & placebit. Et insuper in prædictis omnibus tam in iudicio, quā extra faciendum, & fieri faciendum ita, & quemadmodum de iure requiritur, & fieri solet.

Ad præstandum fideiussores.

Item ad dandum, & præstandum in, & super dictis, & infrascriptis omnibus, & singulis, & in, & super quibuscunq; contractibus, & instrumentis, in

iudicio, vel extra, fideiußorem, & fideiußores vnum et seu plures, et tot quod dictis procuratoribus, et cui libet, vel alteri eorum iuxta qualitatem actus videbitur, & placebit cum approbatione, vel sine, cum solutione gabellæ, vel sine, cum precibus & mandatis, vel sine, cum regressibus, & omnibus, & singulis pro missionibus, obligationibus, cautionibus, cautelis, et securitatibus: in omnem casum ad libitum ipsorum procuratorum, & cuiuslibet vel alterius eorum faciendum, et præstandum, et etiam huiusmodi fideiußoribus de conseruando eos indemnes, & penitus sine damno promittendum, et aßecurandum: & omnia, et singula alia faciendum in prædictis, et circa prędicta necesßaria, consueta, et opportuna, et prout, et sicut dictis procuratoribus, & cuilibet vel alteri eorum liberè videbitur, & placebit.

Ad fideiubendum.

Item ad fideiubendum, & in quacunque obligatione, et pro quacunque, et seu quibuscunq; persona, & personis, loco, cõmuni, collegio, societate, et vniuersitate intercedendum in, et pro omni, et quacunq; quãtitate pro qua, & cui, et quibus, & cum illis promissionibus, obligationibus, renuntiationibus, & modis, et formis, & prout, & sicut, et quemadmodum dictis procuratoribus, & cuilibet, vel alteri eorum videbitur, & placebit: & pariter ad recipiendum promissionem conseruationis indemnitatis in forma amplissima.

Ad petendum dari curatorem.

Item ad petẽdum, & faciendum dari curatorem, & curatores hęreditati iacenti quondam Matthęi Federici:

derici; illum vel illos, quē, vel quos dictis procuratoribus, & cuilibet, vel alteri eorum videbitur, & placebit; & seu quem vel quos nominabunt, & ad nominandum semel, & pluries, & ad omnia, & singula alia faciendum, dicendum, procurandum, & exercēdum in prædictis, & circa prædicta necessaria, consueta, & opportuna.

Ad recipiendum depositum.

Item ad acceptandum, et recipiendū pro ipsa constituente omne, & quodcunque depositum, & deposita in iudicio, vel extra expediens, & seu consuetum ex quacunque re, causa, lite, & seu negotio dictæ constituentis: quoties, & prout de ipsorum procuratorū, & cuiuslibet, vel alterius eorum libera processerit voluntate.

Ad exigendum a camera.

Item ad petendum, exigendum, & recipiendum, & se habuisse, & recepisse confitendum, et recognoscendum in iudicio, & extra particulariter, & in totum florenos centum auri largos eidem cōstituenti debitos, vel debendos: & quos dictus A. constituens habere debet, vel habere debebit in futurum a communi Florentiæ, seu a camerarijs cameræ communis Florētiæ, seu a dominis decem baliæ dicti communis occasione, causa, vel p̄textu salarij, stipendij, vel soldi ipsius A. vel alia quacunque de causa, ratione, vel modo, quæ quomodolibet dici, vel excogitari posset cum scriptura vel sine, publica, uel priuata, pure, in diem, uel sub cōditione: et exinde se nomine dicti constituentis bene pagatum, tacitum, et cōtentum uocandum: Et de exactis finiendum, & finem, quietationē,

libera-

liberationem, absolutionem, remissionem, & pactum perpetuum faciendum de vlterius aliquid non petendo, ad sensum sapientis, & ad voluntatem dicti communis Florentiæ, et seu dictorum camerariorum, vel decem baliæ dicti communis Florentiæ.

Ad finiendum.

Item ad finiendum, et faciendum finem, remissionem, quietationem, liberationem, absolutionem, transactionem, & pactum perpetuum de vlterius non petendo, tam generaliter, quam spetialiter: et eo modo, et forma, et prout, et sicut de dictorum procuratorũ, et cuiuslibet, vel alterius eorum libera processerit voluntate, de omni, et toto eo, quod dicta constituens petere seu recipere, vel habere debet, nunc, vel in futurum, a quacunque vel quibuscunque persona, et personis, loco, communi, collegio, societate, et vniuersitate cum scriptura, vel sine, publica, vel priuata: purè, in diem, vel sub conditione quacunque ratione, et de prædictis omnibus, & singulis, & dependentibus, & cõnexis ab eisdem, omnes, et singulas compositiones, et pacta faciendum, cum omni, & quacunq;, & seu quibuscunque persona & personis, & prout, et sicut dictis procuratoribus, & cuilibet vel alteri eorum videbitur, & placebit.

Ad substituendum.

Item ad substituendum, & loco sui ponendum, & subrogandum procuratorem, et procuratores, vnum vel plures, semel et pluries, et toties quoties dictis procuratoribus, et cuilibet vel alteri eorum videbitur, et placebit: et dictos procuratores sic substitutos, et seu substituendos reuocandum, præsenti principali mandato

dato nihilominus semper in suo robore, & firmitate remanente.

Clausulæ finales.

Et generaliter ad omnia, & singula alia faciendum, gerendum, procurandum & exercendum, quæ in prædictis, & circa prædicta, et quolibet prædictorum viderint necessaria, vtilia, & quomodolibet opportuna, & quæ iuris ordo, & facti qualitas prædicti postulant, exigunt, & requirunt, & quæ ipsamet constituens facere, et exercere posset si præsens esset: etiam si talia essent, quæ mandatum exigerent magis spetiale vel generale. Dans, & concedens, atque committens dictis suis procuratoribus, & cuilibet eorum insolidum, & substituendis ab eis uel aliquo eorum plenum, liberum, & generale, ac spetiale mandatum, cum plena, libera, generali, ac spetiali administratione, omnia, & singula faciendi super prædictis, & quolibet eorum, & dependentibus, & connexis ab eisdem: Necnon promittens, & conueniens dicta constituens mihi L. notario infrascripto, vt publicæ personæ recipienti, & stipulanti pro omnibus, & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum se perpetuo firmũ, ratum, & gratum habiturum omne id totum, et quicquid per dictos suos procuratores, & quemlibet, uel alterum eorum, nel substituendos ab eis in prædictis, & circa prædicta, & quolibet prædictorum factum, gestum, procuratumue fuerit, & contra nullo modo facere uel uenire per se, uel alium, aliqua ratione, in re, modo, uel causa, de iure, uel de facto, in iudicio, uel extra, sub hypotheca, et obligatione sui suorumq;

hæredum,& bonorum omnium,& singulorum,mobilium,& immobilium præsentium, & futurorum. Releuans insuper, & releuare volens dicta domina constituens dictos suos procuratores, & substituendos ab eis,& quemlibet eorum insolidũ,ab omni onere satisdandi, promisit & solemni stipulatione conuenit mihi L.notario antedicto,& infrascripto vt publicæ personæ,vt supra recipienti,& stipulanti pro,& vice,& nomine omnium,& singulorum quorum interest,intererit,aut interesse poterit,quomodolibet in futurum,de iudicio sisti, & iudicatum soluendo,& quod tempore ferendæ sententiæ in iudiciũ veniet si opus fuerit,& commode fieri poterit: & omnia dabit,& soluet aduersarijs suis pro omnibus & singulis,quæ in condemnatione continebuntur: nisi fuerit prouocatum sub hypotheca, & obligatione prædictis: Rogans me L. notarium antedictum & infrascriptum quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum vnum vel plura.

Substitutio procuratoris.

In Dei nomine,Amen.Anno Domini,etc.Prouidi uiri M.& Io. ciues Florentini, & de populo Sancti Stephani ad pontem procuratores, & procuratorio nomine dominæ Ca.donati;prout de eorum mandato constare dixerũt m nu ser Angeli Francisci ciuis,& notarij publici Florẽtini sub die 15 Decẽbris, 1488. habentes inter alia authoritatem substituendi vigore dicti eorũ mandati;& omni meliori modo,via,iure, & forma quibus magis & melius potuerunt, & eis licuit,& licet:substituerunt, & loco eorum, & cuiuslibet eorum posuerunt nobilem,& prudentem uirum

rum Alfonsum Ferdinandi ciuem Florentinum præsentem, & suscipientem, vel absentem, & ac si præsens foret ad ea omnia, & singula faciendum procurandum, & exercendum, quæ ipsimet substituentes vigore dicti eorum mandati facere possunt: In seipsis nihilominus & quolibet eorum reseruando, & retinendo firmo principali mandato: Rogantes, &c.

Si vero velis ad vnicum actum tantum substituere, dicas ad exigendum tantum, vel ad compromittendum tantum.

Procura irreuocabilis duratura post mortem, cum liberatione de administratis.

Antonius olim Sigismundi ciuis Florentinus, et de populo S. Mariæ Maioris de Florentia non reuocando, &c. omni meliori modo, &c. fecit, constituit, creauit, et ordinauit suum verum, & legitimum procuratorē, actorē, factorem, et certū nuntiū spetialē, & irreuocabilē, et firmiter duraturū post mortem dicti cōstituentis, et quē ex aliqua vel per aliquā aliam procurationē, constitutionē, vel actū, quē seu quā per dictū constituentē fieri contigerit, vel per aliquā finem spetialem, vel generalem, seu spetialē, tacitā, vel expressam reuocationē, vel suspensionē, voluit nō reuocari aliqualiter vel suspendi, aut reuocatū, et suspensum intelligi nobilē virū Ioā. Christophori ibidē præsentē, & dictū mandatū in se spōte suscipientē. Quod mandatū maximè ad infrascripta durare voluit, et uires habere post mortē ipsius cōstituentis, & tā ipsius cōstituētis hæreditate adita, quā nō adita, et seu iacēte, et seu etiā repudiata, nec posse vlla de cā reuocari, suspēdi, vel impediri in oīb. et singulis causis, &c.

Ad agendum, &c. Item ad intranđũ in tenutã, etc. Item ad faciendum capi, &c.

Hic ponantur illi actus ad quos velis constituere procuratorem.

Et generaliter, &c. dans, & concedens dictus constitues dicto Ioanni eius procuratori prædicto, et substituendis ab eo plenum, liberum, generale, ac spetiale mandatum, cum plena, libera, generali, ac spetiali administratione, &c. Vt supra in primo mandato.

Et insuper dictus A. ex certa scientia & non per errorem absoluit, finiuit, & liberauit dictum Ioannem procuratorem suum ibidem præsentem, & recipientem, & quoscunque substituendos ab eo licet absentes, & me notarium infrascriptum præsentem, & pro eis, et quolibet eorum, & eorum uice, & nomine ut publicam personam recipientem ab omni administratione seu procuratione, quæ per dictũ procuratorem, uel substituendos ab eo procurari, geri, exigi, recipi, haberi, & confiteri, uel fieri contigerit, et eorum omnium, quæ ad manus dicti procuratoris, uel substituendorum ab eo uigore præsentis mandati quomodo libet peruenerint, et ex nunc fecit dicto Ioãni ibidem præsenti, et pro se, et suis hæredibus recipienti, & stipulanti, et mihi notario antedicto, et infrascripto, ut supra recipienti, et stipulãti finem, quietationem, liberationem, absolutionem, et pactum perpetuum de ulterius non petendo, de omnibus & singulis supradictis, et de omni et toto eo, ad quod dictus Ioannes procurator prædictus, et substituendi ab eo sibi cõstituẽti, et eius hæredibus quomodolibet tenerentur, uel teneri posset, et seu possent. Et hoc mandatum irreuoca-

uoca-

uocabile iussit esse, quod irreuocabiliter durare voluit & vires habere, vt præmittitur etiam post mortem dicti constituentis, tam ipsius A. hæreditate adita, quam iacente, & seu quomodolibet repudiata. Et insuper dictus constituens iussit, voluit, & mandauit hoc præsens mandatum toties haberi, & censeri confirmatum, et de nouo factum, et cōstitutum, quoties, & quando appareret aliqualiter reuocatum, suspensum, sopitum, vel viribus euacuatum. Et dictum Ioannem et substituēdos ab eo, eo casu ex nunc prout ex tunc, et ex tūc prout ex nunc, de nouo constituit, & pro nouiter tūc constituto, et constitutis haberi voluit, & mandauit ad omnia, & singula suprascripta. Promittens eidem Ioanni ibidem præsenti, et pro se, et suis hæredibus recipienti et stipulanti, necnō mihi notario antedicto, et infrascripto, vt publicæ personæ recipienti, et stipulanti pro omnibus, & singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum se prædictum mandatum nō reuocare, nec suspendere quoquo modo. Et prædicta omnia, & singula, & quicquid per dictum procuratorem, et substituē.dos ab eo, et quemlibet, vel alterum eorum actum, factumue, gestum, procuratumue fuerit, perpetuo firmum, et ratū habere, et tenere, et contra non facere, vel venire per se, vel alium quoquo modo in iudicio vel extra, de iure vel de facto. Sub pœna dupli eius, quod pro tempore ageretur vel peteretur. Quæ pœna toties committatur, et peti, et exigi possit, et valeat cum effectu, quoties contra prædicta vel eorū aliquod factum fuerit siue ventū. Qua pœna cōmissa vel non, soluta vel non, seu etiam

gratiose remißa, rata, & firma maneant nihilominus omnia & singula suprascripta. Sub hypotheca & obligatione sui suorumq; hæredum, & bonorũ omnium præsentium, & futurorum. Rogans me Leonardum notarium infrascriptum quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum hoc.

Reuocatio procuratoris.

Anselmus olim Francisci, &c. constitutus in præsentia mei notarij infrascripti, et testiũ suprascriptorum, omni meliori modo, via, iure, & forma quibus magis, & melius potuit, clarè, & expreßè reuocauit omnem & quamlibet procurationem, & omne, & quodcunque mandatum per ipsum Anselmum hactenus collatum vel factum in B. & F. quacunque ratione iure, modo, vel causa in genere, vel in spetie, et sub quibuscunq; verbis, et alio quouis modo qui quomodolibet dici, vel excogitari poßit, et nominatim, et expreße manu ser Sebastiani de Mochis notar. Flor. sub die 14. Iulij, 1559. Et ipsos B. & F. eius procuratores prædictos, præsentes, audientes, & intelligentes, si sunt alias absentes, *& quemlibet eorum reuocauit ab omni auctoritate, & procuratione, & ab omni officio procurationis, et mãdati per ipsum Anselmũ vsq; in præsentem diem eis, & cuilibet eorum quomodolibet dati, collati, et facti per se, vel alium, directe, vel indirecte, tacite, vel expreße, in genere, vel in spetie, & sub quibuscũq; verbis, et alio quouis modo, iure, ratione, vel causa, quę quomodolibet dici, uel excogitari poßit. Volens, & mandans ex nunc dictus Anselmus omnem, & quamlibet procurationẽ, et omne, et quodlibet mandatum per eũ, vt dictũ est,*

consti-

constitutum, et collatum dictis B. & F. & cuilibet, vel alteri eorum: & omnia, et singula in dictis mādatis, et quolibet eorum cōtenta eße cassa, vana, irrita, & nullius valoris, roboris, efficaciæ, vel effectus. Et omnia, et singula in prædictis, pro prędictis, & circa prędicta, et quælibet prædictorū gesta, promißa, uel facta per ipsos B. & F. & quemlibet vel alterum eorum, & omnia singula ab eis, & quolibet, vel aliquo seu aliquibus eorundem dependentia, vel cōnexa expresse reuocauit, caßauit, irritauit, & annullauit, & caßa, irrita, & annullata esse voluit, & mandauit, et pro cassis, & reuocatis, & annullatis haberi, & teneri iussit, & declarauit. Rogans me notarium infrascriptum, quatenus de prædictis publicum cōficerem instrumentum.

Alia forma breuior reuocationis mandati specialis.

Petrus Dominici Philippi de Florentia considerans, & aduertens quòd de anno proximo præterito 1470. et die secunda mensis February : dictus Petrus suum procuratorem constituit, & fecit Bernardum Ioannis Fucci de Fesulis, vt latius constat per publicum instrumētum inde rogatum manū ser Christophori Antony de Vitulino notary publici Florent. & quod dictum Petrum pęnituit. & pęnitet iustis, et rationabilibus causis. Et omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis & melius potuit, & potest, reuocauit, & annullauit dictum mandatum in dictum Bernardum collatū, et dixit, et aßeruit se pœnitere de mādato prædicto, et noluisse, et nolle dictū

Bernardum amplius gerere, vel administrare aliqua negotia vel causas dicti Petri: Rogans, &c. Vt supra, & debet fieri postea notificatio.

Instrumentum arrarum.

In Dei nomine Amen, &c. Publice omnibus pateat: qualiter Franciscus olim Simonis Ambrosii ciuis Florentinus, de populo Sancti Apollinaris de Florentia, per se, et suos hæredes omni meliori modo, via, iure, et forma, quibus magis, et melius potuit, ex certa scientia, et non per errorem aliquem iuris, vel facti, promisit, et solemni stipulatione cõuenit B. præsenti, et pro se, et suis hæredibus, & successoribus, et cui, vel quibus iura sua concesserit recipienti, & stipulanti, dare, uendere, tradere, et concedere, eidem B. uel eius hæredibus, & successoribus, & cui, uel quibus iura sua concesserit, quãdam domum positam Florentiæ, &c. Ponas confines. *pro pretio, et nomine ueri, & iusti pretij florenorum centum decem auri largorum, & idem B. possessionem tradere, & in possessione dictorum bonorum inducere, & instrumẽtum uenditionis eidem facere uallandum, et roborandum clausulis, et pactis cautionibus, et uerbis usitatis, & apponi consuetis in alijs instrumẽtis similium uenditionem, secundum stilum notariorum ciuitatis Florentiæ, quandocunque hinc ad unum annum dictus B. dederit, et soluerit eidem Fr. florenos centum auri largos, boni & iusti ponderis & conij Florentini, & uel ipsos florenos centum auri largos depositauerit penes camerarium hospitalis Sãctæ Mariæ Nouæ de Florentia, & eidẽ Francisco prædictorũ depositum legitime notificauerit, & ipsum Franciscum de*

hoc

hoc requisiuerit personaliter uel ad domum. Et qui B. ex aduerso p se & suos hæredes, omni meliori mo do, uia, iure, & forma, qu bus magis, & melius potuit promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto Francisco præsenti, et pro se, et suis hæredibus recipienti, et stipulanti, dare, & soluere, & cum effectu numerare eidem Francisco facta dicta uenditione, et instrumento dictæ uenditionis, residuum dicti pretij dictæ domus, & bonorum, uidelicet dictos florenos cẽtum auri largos, ut supra depositare penes dictum camerarium hospitalis Sanctæ Mariæ Nouæ de Florentia: & hoc ideo promisit dictus Fr. dicto B. quia dictus B. in præsentia mei L. notarij infrascripti, et testium suprascriptum dedit, et actualiter, et cum effectu uerè, & in pecunia numerata soluit dicto B. florenos decem auri largos pro arris, et arrarum nomine, et pro inchoatione, et parte solutionis pretij supra scripti, prout sic, et tantum dictus Franciscus confessus fuit, et de quibus florenis decem auri largos uocauit se bene pagatum, tacitum, et contentum. Quæ omnia, et singula suprascripta promiserunt, & solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus conuenerunt dictæ partes, sibi inuicem et uicissim una alteri, et econuerso perpetuo firma, et rata habere, et tenere, attẽdere, obseruare, & adimplere, et in nullo contra facere, uel uenire per se, uel alium aliqua ratione, iure, modo, uel causa, aut sub aliquo quæsito colore, directe, uel indirecte, de iure, uel de facto, in iudicio, uel extra: Sub pœna florenorum centum auri largorum solemni stipulatione præmissa in singulis, et pro singulis capitulis pactis, et membris, siue arti

culis præſentis contractus, & instrumenti. Quæ pœna toties committatur, & peti & exigi poſſit, & valeat cum effectu, quoties cōtrafactum fuerit, ſiue ventum, vel vt dictum eſt, cum effectu non fuerit obſeruatum. Qua pœna commiſſa vel non, ſoluta vel non ſeu etiam gratioſe remiſſa, prædicta, & infraſcripta omnia, & ſingula nihilominus perpetuo firma perdurent. Pro quibus omnibus, & ſingulis obſeruandis, & adimplendis & firmis, & ratis habendis, & tenendis, et pro dicta pœna ſoluenda, ſi & quoties commiſſa fuerit, obligauerunt ſibi inuicem, et viciſſim, vnus alteri, & econuerſo, ſe, & eorum hæredes, & bona omnia, & ſingula præſentia, & futura. Renuntiantes in prædictis omnibus, & ſingulis exceptionibus non ſic facti, & celebrati contractus, rei non ſic geſtæ, doli, mali, vis metus, fraudis, infactum actioni, conditioni indebiti, ſine cauſa, et ex iniuſta cauſa, omniq; alij iuris, & legum conſtitutioni, & auxilio, & iuri, et legi dicenti generalem renuntiationem non valere, niſi præceſſerit ſpetialis. Quibus Fr. & B. præſentibus, audientibus, et intelligentibus, & prædicta omnia, & ſingula ſic volentibus, & confitentibus. Ego L. iudex ordinarius, & notarius infraſcriptus præcepi per guarātigiam vice, et nomine iuramenti, prout mihi licuit, & licet ex forma ſtatutorum, & ordinamētorum communis Florentiæ de guarantigia loquentium: quatenus prædicta omnia, & ſingula, vt ſupra per eos promiſſa, facta, et geſta, attēdant, faciāt, et obſeruent in omnibus, & per omnia, prout, & ſicut ſupra promiſerunt continetur, & ſcriptum eſt. Rogans, &c.

Ven-

Venditio plenissima.

In Dei nomine Amen. Antonius Bartholomæi Corsii sponte, & ex eius certa scientia, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, & eidem licuit & licet per se, & suos hæredes, et successores iure proprio, & in perpetuum dedit, vendidit, tradidit, & concessit Dominico Rogierij populi Sancti Pancratij de Florentia præsenti, & pro se, et suis hæredibus, & successoribus, & cui vel quibus iura sua concesserit ementi, & stipulanti & recipienti. Si emerit pro alio, *uel nominando, seu nominandis ab eo in totum, uel pro parte infrascripta bona, uidelicet: Vnam domum cum palcis, salis, cameris, curia, horto, puteo, & tecto, & uolta sub terra, et aliis suis habituris, edificiis, & pertinentiis positam in ciuitate Florentiæ in populo Sanctæ Mariæ Nouellæ de Florentia, & in uia quæ dicitur la uia dello amore: cui a primo dicta uia, a secundo Petri de Hieronymis, a tertio bona hospitalis S. Mariæ Nouæ, a quarto Ioannis olim Taddei de Fiaschis, a quinto ser Bernabæ del serra infra prædictos confines, uel alios si qui forent plures, aut ueriores. Vna cum omnibus, & singulis, quæ dicta bona uendita, & quodlibet eorum habent supra se, infra, seu intra se in integrum. Et cum omnibus, & singulis accessibus, ingressibus, & egressibus, usibus, & seruitutibus suis usque in uias publicas. Et cum omni iure, & actione, usu seu requisitione, dominio, proprietate, possessione, uel quasi eidem Antonio uenditori prædicto, in dictis, de dictis, aut pro dictis, uel occasione dictorum bonorum,*

uel

vel alicuius eorum partis quomodolibet competenti bus & competituris. Ad habendum, tenendum, et possidendum, vtendum, & fruendũ, & alienandum, & quicquid dicto Dominico emptori vel eius hæredi bus & successoribus seu nominando, vel nominandis per eum deinceps placuerit perpetuo faciendum. Quæ quidem bona vt supra vẽdita, dictus Antonius venditor suprascriptus, constituit se tenere, et possidere pro dicto Dominico emptore, uel nominãdo, seu no minandis ab eo, & eius, & eorum hæredibus & successoribus, donec, & quousq; dictus Dominicus dictorum bonorum vt supra venditorum possessionem, & tenutam acceperit corporalem. Quam accipiendi & intrandi etiam sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis vel curiæ, et deinceps retinẽdi eidem Dominico emptori prædicto uel nominando, seu nominandis per eum, dictus venditor licentiam dedit, atque contulit omnimodam potestatem. Et promisit d. emptori, et alijs, vt supra liberam, & corporalem possessionẽ tradere ad omnem eorum respectiue libitum, & voluntatem: Et quod conductor si quis esset eum, & eos recognoscet, seu disgumbrabit, & vacuam dimittet domum, & bona prædicta. Et ex nunc fecit & constituit, creauit, et solemniter ordinauit dictus venditor, et seu substituit suum verum & legitimum procuratorem quemcũq; nominandum per dictum Dominicum emptorẽ, prædictum, & nominatim Sebastianum filiũ dicti Dominici, ad inducendum, ponendũ, & immittendum dictum Dominicum emptorem prædictum, in tenutam, & corporalem possessionem dictorum bonorum, &

cuiusli-

cuiuslibet eorum. Ipsamque tenutam, et corporalem possessionem eidem emptori dandum & tradendum, & omnia, & singula in prædictis faciendum, et cum pleno, & plenissimo mandato, et libera, & generali administratione. Et insuper ex causa uenditionis prædictæ: dictus A. uēditor prædictus, cessit. & concessit, transtulit, & mandauit, eidem Dominico emptori prædicto præsenti, & ut supra præfertur stipulanti & recipienti omnia, & singula iura, nomina, et actiones reales, & personales, utiles, & directas, meras, et mixtas, tacitas, et expreßas, ciuiles, et prætorias, anormalas, & cōuentionales, & quascunque alias eidem A. uenditori quomodolibet competentes, & competituras, tam in dictis, & pro dictis, & occasione dictorum bānorum: & quas dictus uenditor habet, et habebat, uel habere poterat aduersus, & contra suos, & dictorum bonorum auctores, et defensores tam principales, quam fideiussores, & eorum hæredes, & succeßores, et eorū bona occasione alienationis eidem uel eius auctoribus factæ de dictis bonis & promissionis de defensione dictorum bonorum supra uenditorum & omnium, et singularum promissionum, renuntiationum, & pactorum dicto uenditori uel eius auctoribus, uel alijs pro eo, uel eis factorum per quascunque personas, & in quocunq; instrumento uenditionis, uel alijs pro dictis, uel occasione dictorum bonorum uēditorum: et cōtra omnes, & singulas alias personas, quæ aliquam promissionem, renuntiationem, consensum, seu obligationem fecißent dicto uenditori, uel alicui personæ pro eo recipienti, uel eius auctoribus, uel alijs pro eis in quocunque

cunque instrumento ratione, vel occasione dictorum bonorum vt supra venditorum. Ipsumque Dominicum emptorem prædictum præsentem, & vt supra stipulantem, & recipientem, fecit, constituit, & seu substituit procuratorem vt in rem suam, posuitq; ipsum in locũ, & vniuersum ius suum in prædictis, & quolibet prædictorum. Ita quod admodo suo nomine dictis actionibus, vtilibus, & directis, & alijs quibuscunq; dictus Dominicus emptor, et seu nominãdi per eum, possint, & valeant contra ipsos auctores, promißores, & quascunque personas præfatas, & eorum hæredes, & bona prædicta, & cuiuscunq; prędictorum agere, et experiri si opus sit, excipere, replicare, prosequi, consequi, & dicta bona tueri, & sortem, pœnam, damna, expensas, & interesse, & bona obligata petere, & omnia, et singula alia facere, & exercere, quæ facere, et exercere poterat dictus venditor ante pręsentem vẽditionem, iurium, cessionem, & contractum.

Quando venditor vellet promittere solũ pro suo dato, & facto, apponas clausulam quæ est infra inter pacta.

Et promisit & solemni stipulatione conuenit dictus A. vẽditor suprascriptus dicto Dominico emptori prædicto, vt supra recipienti, & stipulãti in dictis, de dictis & super dictis, aut pro dictis bonis, vel occasione dictorum bonorum, vel alicuius ipsorum vllo vnquam tempore aliquam litem, causam, quæstionẽ, brigam, molestiam, controuersiam, vel nouitatem in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto, & quauis iuris, forma, vel causa, per se, vel alium directe, vel

indi-

indirecte,tacite,uel expreße , uel aliquo quæsito colore non inferre,facere,uel mouere, nec inferenti facienti,uel mouenti modo aliquo consentire . Sed dicta bona,et quodlibet eorum in totum,& qualibet eorum parte,& in proprietate,possessione,usu, & usu fructu,& fructibus,semper, et omni tempore in iudicio,et extra,& de iure,et de facto,eidem emptori,et eius hæredibus,& succeßoribus, uel nominando,seu nominandis per eum , & habentibus , uel habituris ius,uel causam ab eo,uel eis defendere,auctorizare, et disbrigare,et modis omnibus expedire, ab omni persona,loco,communi,collegio,societate,et uniuersitate ecclesiastica,uel seculari,publica , uel priuata,& ab omnibus officijs,et officialibus tam montis,quam uenditionum communis Florẽtiæ,et bonorum rebellium, & confinatorum cõmunis prædictis,et officialibus pupillorum ciuitatis Florẽtiæ,quam a quibuscunq; syndicis quorumcunq; ceßantium, & fugitiuorum cum rebus,& pecunijs alienis,& ab omni,& quacunque petitione magistratus,et in curia cuiuscunque ius dicentis ciuitatis Flor. occasione , vel prætextu dictæ venditionis,et dictorum bonorum directe,vel indirecte porrigendæ,vel faciẽdæ contra dictum emptorẽ, vel nominandum,seu nominandos ab eo , vel eorum hæredes,et succeßores,et habẽtes,vel habituros ius, vel causam ab eo vel eis,et ab oĩbus,et quibuscunq; præstantijs,præstantionibus,accattis,subuẽtionibus, impositionibus,collectis,et grauedinibus,et ab oĩbus, et quibuscunq; oneribus publicis,vel priuatis,ordinarijs,vel extraordinarijs,q̃ de iure , vel de facto peterentur,vel exigerentur , in dictis , vel super dictis,

aut

gratiose remißa, rata, & firma maneant nihilominus omnia & singula suprascripta. Sub hypotheca & obligatione sui suorumq; hæredum, & bonorũ omnium præsentium, & futurorum. Rogans me Leonardum notarium infrascriptum quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum hoc.

Reuocatio procuratoris.

Anselmus olim Francisci, &c. constitutus in præsentia mei notarij infrascripti, et testiũ suprascriptorum, omni meliori modo, via, iure, & forma quibus magis, & melius potuit, clarè, & expreßè reuocauit omnem & quamlibet procurationem, & omne, & quodcunque mandatum per ipsum Anselmum hactenus collatum vel factum in B. & F. quacunque ratione iure, modo, vel causa in genere, vel in spetie, et sub quibuscunq; verbis, et alio quouis modo, qui quomodolibet dici, vel excogitari poßit, et nominatim, et expreße manu ser Sebastiani de' Mochis notar. Flor. sub die 14. Iulij, 1559. Et ipsos B. & F. eius procuratores prædictos, præsentes, audientes, & intelligentes, si sunt alias absentes, *& quemlibet eorum reuocauit ab omni auctoritate, & procuratione, & ab omni officio procurationis, et mãdati per ipsum Anselmũ vsq; in præsentem diem eis, & cuilibet eorum quomodolibet dati, collati, et facti per se, vel alium, directe, vel indirecte, tacite, vel expreße, in genere, vel in spetie, & sub quibuscũq; verbis, et alio quouis modo, iure, ratione, vel causa, quę quomodolibet dici, uel excogitari poßit. Volens, & mandans ex nunc dictus Anselmus omnem, & quamlibet procurationẽ, et omne, et quodlibet mandatum per cũ, vt dictũ est,*

consti-

constitutum, et collatum dictis B. & F. & cuilibet, vel alteri eorum: & omnia, et singula in dictis mādatis, et quolibet eorum cōtenta esse cassa, vana, irrita, & nullius valoris, roboris, efficaciæ, vel effectus. Et omnia, et singula in prædictis, pro prędictis, & circa prędicta, et qualibet prædictorū gesta, promissa, uel facta per ipsos B. & F. & quemlibet vel alterum eorum, & omnia singula ab eis, & quolibet, vel aliquo seu aliquibus eorundem dependentia, vel cōnexa expresse reuocauit, cassauit, irritauit, & annullauit, & cassa, irrita, & annullata esse voluit, & mandauit, et pro cassis, & reuocatis, & annullatis haberi, & teneri iussit, & declarauit. Rogans me notarium infrascriptum, quatenus de prædictis publicum cōficerem instrumentum.

Alia forma breuior reuocationis mandati specialis.

Petrus Dominici Philippi de Florentia considerans, & aduertens quòd de anno proximo præterito 1470. et die secunda mensis February: dictus Petrus suum procuratorem constituit, & fecit Bernardum Ioannis Fucci de Fesulis, vt latius constat per publicum instrumētum inde rogatum manū ser Christophori Antony de Vitulino notarij publici Florent. & quod dictum Petrum pęnituit. & pęnitet iustis, et rationabilibus causis. Et omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis & melius potuit, & potest, reuocauit, & annullauit dictum mandatum in dictum Bernardum collatū, et dixit, et asseruit se pœnitere de mādato prædicto, et noluisse, et nolle dictū

Bernardum amplius gerere, vel administrare aliqua negotia vel causas dicti Petri: Rogans, &c. Vt supra, & debet fieri postea notificatio.

Instrumentum arrarum.

In Dei nomine Amen, &c. Publice omnibus pateat: qualiter Franciscus olim Simonis Ambrosii ciuis Florentinus, de populo Sancti Apollinaris de Florentia, per se, et suos hæredes omni meliori modo, via, iure, et forma, quibus magis, et melius potuit, ex certa scientia, et non per errorem aliquem iuris, vel facti, promisit, et solemni stipulatione cōuenit B. præsenti, et pro se, et suis hæredibus, & successoribus, et cui, vel quibus iura sua concesserit recipienti, & stipulanti, dare, uendere, tradere, et concedere, eidem B. uel eius hæredibus, & successoribus, & cui, uel quibus iura sua conceßerit, quādam domum positam Florentiæ, &c. Ponas confines. *pro pretio, et nomine ueri, & iusti pretij florenorum centum decem auri largorum, & idem B. possessionem tradere, & in poßessione dictorum bonorum inducere, & instrumētum uenditionis eidem facere uallandum, et roborandum clausulis, et pactis cautionibus, et uerbis usitatis, & apponi consuetis in alijs instrumētis similium uenditionem, secundum stilum notariorum ciuitatis Florentiæ, quandocunque hinc ad unum annum dictus B. dederit, et soluerit eidem Fr. florenos centum auri largos, boni & iusti ponderis & conij Florentini, & uel ipsos florenos centum auri largos depositauerit penes camerarium hospitalis Sāctæ Mariæ Nouæ de Florentia, & eidē Francisco prædictorū depositum legitime notificauerit, & ipsum Franciscum de*

hoc

hoc requisiuerit personaliter uel ad domum. Et qui B. ex aduerso p se & suos hæredes, omni meliori modo, uia, iure, & forma, qu bus magis, & melius potuit promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto Francisco præsenti, et pro se, et suis hæredibus recipienti, et stipulanti, dare, & soluere, & cum effectu numerare eidem Francisco facta dicta uenditione, et instrumento dictæ uenditionis, residuum dicti pretij dictæ domus, & bonorum, uidelicet dictos florenos cētum auri largos, ut supra depositare penes dictum camerarium hospitalis Sanctæ Mariæ Nouæ de Florentia: & hoc ideo promisit dictus Fr. dicto B. quia dictus B. in præsentia mei L. notarij infrascripti, et testium suprascriptum dedit, et actualiter, et cum effectu uerè, & in pecunia numerata soluit dicto B. florenos decem auri largos pro arris, et arrarum nomine, et pro inchoatione, et parte solutionis pretij supra scripti, prout sic, et tantum dictus Franciscus confessus fuit, et de quibus florenis decem auri largos uocauit se bene pagatum, tacitum, et contentum. Quæ omnia, et singula suprascripta promiserunt, & solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus conuenerunt dictæ partes, sibi inuicem et uicissim una alteri, et econuerso perpetuo firma, et rata habere, et tenere, attēdere, obseruare, & adimplere, et in nullo contra facere, uel uenire per se, uel alium aliqua ratione, iure, modo, uel causa, aut sub aliquo quæsito colore, directe, uel indirecte, de iure, uel de facto, in iudicio, uel extra: Sub pœna florenorum centum auri largorum solemni stipulatione præmissa in singulis, et pro singulis capitulis pactis, et membris, siue articulis

culis præsentis contractus, & instrumenti. Quæ pœna toties committa ur, & peti & exigi possit, & valeat cum effectu, quoties cōtrafactum fuerit, siue ventum, vel vt dictum est, cum effectu non fuerit obseruatum. Qua pęna commissa vel non, soluta vel non seu etiam gratiose remißa, prædicta, & infrascripta omnia, & singula nihilominus perpetuo firma perdurent. Pro quibus omnibus, & singulis obseruandis, & adimplendis, & firmis, & ratis habendis, & tenendis, et pro dicta pęna soluenda, si & quoties commissa fuerit, obligauerunt sibi inuicem, et vicissim, vnus alteri, & econuerso, se, & eorum hæredes, & bona omnia, & singula præsentia, & futura. Renuntiantes in prædictis omnibus, & singulis exceptionibus non sic facti, & celebrati contractus, rei non sic gestæ, doli, mali, vis metus, fraudis, infactum actioni, conditioni indebiti, sine causa, et ex iniusta causa, omniq; alij iuris, & legum constitutioni, & auxilio, & iuri, et legi dicenti generalem renuntiationem non valere, nisi præceßerit spetialis. Quibus Fr. & B. præsentibus, audientibus, et intelligentibus, & prædicta omnia, & singula sic volentibus, & consitentibus. Ego L. iudex ordinarius, & notarius infrascriptus præcepi per guarātigiam vice, et nomine iuramenti, prout mihi licuit, & licet ex forma statutorum, & ordinamētorum communis Florentiæ de guarantigia loquentium: quatenus prædicta omnia, & singula, vt supra per eos promissa, facta, et gesta, attēdant, faciāt, et obseruent in omnibus, & per omnia, prout, & sicut supra promiserunt continetur, & scriptum est. Rogans, &c.

Ven-

Venditio plenissima.

In Dei nomine Amen. Antonius Bartholomæi Corsii sponte, & ex eius certa sciētia, & omni melio ri modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, & eidem licuit & licet per se, & suos hæredes, et successores iure proprio, & in perpetuum dedit, vendidit, tradidit, & concessit Dominico Rogierij populi Sancti Pancratij de Florētia præsenti, & pro se, et suis hæredibus, & successoribus, & cui vel qui bus iura sua concesserit ementi, & stipulanti & reci pienti. Si emerit pro alio, *uel nominando, seu nominandis ab eo in totum, uel pro parte infrascripta bona, uidelicet: Vnam domum cum palcis, salis, cameris, curia, horto, puteo, & tecto, & uolta sub terra, et alijs suis habituris, edificijs, & pertinentijs positam in ciuitate Florentiæ in populo Sanctæ Mariæ Nouellæ de Florentia, & in uia quæ dicitur la uia dello amore: cui a primo dicta uia, a secundo Petri de Hieronymis, a tertio bona hospitalis S. Mariæ Nouæ, a quarto Ioannis olim Taddei de Fiaschis, a quinto ser Bernabæ del ferra infra prædictos confines, uel alios si qui forent plures, aut ueriores. Vna cum omnibus, & singulis, quæ dicta bona uendita, & quodlibet eorum habent supra se, infra, seu intra se in integrum. Et cum omnibus, & singulis accessibus, ingressibus, & egressibus, usibus, & seruitutibus suis usque in uias publicas. Et cum omni iure, & actione, usu seu requisitione, dominio, proprietate, possessione, uel quasi eidem Antonio uenditori prædicto, in dictis, de dictis, aut pro dictis, uel occasione dictorum bonorum,*

uel

vel alicuius eorum partis quomodolibet competenti bus, & competituris. Ad habendum, tenendum, et possidendum, vtendum, & fruendũ, & alienandum, & quicquid dicto Dominico emptori vel eius hæredibus & successoribus seu nominando, vel nominandis per eum deinceps placuerit perpetuo faciendum. Quæ quidem bona vt supra vẽdita, dictus Antonius venditor suprascriptus, constituit se tenere, et possidere pro dicto Dominico emptore, uel nominãdo, seu nominandis ab eo, & eius, & eorum hæredibus & successoribus, donec, & quousq; dictus Dominicus dictorum bonorum vt supra venditorum possessionem, & tenutam acceperit corporalem. Quam accipiendi & intrandi etiam sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis vel curiæ, et deinceps retinẽdi eidem Dominico emptori prædicto uel nominando, seu nominandis per eum, dictus venditor licentiam dedit, atque contulit omnimodam potestatem. Et promisit d. emptori, et alijs, vt supra liberam, & corporalem possessionẽ tradere ad omnem eorum respectiue libitum, & voluntatem: Et quod conductor si quis esset eum, & eos recognoscet, seu disgumbrabit, & vacuam dimittet domum, & bona prædicta. Et ex nunc fecit & constituit, creauit, et solemniter ordinauit dictus venditor, et seu substituit suum verum & legitimum procuratorem quemcũq; nominandum per dictum Dominicum emptorẽ, prædictum, & nominatim Sebastianum filiũ dicti Dominici, ad inducendum, ponendũ, & immittendum dictum Dominicum emptorem prædictum, in tenutam, & corporalem possessionem dictorum bonorum, &

cuiusli-

cuiuslibet eorum. Ipsamque tenutam, et corporalem possessionem eidem emptori dandum & tradendum, & omnia, & singula in prædictis faciendum, et cum pleno, & plenissimo mandato, et libera, & generali administratione. Et insuper ex causa uenditionis prædictæ: dictus A. uẽditor prædictus, cessit. & concessit, transtulit, & mandauit, eidem Dominico emptori prædicto præsenti, & ut supra præfertur stipulanti & recipienti omnia, & singula iura, nomina, et actiones reales, & personales, utiles, & directas, meras, et mixtas, tacitas, et expreßas, ciuiles, et prætorias, anormalas, & cõuentionales, & quascunque alias eidem A. uenditori quomodolibet competentes, & competituras, tam in dictis, & pro dictis, & occasione dictorum bãnorum: & quas dictus uenditor habet, et habebat, uel habere poterat aduersus, & contra suos, & dictorum bonorum auctores, et defensores tam principales, quam fideiussores, & eorum hæredes, & succeßores, et eorũ bona occasione alienationis eidem uel eius auctoribus factæ de dictis bonis & promissionis de defensione dictorum bonorum supra uenditorum & omnium, et singularum promissionum, renuntiationum, & pactorum dicto uenditori uel eius auctoribus, uel alijs pro eo, uel eis factorum per quascunque personas, & in quocunq; instrumento uenditionis, uel alijs pro dictis, uel occasione dictorum bonorum uẽditorum: et cõtra omnes, & singulas alias personas, quæ aliquam promissionem, renuntiationem, consensum, seu obligationem fecißent dicto uenditori, uel alicui personæ pro eo recipienti, uel eius auctoribus, uel alijs pro eis in quocunque

cunque instrumento ratione, vel occasione dictorum bonorum vt supra venditorum. Ipsumque Dominicum emptorem prædictum præsentem, & vt supra stipulantem, & recipientem, fecit, constituit, & seu substituit procuratorem vt in rem suam, posuitq; ipsum in locũ, & vniuersum ius suum in prædictis, & quolibet prædictorum. Ita quod admodo suo nomine dictis actionibus, vtilibus, & directis, & alÿs quibuscunq; dictus Dominicus emptor, et seu nominãdi per eum, possint, & valeant contra ipsos auctores, promißores, & quascunque personas præfatas, & eorum hæredes, & bona prædicta, & cuiuscunq; prædictorum agere, et experiri si opus sit, excipere, replicare, prosequi, consequi, & dictá bona tueri, & sortem, pœnam, damna, expensas, & interesse, & bona obligata petere, & omnia, et singula alia facere, & exercere, quæ facere, et exercere poterat dictus venditor ante præsentem vẽditionem, iurium, cessionem, & contractum.

Quando venditor vellet promittere solũ pro suo dato, & facto, apponas clausulam quæ est infra inter pacta.

Et promisit & solemni stipulatione conuenit dictus A. vẽditor suprascriptus dicto Dominico emptori prædicto, vt supra recipienti, & stipulãti in dictis, de dictis & super dictis, aut pro dictis bonis, vel occasione dictorum bonorum, vel alicuius ipsorum vllo vnquam tempore aliquam litem, causam, quæstionẽ, brigam, molestiam, controuersiam, vel nouitatem in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto, & quauis iuris, forma, vel causa, per se, vel alium directe, vel

indi-

indirecte,tacite,uel expreße, uel aliquo quæsito colore non inferre,facere,uel mouere, nec inferenti facienti,uel mouenti modo aliquo consentire. Sed dicta bona,et quodlibet eorum in totum,& qualibet eorum parte,& in proprietate,possessione,usu, & usu fructu,& fructibus,semper, et omni tempore in iudicio,et extra,& de iure,et de facto,eidem emptori,et eius hæredibus,& succeßoribus, uel nominando,seu nominandis per eum, & habentibus, uel habituris ius,uel causam ab eo,uel eis defendere,auctorizare, et disbrigare,et modis omnibus expedire, ab omni persona,loco,communi,collegio,societate,et uniuersitate ecclesiastica,uel seculari,publica, uel priuata,& ab omnibus officijs,et officialibus tam montis,quam uenditionum communis Florẽtiæ,et bonorum rebellium, & confinatorum cõmunis prædictis,et officialibus pupillorum ciuitatis Florẽtiæ,quam a quibuscunq; syndicis quorumcunq; ceßantium, & fugitiuorum cum rebus,& pecunijs alienis,& ab omni,& quacunque petitione magistratus,et in curia cuiuscunque ius dicentis ciuitatis Flor. occasione, vel prætextu dictæ venditionis,et dictorum bonorum directe,vel indirecte porrigendæ,vel faciẽdæ contra dictum emptorẽ, vel nominandum,seu nominandos ab eo, vel eorum hæredes,et succeßores,et habẽtes,vel habituros ius, vel causam ab eo vel eis,et ab oĩbus,et quibuscunq; præstantijs,præstantionibus,accattis, subuẽtionibus, impositionibus,collectis,et grauedinibus,et ab oĩbus, et quibuscunq; oneribus publicis,vel priuatis,ordinarijs,vel extraordinarijs,q̃ de iure, vel de facto peterentur,vel exigerentur, in dictis, vel super dictis,

aut

aut pro dictis bonis venditis, vel eorum parte quacunque ratione, iure, modo, vel causa, & ab omnibus officijs, officialibus, et alijs quibuscũque exactoribus prefatorum onerum, & ab omnibus et quibuscunq; alijs officijs, et officialibus præsidibus, & regiminibus, & tam de ciuitate, comitatu, vel districtu Floren. quam alterius cuiuscunque loci quarumcunque mundi partium tam ecclesiasticis quam secularibus, & tam præsentibus quam futuris, et ab omni, et quocunq; crimine excessu, vel delicto, et a quocunque compromisso, et compromissi petione, et tam voluntario quam coacto. Et si quo tempore aliqualis quæstio, controuersia, causa, nouitas, vel molestia, æqua, vel iniqua, ordinaria, vel extraordinaria, aut exequutiua, ciuilis vel criminalis, aut mixta, tam per citationẽ, pronuntiationem, tenutæ præcepta de disgumbrando, libelli oblationem, compromissi petitionem, protestationem, inhibitionem, litis notificationem, quam alio quocunque modo in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto mota fuerit dicto Dominico emptori, vel nominando, seu nominandis per eum, et eorum hæredibus, & successoribus, vel habentibus, vel habituris ius, vel causam ab eo, vel eis, in, de, vel super dictis bonis vel aliqua eorum parte: vel eorum occasione, vel prætextu, vel eorum fructibus, redditibus, & prouentibus. Omnem huiusmodi litem, causam, quæstionem, controuersiam, molestiam, vel nouitatem motam, uel mouendam, vt supra in quibuscunq; casibus, modis, vel formis suprascriptis quouis modo, iure, vel causa, semel, et pluries, et quoties eidem emptori vel nominandis per eum, et eorum hæredibus, et successoribus, vel

baben-

habẽtibus, uel habituris ius, vel causam ab eo, uel eis visum fuerit expedire. In se, & super se animo nouandi iudicium recipere, suscipere, & transferre infra quintum diem proxime futurum a die notificationis postquam dicto A. venditori, & eius hæredibus, & successoribus denuntiãdum, seu notificatum fuerit personaliter, vel ad domũ eorũ, vel alterius eorum habitationis, aut solitæ habitationis, & seu per loca publica, et consueta ciuitatis Florẽtiæ iuxta formam statutorum ciuitatis prædictæ per quemcunque nuntium publicum dicti communis, aut per publicum instrumentum, vel alium quemcunque modum etiam minus legitimum. Ita tamen quod denuntiatio semel quocunq; modo ex prædictis, aut alio quouis modo etiam minus solemniter facta sufficiat, et ex pacto inter dictas partes solemni stipulatione vallato valeat, et teneat, et pro legitime facta habeatur, et sufficiat, perinde, ac si solemniter, et legitime facta foret. Et a dicto emptore, & eius hæredibus, & successoribus, et nominandis per eum, et habẽtibus, vel habituris ius vel causam ab eo, vel eis in totum, & totaliter remouere, & in se omnem huiusmodi litem, causam, quæstionem controuersiam, molestiam, & nouitatem animo, & effectu nouandi suscipere, omnibus ipsius venditoris, & eius hæredum, & successorum sumptibus, laboribus, & expensis, cura, & sollicitudine, et ipsum emptorem & nominandos per eũ, et eorum hæredes, et successores, et habentes, vel habituros ius vel causam ab eo, et quãlibet eorum insolidum in dictis bonis, & eorum dominio, iure, proprietate, et possessione, vsu, vsufructu, et fructibus omni-

bus alijs, et cõtra oẽs alios semper in iudicio, et extra de iure, et de facto manu tenere, defendere, et conseruare priorẽ, ualidiorẽ, et potiorẽ, ac priores, potiores, et ualidiores. Et eidem emptori, et nominãdis per eũ, et eorũ hæredibus, et successoribus, & habentib. uel habituri ius, uel causam ab eo, uel eis nihilominus reddere, reficere, et restituere omnes, et quascunq; expẽsas, etiã quãtumcunq; magnas, et excessiuas, quas dictus emptor, & nominãdi per eum, et eorum hæredes, et succeßores, et habentes, uel habituri ius, uel causam ab eo, uel eis occasione prædictorum suppor tassent, fecißent, uel sustinuissent quoquomodo, etiam si ultra modum, uel consuetudinẽ excederent. De quibus quidem expensis, & eorum quantitate, taxatione, et declaratione, dictæ partes dictis modis, et nominibus solemniter pepigerunt, & adinuicem conuenerunt standum eße, & credi soli aßertioni, et declarationi dicti emptoris, uel nominandorum per eum, uel eorum hæredum, et succeßorũ, et habentiũ, uel habiturorũ ius, uel causam ab eo, uel eis cum solo simplici iuramento ab eodẽ, et seu eisdẽ, etiã sponte, & sine aliqua solẽnitate præstito. Et inde, et de prædictis, & in prędictis oĩbus, & singulis suprascriptis dictũ emptorem, et nominãdos per eũ, et eorũ hæredes, et successores, et alios, ut supra conseruare indemnes, et penitus sine dãno. Cum pacto etiam in prædictis omnibus, et singulis apposito inter dictos contrahentes dictis modis et nominib., et solẽni stipulatione uallato, quod facta denuntiatione, & notificatione de quibus supra siue legitime, siue minus legitime facta fuerit, (quæ quocũq; facta fuerit, pro legitime facta habeatur)

tur,)præfatus emptor,& nominandi ab eo,et eius,et eorum hæredes,et successores,et habētes, vel habituri ius,vel causam ab eo,vel eis nō teneantur amplius ire ad iudiciū,vel in iudicio interesse,vel adesse, nec vlterius insistere,vel defendere, vel aliquid aliud facere vltra,vel præter eius,vel eorum voluntatem,et plusquā de eius seu de eorum,vel alterius eorum mera,et libera processerit voluntate. Et in casu euictionis,ablationis,vel auocationis dictorū bonorū,vel alicuius partis eorū,et casu quo dicta bona,vel aliquod eorum in totum,vel in partem,in proprietate,vel in possessione,dominio,vel quasi,vsu,vsufructu,vel fructibus modo aliquo euincerētur,auferrentur,vel auocarentur a dicto emptore,et nominandis ab eo,& eorum hæredibus,& successoribus,et cui vel quibus iura sua concesserit, et habentibus, vel habituris ius, vel causam ab eo,vel eis de iure,vel de facto in iudicio,vel extra æque,vel inique,iuste,vel iniuste, aut quouis modo iure,vel causa,promisit, & solemni stipulatione conuenit dictus A. venditor d. Dominico emptori prædicto præsenti,et vt supra stipulanti,& recipiēti infra octo dies a die sententiæ latæ super euictione,oblatione,vel auocatione huiusmodi,vel adie alterius cuiuscunq; actus faciendi in,et super euictione,ablatione,vel auocatione ꝓxime futuros. et post quā semel tantū denuntiatū,et notificatū fuerit dicto vēditori,et eius hẹredib. et successorib. personaliter, uel ad domū.Ita qđ ex pacto, vt supra denūtiatio semel facta,et ēt minus legitime sufficiat,et ualeat,ac si ꝑsonaliter,et solēniter,et legitime facta foret eidē emptori,uel eius hæredib. et successorib. uel alijs, ut su-

pra. Reddere, & restituere infrascriptum pretium cũ pœna dupli, et omnia damna, expensas, et interesse litis, et extra. Florentiæ, Senis, Pisis, Lucæ, Bononiæ, Romæ, Venetijs, & generaliter in quacunq; ciuitate, terra, villa, castro, vel loco cuiuscunq; mundi partis, in quo, qua, vel quibus dictus A. vel eius hæredes, & successores, & quilibet eorum personaliter, vel in bonis inuenti, vel conuenti forent fori priuilegio non obstante, et quolibet dictorum locorum insolidum vnica solutione sufficiente. Constituens ex nũc, et prorogans dictus venditor expresse iurisdictionẽ omnium, et singulorum iudicum præfatorum locorũ & curiarum quarumcunq; tam secularium, quam ecclesiasticarum quarumcunq; mundi pretium in omnibus, & per omnia, et quo ad omnia. Remittens ex pacto vt supra ex nunc omnem appellandi, uel prosequendi necessitatem, et omnem recurrendi, siue recursum faciẽdi necessitatem, ubi ab actibus auocationis, uel euictionis requirerentur recursus. Et omnem necessitatem accusandi, uel querendi si de facto, aut ui auocata, uel ablata forent dicta bona. uel aliqua ipsorum pars in proprietate possessione, usu, usufructu, uel fructibus, ut supra etiam non obstante eo quod supra dicitur de notificatione facienda, ubi etiam facta nõ foret in causis extraordinarijs, uel de facto, prout est in uenditionibus faciendis auctoritate communis Florentiæ, uel alijs similibus actibus, & ui ablata, uel auocata extraiudicialiter, & etiam de facto. Quia sic per pactum inter ipsos contrahentes dictis modis, & nominibus stipulatum, uallatũ, & actum extitit, & conuentum. Cum pacto etiam solemnĩ

E G. stipu-

stipulatione vallato vt supra, quòd eidem emptori, et nominandi ab eo, & eius, et eorum hæredibus, & successoribus, vel habentibus, vel habituris ius, vel causam ab eo, vel eis nō possit dici, obijci, vel opponi de aliqua ipsius Dominici emptoris, vel nominandorum ab eo, & eius, et eorum hæredum, & successorum culpa, vel negligentia, aut notificatione non facta, aut tarde, vel minus legitime factā, vel de potentia aduersarij, aut iudicis imperitia, vel nequitia, aut quod eidem emptori, & nominandis ab eo, vel suis hæredibus, & successoribus fuerit facta iniuria, vel iniustitia, aut quod sententia, vel quiuis actus notationis, vel euictionis fuerit, & sit nullus, aut quod bona non fuerint defensa, aut quod potuerit aliter defendi, vel resisti, aut aliquid aliud propter quod posset impediri, vel retardari restitutio dicti, et infrascripti pretij, damnorum, et expensarum ac intereſſe litis; & extra. Et prædictam venditionem, & iurium cessionem, & omnia, & singula suprascripta fecit dictus Antonius vēditor prædictus pro pretio, et nomine veri, & iusti pretij florenorum quadringentorum septuaginta quinque de libris septem monetæ Florentinæ, pro quolibet floreno: Ponas ad gabellam cuius: *quod quidem pretium, et quam quantitatem dictus Dominicus emptor prædictus dedit, soluit, tradidit, et realiter numerauit dicto Antonio vēditori prædicto præsenti, & ad se trahenti in pecunia numerata in præsentia mei L. notarij infrascripti & testium suprascriptorum. Et de qua quidem quantitate dictus Antonius venditor vocauit se bene solutum, satisfactum, & contentum.* Si vero non inter-

interuenit et pretium, sed fuisset prius solutum dicas. *Quod pretium dictus venditor fuit confessus, et contentus habuisse, & recepisse a dicto emptore, et de eo vocauit se bene solutum, tacitum, & contentum, exceptioni nō numeratæ pecuniæ omnino renuntians. Quæ omnia, et singula suprascripta, & infrascripta dictæ Partes respectiue & qualibet earum promiserūt, & solemni stipulatione conuenerūt sibi inuicem, & vicissim præsentibus, stipulantibus, recipientibus, & acceptantibus perpetuo firma, rata, et grata habere, tenere, attendere, facere, obseruare, et adimplere, et contra non facere, dicere, vel venire, neq; fecisse, dixisse, vel venisse, per se, vel aliū, seu alios in iudicio, uel extra, de iure, vel de facto aliqua ratione, modo, vel causa. Sub pœna dupli quantitatis, et pretij suprascripti, et sub refectione damnorum, et expensarum ac interesse litis, & extra. Quæ pœna toties committatur, et peti, et exigi possit, et valeat cum effectu, quoties in aliquo prædictorum contrafactum fuerit, siue ventum, vel vt dictum est cum effectu non fuerit obseruatum. Qua pœna commissa, soluta, vel non, seu etiam gratis remissa, prædicta omnia, & singula suprascripta nihilominus perpetuo firma, & rata maneant, & perdurent. Pro quibus omnibus, et singulis, et quolibet eorum firmis, & ratis habendis, & tenendis, & obseruādis, & adimplendis, & pro dicta pæna soluenda si, & quoties commissa fuerit, partes prædictæ obligauerūt, et hypothecauerunt, & eos hæredes, et bona omnia, et singula præsentia, & futura. Renuntiantes in prædictis omnibus, & singulis exceptioni non sic facti, &*

celebrati cõtractus venditionis, emptionis, & iurium cessionis, rei non sic gestæ, doli mali, vis, metus, fraudis, in factum actioni, conditioni indebiti sine causa, & ex iniusta causa, exceptioni non numeratæ pecuniæ, fori priuilegio, & omni alij iuris legum, canonum, & statutorum auxilio, beneficio, priuilegio, & fauori tam ciuili quam criminali edito, vel edendo a lege, vel ab homine quomodolibet competenti, et cum petituro. & iuri, & legi dicenti generalem renuntiationem non valere nisi præcesserit spetialis. Quibus quidem Antonio, & Dominico præsentibus, audientibus, & intelligentibus, & prædicta omnia, & singula sic volentibus, & confitentibus. Ego L. iudex ordinarius, & notarius publicus infrascriptus præcepi per guarantigiam vice, & nomine iuramenti prout mihi licuit, et licet ex forma statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ de guarantigia loquentium: quatenus prædicta omnia, & singula, vt supra per eum premissa, gesta, et conuenta, attendant, faciant, & obseruent iuxta præsentis publici instrumenti vim, formam, tenorem, seriem, & effectum in omnibus, & per omnia. Rogantes me L. notarium antedictum, & infrascriptum, vt de prædictis publicum conficerem instrumentum, vel instrumenta.

Datio tenutæ.

In Dei nomine Amen, &c. Sebastianus Dominici procurator, et procuratorio nomine d. A. vẽditoris p̃dicti ad infrascripta spetialiter cõstitutus, vt de eius mãdato supra patet manu mei L. notarij infrascripti

dicto procuratorio nomine induxit, posuit, & immisit dictum Dominicum emptorem ut supra recipientem in tenutam, & corporalem possessionẽ dictorum bonorum: et eidem Dominico dictorum bonorum tenutam, & corporalem possessionẽ dedit, et tradidit. Dans eidem in manibus claues & uectes hostiorum dictæ domus, & de terra dicti horti in signum dictæ tenutæ. Quã tenutam, & possessionem dictus Antonius emptor prædictus accepit, & recepit, asserẽs, et protestans se non solum animo, sed etiam corpore possidere. Rogans, &c.

Fideiussio incontinenti in venditione.

Pro quo quidem Antonio uenditore suprascripto, & eius precibus, & mandatis in omnibus, & singulis suprascriptis, & in omnem eorum casum, causam, & euentum non ui dolo, uel metu, seu aliqua alia machinatione circumuenti, sed ex certa scientia, & non per errorem fideiussorũ, & fideiussores extiterũt Lucas & Matthæus fratres, & filij Euphrosyni Pacis populi S. Mariæ supra Arnum de Florentia, et quilibet eorum insolidum seipsos, et quẽlibet eorum principaliter, & insolidum obligãdo penes dictum D. emptorem prædictum præsentem, & pro se, & nominãdis per eum, et eorum hæredibus, et successoribus, et cui, uel quibus iura sua concesserit recipientem, & stipulantem, et promiserunt, & solemnibus stipulationibus conuenerunt dicto D. ut supra recipienti, et stipulanti seipsos Lucam, et Matthæum fideiussores prędictos, et quẽmlibet eorum insolidum, facturos, et curaturos, et facere, et curare ita, & taliter cum effectu omni iuris, & facti exceptione remota, ita quod

fa-

faciendo possibilia non excusentur, quod dictus venditor suprascriptus omnia, & singula suprascripta, ut supra per eum promissa, facta, et gesta attendet, faciet, & obseruabit, altoquin de eorum proprio, et cuiuslibet eorum insolidum attendere, facere, & obseruare promiserunt sub dicta pena dupli dicti pretij in dicta uenditione contenti, solemni stipulatione præmissa in singulis, et pro singulis capitulis, pactis, membris, siue articulis præsentis contractus, & instrumenti, & sub refectione damnorum, & expensarum, ac interesse litis, & extra. Quæ pœna toties committatur, et peti, et exigi possit, & ualeat cum effectu, quoties contrafactum fuerit, siue uentum. Quæ pœna commissa, uel non, soluta, uel non, seu etiam gratiose remissa, prædicta, et infrascripta omnia, & singula nihilominus perpetuo firma perdurent. Pro quibus omnibus, & singulis obseruandis, & firmis, & ratis habendis, & pro dicta pœna soluenda si, & quoties commissa fuerit cum effectu. Obligauerunt dicti Lucas, & Matthæus fideiussores prædicti, et quilibet eorum insolidum, obligauit dicto D. emptori, ut supra recipienti, et stipulanti seipsos, et eorum, et cuiuslibet eorum insolidum hæredes, & bona omnia, et singula præsentia, & futura. Quæ bona obligata constituerunt dicti fideiussores, et quilibet eorum pro obseruatione omnium prædictorum præcario nomine se pro dicto Dominico emptore tenere, & possidere. Renuntiantes dicti fideiussores in prædictis omnibus, & singulis exceptionibus non sic facti, & celebrati contractus, rei non sic gestæ, doli mali, uis, metus, fraudis, conditioni indebiti, sine causa, & ex iniusta

cau-

causa in factum actioni, beneficio noua, & nouarum cõstitutionum de fideiußoribus et de pluribus reis debendi epistolę diui Adriani legis rubri, & nigri. Quibus per guarantigiam, &c. Rogans, &c.

Fideiussio venditionis ex interuallo.

In Dei nomine Amen, &c. Certum, & verum esse dicitur: qđ de anno domini 1475. indictione sexta, et die quinta mensis Februarij dicti anni, seu alio veriori tempore instrumẽto contento: Antonius, &c. per se, & suos hæredes iure proprio, & in perpetuũ dedit, vẽdidit, tradidit, et concessit Dominico, etc. præsenti, et pro se, et nominandis ab eo, et eorum hæredibus, et cui, vel quibus iura sua concesserit recipienti, stipulanti, & ementi, Vnam domum, &c. Ponas confines, pro pretio florenorum sexcentorum auri largorum. Et promisit dictus A. venditor dicto Dominico emptori defensionem generalem dictorum bonorum, & in casu euictionis restitutionem suprascripti pretij cum pœna dupli, et pactis modis, conditionibus, promissionibus, obligationibus, renuntiationibus, et præcepto guarãtigiæ, et alijs clausulis, et capitulis in instrumento dictæ emptionis, & vẽditionis contentis, prout constat publicum instrumentum manu mei L. notarij infrascripti, ad quod relatio habeatur. Vnde hac præsenti suprascripta die, Nicolaus filius olim Gucci Tommasii linaiuolus: Audita, & intellecta dicta venditione, et omnibus, & singulis in ea contentis, & eidem Nicolao per me L. notarium infrascriptum lecta, et vulgari sermone exposita ad ipsius Nicolai plenam, et claram intelligentiã dicta emptione, & venditione, & eius publico instrumen-

to,

to, & omnibus in eo contentis, et de quibus omnibus, & singulis dixit, et asseruit se bene certum, & informatum esse. Sciens se ad suprascripta, & infrascripta non teneri, nec obligatum esse, sed volens teneri, & efficaciter obligari. Non vi, dolo, vel metu, seu aliqua machinatione circumuentus sed sponte, et deliberate, ex certa scientia, & non per errorem aliquẽ iuris, vel facti, et omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus, magis, & melius potuit, & potest pro dicto Antonio venditore, et eius precibus et mãdatis in omnibus, et singulis suprascriptis, et in dicto instrumento venditionis contentis, & comprehensis, & in omnem eorum casum, causam, & euentum fideiussit, & fideiussor extitit penes dictum Dominicum emptorem prædictum præsentem, & pro se, & nominãdis ab eo, et eorum hæredibus, & cui, vel quibus iura sua concesserit recipientem, & stipulantem, seipsum Nicolaum fideiussorem principaliter, & insolidum obligãdo promisit, et solemni stipulatione conuenit dicto Dominico emptori, vt supra recipienti, & stipulanti, se ita facturum, & curaturum omni, & qualibet iuris, & facti exceptione remota. Nonnulli dicunt etiam. *Ita quod non excusetur faciendo posse suum, quod dictus Antonius venditor prædictus prædicta omnia, & singula in dicto instrumento venditionis contentà, & per eum, vt supra premissa, facta, & gesta, attendet, faciet, & obseruabit, alias de suo proprio obseruare premisit dictus Nicolaus fideiussor prædictus sub dicta pena dupli, &c.* extendas vt in præcedenti.

No-

Nominatio emptoris.

Item postea, &c. Antonius emptor suprascriptus volens agnoscere bonam fidem nominauit, et nominat in emptorem suprascriptorum bonorum superius contentorum, & confinatorum Blasium Aloysii Guilielmi ciuem Florentinum licet absentem, & me L. notarium infrascriptum, vt publicam personā pro dicto Blasio præsentem, & recipientem, & insuper confessus fuit, & publice recognouit coram me notaria infrascripto, vt publica persona, vt supra recipiēte se dictam emptionem, et omnia, et singula suprascripta, et in prædictis, et circa prædicta per eum recepta fecisse, & recepisse pro dicto Blasio, et de propriis pecuniis dicti Blasii soluisse suprascriptum pretium dictorum bonorum, quę omnia etc. promisit etc. mihi L. infrascripto vt publicæ personæ recipienti & stipulanti pro dicto Blasio perpetuo firma, et rata habere, etc. & contra non facere, etc. & nullum alium nominasse, nec in futurum modo aliquo nominare in emptorem dictorum bonorum, sub pœna dupli, &c. & sub refectione damnorum, expensarum, & interesse litis, & extra, quæ pœna, &c. qua pœna &c. pro quibus &c. obligauit etc. renuntiauit etc. cui per guarantigiam etc. extendas vt supra.

Venditio pro suo dato & facto tantum.

Cum protestatione præmissa, et semper intellecta, & repetita in principio, medio, et fine præsentis contractus, & instrumenti per dictum M. venditorem, quod per prædicta, & infrascripta, vel aliquod eorum nō intendit, neq; vult teneri, vel obligatum esse, ad defensionem dictorum bonorum, nec etiam ad pre

tij damnorum, expensarum, ac interesse restitutionē.

Hoc non apponas nisi de expresso consensu partium. *Nec ad pœnæ solutionem, vel aliquod aliud nisi solum, & dūtaxat pro dato et facto opera, obligatione, contractu, uel quasi delicto, uel quasi dicti M. uenditionis tantum, et nō alieno, nec aliter, uel alio modo. Ita quod in effectu si contigerit dicta bona, ut supra uendita molestari, tolli, euinci, uel auocari eidem emptori, at eius hæredibus, & successoribus pro alio dato, et facto, opera, obligatione, et cōtractu, uel quasi delicto, uel quasi quam dicti uenditoris, dictus uenditor, et eius hæredes non teneantur, uel obbligati sint ad pretij damnorum, et expensarum restitutionum, nec ad pœnæ solutionem, uel aliquod aliud, et si super euictione ꝓprietatis, uel possessionis dictorum bonorum pronuntiari contigerit, etc. ut supra in instrumento emptionis usq; ad finem.*

Pactum consuetum apponi in venditione.

Antonius Petri Iacobi de Florentia per se, et suos hæredes primo, et ante omnia obligando, et hypothecando infrascripta bona infra contenta, & confinata dominæ Sandræ, filiæ olim Petri Alamanni, et uxori infrascripti Alfonsi emptoris: licet absenti, & mihi L. notario infrascripto, ut publicæ personæ recipienti et stipulanti pro dicta domina Sandra, & eius hæredibus pro dotæ, et restitutione dotis ipsius dominæ Sandræ: Ita quod pro restitutione, & seu consecutione dotis prædictę in dictis et infrascriptis bonis vendītis, et infra contentis, et confinatis, prædicta domina Sādra, et eius hęredes, et successores sit prior, potior, melior, et anterior omnibus alijs creditoribus dicti, et infra-

infrascripti emptoris quantumcunque anterioribus, & magis priuilegiatis, etiam ex causa dotis, vel alia quauis magis priuilegiata causa: & sic cum dicta hypotheca, & obligatione dedit, & vendidit dicto Alfonso Iacobi de Florentia, & cætera.

Aliud pactum.

Pro pretio florenorum mille, &c. Quod pretium voluerunt dicti contrahentes per pactum inter eos solemni stipulatione vallatum, quod deponatur, & deponi debeat per dictum emptorem penes hospitolarium Sanctæ Mariæ Nouæ de Florentia, & ipsum hospitale sub nomine dicti venditoris donec, & quousque de eo emantur bona immobilia posita in ciuitate, vel comitatu Florentiæ bene cauta, & secura ad declarationem partium, vel in casu discordiæ ad declarationem Dominorum Officialium Montis Communis Florentiæ pro tempore existentium, vel credita Montis Communis Florentiæ. Quibus bonis, siue creditis apponi debeat præambula hypotheca, seu conditio, quod stare debeant. & stent pro securitate dicti emptoris, & defensione generali, & euictione dictorum bonorum, ita vt in casu molestiæ, vel euictionis dictus emptor in dictis bonis præferatur quibuscunque alijs creditoribus dicti venditoris quantumcunque anterioribus, &c.

Aliud

Aliud pactum.

Ser Matthæus olim Ioannis de Falgano ciuis, & notarius Florentinus, per se, & suos hæredes iure proprio, & in perpetuum. Cum pacto inter dictum Ser Matthæum, & infrascriptum emptorem solemni stipulatione uallato, quod infrascripta bona infra uendenda, per prius sint obligata Ser Hieronymo olim Ser Ioannis de Colle ciui, & notario Florentino, quam alij personæ cuicunque, etiam anteriori creditrici Bartolomei emptoris, etiam ex causa dotis, uel qualibet alia priuilegiata, pro defensione, & euictione unius domus positæ in populo Sancti Petri de Florentia, &c. emptæ per dictum Ser Hieronymum ab infrascripto emptore, pro pretio florenorum ducentorum auri, prout de dicta emptione constat publicum instrumentum manu Ser Simonis Grazini Iacobi de Staggia notarij, et ciuis Florentini, sub die tertia præsentis mensis Septembris. Et quæ quidem bona infra uendenda dictus Ser Mattheus obligauit, & hypothecauit dicto Ser Hieronymo licet absenti, & mihi L. notario infrascripto, ut publicæ personæ stipulanti, & recipienti pro dicto Ser Hieronymo, & cum dicta hypotheca, & obligatione dedit, & vendidit, &c. Bartholomeo olim Nicolai Laurentij ciui Florentino ibidem præsenti, &c.

Aliud pactum.

Quam uenditionem, et omnia, et singula suprascripta fecit dictus uenditor, pro pretio, et nomine ueri,

& iusti

et iusti pretij florenorum mille. Cuius quidem pretij dictorum florenorum mille, dictus emptor in præsentia mei notarij infrascripti, et testium suprascriptorũ, realiter, et actualiter dedit, soluit, et numerauit dicto venditori præsenti, et ad se trahenti florenos quingentos. de quibus florenis quingentis vocauit se bene pagatũ tacitũ, et cõtentũ. Residuũ aũt vsq; in florenos mille vel alios florenos quingentos similes promisit, et solẽni stipulatione cõuenit dictus emptor dicto vẽditori præsenti, et pro se, et suis hæredibus recipienti, et stipulanti dare, soluere, et numerare hinc ad quatuor menses proximè futuros. Et qui venditor interim reseruauit sibi dominium dictorum bonorum, ut supra vẽditorum pro rata dictorum florenorum quingentorum, donec, et quousq; eidem integre soluatur, et satisfiat de residuo dicti pũij, videlicet, de florenis quingentis prædictis. Et pro quo dominio reseruato, et fructibus dictorum bonorum pro dicta rata pretij non soluti dictus emptor promisit dicto vẽditori præsenti etc eidem soluere ad rationem quinq; pro cẽtenario pro quolibet anno, cum pacto quod casu quo dictus venditor intra tempus, et terminum trium annorum ab hodie restituat dicto emptori dictum pretiũ, gabellam, et expensas dicta bona sint, & esse intelligantur inempta, et acsi præsens vẽditio facta nõ fuisset, quam venditionem, &c.

Licentia alienandi data per habentem murum communem, vel communionem.

Antonius Iacobi de Bõbenis ciuis Florẽtinus populi Sanctæ Trinitatis de Florentia habens, & tenẽs murum communem cum infrascripta domo.

Et si

Et si haberet communionem in ea dicatur, habens communionem in infrascripta domo, &c. ponas domum.

Et nolens ipsam domum emere requisitus A.B. domino d. domus de infrascripta licentia, sponte, &c. dedit licentiam, & consensum præstitit dicto B. vendendi, & alienandi domum prædictam, & cuicunq; futuro emptori ipsius illam emendi, & acquirendi præsente dicto D. & pro se ac futuro emptore stipulante, & acceptante. Rogantes, &c.

Venditio seruitutis immittendi trabem.

Christophorus, &c. vendidit, tradidit, & concessit Baptistæ, &c. ius facultatem, & seruitutem trabium, & quorumcunq; lignorum, & tignorum, immittendorum in muro domus ipsius Christophori cõtiguo domui ipsius B. vt quandocunq;, & quotiescunq; opus habuerit, & voluerit dictus B. possit, & ei liceat sua propria auctoritate immittere, vel impingere trabem, & quodcunq; lignum, & tignum vsq; ad medium, siue ad interiorem partem dicti muri: dummodo murus ipse præcipitij, vel alicuius generis deteriorationis periculum non incurrat, murum ipsum huic in perpetuum subijciẽs seruituti cum omni iure, & actione, ratione, proprietate, pertinentijs, vel adiacentijs suis, insuper dictus C. dedit, cessit, & concessit, atq; mandauit dicto B. præsenti, & pro se, & suis hæredibus recipienti, & stipulanti omnia iura, nomina, & actiones, & rationes quaslibet immissionis, & impinctionis trabium, & tignorum in dicto muro, quatenus possit inde sua auctoritate, & vtili nomine agere, & experiri contra omnem personam, & locum in iudi-

cio, & extra. Quam uenditionem, & omnia, & singula suprascripta fecit dictus uenditor pro pretio librarum uiginti, quod pretium dictus Christophorus fuit confessus, & contentus habuisse a dicto B. & de quibus uocauit se bene pagatum, tacitum, & contentum, exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renuntians: Dans eidem B. & eius hæredibus liberam licentiam, facultatem, & omnimodam potestatem iurium, seruitutis quasi possessum ex nunc sua auctoritate intrandi, & de cetero retinendi, constituens se interim quasi possidere nomine dicti B. &c.

Extendas cum promissione defensionis generalis, si partes conuenerint, & cum alijs clausulis, ut supra, &c.

Venditio muli.

Martinus olim Francisci mulaterius populi S. Mariæ a Peretola comitatus Florentiæ per se, & suos hæredes iure proprio, & in perpetuum dedit, vendidit, tradidit, & concessit Gaspari mulioni, & vecturali ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti, & stipulanti, unum mulum pili nigri, &c. cum suis fulcimentis tradens ipsum per capistrum dicto Gaspari, cum omnibus, & singulis suis uitys, & magagnis latentibus, & manifestis, & pro eo, & tali, qualis est.

Si vero partes aliter essent concordes exprimatur quomodo conueniunt.

Et promisit dicto Gaspari emptori præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus iura sua concesserit dictum mulum defendere, auctorizare, & disbrigare, & modis omnibus expedire

dire in qualibet mundi parte suis proprijs sumptibus, laboribus, & expensis litis, & extra, & dicto emptori reficere, ac restituere omnia, & singula eius dãna, expensas, & interesse litis, & extra. *Quam uenditionem, & omnia, & singula suprascripta fecit d. M. venditor dicto G. emptori pro pretio, & nomine ueri, & iusti pretij florenorum quinquaginta ad rationem librarum septem pro floreno, quos florenos quinquaginta dictus G. emptor in præsentia mei L. notarij infrascripti, & testium suprascriptorum dedit, soluit, & uere, & actualiter numerauit dicto M. uenditori præsenti, & ad se trahenti, & tot esse confitenti, & de quibus uocauit se bene pagatum, tacitum, & contentum.* Si uero soluatur in parte sic dicas. *De quibus dictus M. uenditor prædictus fuit confessus, & se publice recognouit uere, & non sub spe alicuius futuræ numerationis recepisse, & apud se habere florenos uiginti ad rationem prædictam. Reliquos uero uidelicet florenos triginta dictus G. emptori promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto M. venditori præsenti, & pro se, & suis hæredibus recipienti, & stipulanti dare, & soluere hinc ad decem, & octo menses proximos futuros hoc modo uidelicet singulis sex mensibus tertiam partem dictæ quantitatis: Cum pacto, &c. quod deficiente dicto G. emptore prædicto in obseruantia, & solutione alicuius dictarum pagarum: dictus M. possit facere eum conuenire personaliter, & in bonis, ac si cesserit dies solutionis totius dictæ quantitatis: Reseruatio insuper dicto M. uenditori dominio, & proprietate dicti muli pro dicto residuo*

dicti pretij. Ita quod ex pacto apposito in præsenti contractu, & solemni stipulatione vallato inter dictos contrahentes, liceat dicto M. emptori dictum mulum, & dicta bona obligata, & qualibet eorum, sua propria auctoritate sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ ferijs aliquibus non obstantibus, & omni iure, & solemnitate omißa, & sine nuntijs, & berrouarijs capere, ingredi, tenere, possidere, vendere, & alienare, & sibi in solutum computare vsq; ad integram solutionem dicti debiti residui suprascripti pretij. Quæ omnia, & singula suprascripta promiserunt dictæ partes sibi inuicem, & vicissim vna alteri, & econuerso solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus perpetuo firma, rata, & grata habere, tenere, obseruare, & adimplere, & contra non dare, dicere, facere, vel venire, per se, uel alium, seu alios aliqua ratione, iure, modo, vel causa de iure, vel de facto in iudicio, vel extra, sub pœna, &c. quæ pœna, &c. qua pœna, &c. pro quibus, &c. obligauerunt, &c. renunciantes, &c. omnibus ferijs, & diebus feriatis, & beneficio feriarum, &c. quibus per guarantigiam, &c. Rogans, &c.

Venditio facta a iudice de bonis petitis in solutum.

In Dei nomine Amen. Ponas annum, indictionem, mensem, diem, Pontificatum, & dominationem. *Actum Florentiæ in Palatio D. Potestatis ciuitatis Florentiæ, sito partim in populo Sancti Apollinaris, & partim in populo S. Stephani Abbatiæ Florentinæ, cui vndique sunt viæ publicæ dictæ ciuitatis apud bancum iuris. Et in præsentia egregij*

legum

legum doctoris domini Alberti de Alba iudicis quarteriorum Sancti Ioannis, & S. Mariæ Nouellæ ciuitatis Florentiæ pro tribunali sedentis ad dictum bancum iuris pro suo officio exercendo, & pro iure reddendo vt moris est, & præsentibus testibus, &c. Certum esse dicitur, quod de anno domini ab eius salutifera incarnatione millesimo qnadringentesimo vigesimo sexto, indictione nona, & die sexto mensis Augusti, vel alio veriori tempore: Petrus filius Ser Iacobi Petri de Certaldo setaiolus populi S. Felicitatis de Florentia ex parte vna, & domina Catharina filia olim Petri Tani populi S. Pancratij de Florentia ex parte alia matrimonium adinuicem legitime contraxerunt, & per carnalem copulam consumauerunt. Et quod de dicto anno, & de mense Septembris, vel alio veriori tempore, dictus ser Iacobus de Certaldo, & Petrus eius filius, cum consensu, verbo, licentia, & auctoritate dicti ser Iacobi eius patris, & quilibet eorum insolidum fuerunt confessi habuiße, & recepisse ab Antonio, & Cambio fratribus, & filijs olim Antonij Raphaelis aurificibus dantibus, & soluentibus pro dote dictæ dominæ Catherinæ eorum neptis, & vxoris dicti Petri inter denarios, & res mobiles inter dictas partes communi concordia æstimatas florenos septingentos de libris septem pro quolibet floreno, & propterea fecerunt eidem dominæ Cat. licet absenti, & dicto A. & C. ibidem præsentibus, & pro ea, & eius hæredibus recipientibus, & stipulantibus donationem propter nuptias de libris quinquaginta secundum formam statutum, & ordinamentorum communis Florentiæ..

Quas dotem,& donationem propter nuptias promiserunt,& quilibet eorum insolidum eiusdē dominę Ca. & eius hæredibus restituere in omni casu, & euentu dictæ dotis reddendæ, uel consignandæ, & donationis soluendæ constante matrimonio, uel soluto, cum pacto dotali obligatione bonorum, & alijs in instrumento dictæ dotis contentis, scripto, rogato, & publicato manu ser Iacobi de Duccis notarij Florent. Ad quod, & contenta in eo relatio habeatur. Et quod dictus Petrus mortuus est, & decessit absque liberis iam sunt anni duo proxime elapsi, & ultra, relicta post se, & eius mortem dicta domina Cat. eius uxore legitima. Et quod propter mortem naturalem d. Petri euenit casus dictæ dotis restituendæ, & donationis soluendæ. Et quod postea, & de anno domini 1477. & de mense Ianuarij dicti anni uigore, & pro executione dicti instrumenti dotalis, & consecutione quantitatis dictæ dotis florenorum septingentorum, & librarum quinquaginta in fauorem, & ad petitionem ser Montis Ioannis, ser Montis Notarij, & ciuis Florentini procuratoris, & procuratorio nomine d. D. Cat. per tunc iudicem quarteriorum S Ioan & S. Mariæ Nou. pronuntiata fuit tenuta in bonis dicti olim Petri quondam uiri d. D. Cat. & dicti olim ser Iacobi eius patris obligatis ad dictam dotem, & donationem. Et quod postea de dicto anno 1477. & mense Ianuarij, dictus ser Montes procurator prædictus dictæ dominæ Cat. dicto nomine, per nuncium publicum communis Florentiæ fuit positus, & immissus in tenutam, & corporalem possessionem infrascriptorum bonorum hoc modo contentorum, & confinatorum.

Vnius

Vnius poderis cum domibus pro domino, & pro laboratore, & terris laboratiuis, oliuatis, uineatis, boschatis pastoratis, pratiuis, & sodis, & alijs suis pertinentijs, positi in communi Certaldi comitatus Florentiæ, & in populo S. Iacobi a Certaldo loco dicto casa uecchia, cui a primo, & secundo uia, a tertio bona hæredum domini Ioannis Bocaccij, a quarto flumen Elsæ intra prædictos confines, uel alio, si qui forent plures, aut ueriores. Et quod de dicto mense Ianuarij coram dicto Domino iudice, & curia, per dictum nuncium publicum communis Florentiæ fuit facta relatio dictæ immissionis in tenutam ad petionem dicti ser Montis procuratoris prædicti cum commissione praeceptorum de disgumbrando, & quod de dicto mense Ianuarij ex parte, commissione, & mandato dicti iudicis, & curiæ ad petitionem dicti ser Montis dicto nomine: per dictum nuncium publicum communis Florentiæ fuerunt facta præcepta de disgumbrando tenentibus, & occupantibus dicta bona, & nominatim Cherubino olim Philippi Cammilli, & eius uxori, filijs, & familię, & quod dicta pronuntiatio tenutę, & cōmissio de immittendo, & inmissio, & relatio immissionis in tenutam, & dicta præcepta de disgumbrando, & eorū cōmissio, & relatio fuere legitime, & infra debita, & legitima tempora iustificata cum citationibus, & relationibus citationum legitime factis, & fuerunt probata incumbentia pro parte dicti ser Montis procuratoris prædicti dictæ dominæ Cat. Et quod postea de d. anno domini 1477. & de mense Februarij dicti anni per dominum Lucam de Perusio tunc iudicem quarteriorum Sancti Ioannis, & S. Mariæ Nouellæ

 fuerunt

fuerunt per sententiam diffinitiuam confirmata dicta pronuntiatio tenutæ, & dicta præcepta de disgumbrando, & fuerunt dicti supra nominati, condemnati ad parendum dictis præceptis, & ad dimittendum dicta bona libera, uacua, & expedita dictæ dominæ Cat. principali dicti ser Montis; quæ sententia transiuit in rem iudicatam, prout prædicta omnia, & singula, sic, vel aliter in effectu tamen prædicto plenius, & latius constant, & apparent in actis, & per acta dicti domini iudicis, ad quæ omnia, & contenta in eis relatio habeatur. Et quod postea, & de anno domini 1478. & de mense Aprilis dicti anni: dictus ser Montes procurator prædictus dicto nomine, volens eidem dominæ Cat. eius principali prædictæ de dicta eius dote satisfieri coram dicto iudice exhibuit petitionem, & libellum bonorum insolutum, in qua narratis omnibus suprascriptis, petijt dicta bona uendi, & distrahi plus offerrenti, & per ipsorum bonorum venditionem, & distractionem, & ex pretio redigendo ex alienatione, & distractione dictorum bonorum sibi dicto nomine, & dictæ dominæ Cat. eius principali de dicto credito dictæ suæ dotis, donationis, & expensarum solui, & satisfieri si emptor reperiri posset, alias autem emptore non reperto, dicta bona sibi dicto nomine, dictæ eius principali dari, & adiudicari insolutum, pro concurrenti quantitate, & vsque in concurrentem quantitatem dotis prædictæ, & donationis, & expensarum, & gabellæ propterea, & pro adiudicatione huiusmodi soluendæ communi ciuitatis Florentię, fueruntque per nuntium & præconem publicos communis Florentiæ ad petitionem dicti

ser Montis dicto nomine, & ex parte, commissione, & mandato dicti iudicis, & curiæ citati citandi legitime, & iuridice, & nominatim, volentes dicta, & de dictis bonis in solutum petitis, per dictum ser Montem dicto nomine emere, & quod plus offerenti darentur. Et quod agitato processu, & factis æstimationibus dictorum bonorum ascendentibus ad florenos 650. de libris septem pro floreno. Gabriel olim Antonij de Armaleonibus comparuit, & obtulit se in emptorem, & pro emptore suprascriptorum bonorum pro pretio florenorum sexcentorum quinquaginta vnius de libris septem pro floreno, & quod nullus alius reperitur, qui maiorem oblationem fecerit, & plus obtulerit de dictis bonis. Et quod postea, & de dicto anno domini 1478. & de mense Iulij proxime præteriti, dictus dominus iudex in dicta causa petitionis bonum insolutum suam diffinitiuam protulit sententiam in fauorem, & ad petitionem dicti ser Montis dicto nomine, & dicti Ga. in qua in effectu sententiauit dicta suprascripta bona supra, & in actis causæ contenta, & confinata fuisse, & esse vendenda dicto Ga. tamquam plus offerenti pro dicto pretio floren. 651. per eum oblato, & illud soluendum esse dictæ D. Catharinæ in satisfactionem pro concurrenti quantitate expensarum, & successiue eius crediti principalis, dummodo in actu solutionis cedat iura sua prædicta dicto Ga. & alia fiant, de quibus, & prout latius constat, & apparet in actis, & per acta dicti domini iudicis, ad quæ omnia, & contenta in eis relatio habeatur. Vnde hodie hac præsenti suprascripta die, dictus suprascriptus egregius dominus

Albertus

Albertus de Alba legum doctor, iudex prædictus quarteriorum Sancti Ioannis, & S. Mar. Nouellæ pro tribunali sedens ad eius solitum iuris bancum pro iure reddendo, ut moris est: Sequens, & sequi uolens in prædictis, & infrascriptis omnibus, & singulis formam iuris, statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ, & maxime statutum de cogendo debitorem ad soluendum, & de modo dationis insolutum positum sub rubrica. 57. in secundo libro statutorum prædictorum: Cum protestatione per ipsum dominum Albertum primo, & ante omnia, & singula infrascripta præmissa, & semper intellecta, & repetita in principio, medio, & fine præsentis contractus, & instrumenti, quod per suprascripta, uel infrascripta, uel aliquem alium actum, quem faceret in prædictis, uel occasione prædictorum: non intendit, neque uult modo aliquo seipsum, aut eius hæredes, & bona obligare, sed solummodo bona dictorum olim Petri, & ser Iacobi, & eorum cuiuslibet eorũ hæredes, & bona præsentia, & futura: Et cum dicta protestatione uigore cuiuscunque potestatis, auctoritatis, & baliæ eidẽ quomodolibet concessæ, & attributæ per formam iuris, & quorumcunque statutorum, & ordinamentorũ communis Florentiæ, & omni meliori modo, uia, iure, & forma, & quibus magis, & melius potuit, & potest, et eidem licuit, & licet iure proprio, & in perpetuum dedit, uendidit, tradidit, & concessit dicto Gabrieli Antonij de Armaleonibus præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus, & nominandis ab eo, & eis in totum uel in partem, & cui uel quibus iura sua concesserit recipienti, ementi, & stipulanti dicta suprascripta

scripta

scripta bona supra contenta, & confinata tanquam bona, & de bonis dicti olim ser Iacobi di Certaldo, & Petri eius filij obligata ad restitutionem dictæ dotis di ctæ dominæ Cat. & cuiuslibet uel alterius eorum. Cum omnibus, & singulis adiacentijs, pertinentijs, accessibus, ingressibus, egressibus, & seruitutibus suis usque in uias publicas, & cum omnibus, & singulis terris, & petijs terrarum, quomodolibet solitis teneri, & laborari cum dicto podere. Et cum omnibus & singulis quæ dicta bona habent super se, infra se, & seu intra se in integrum, & cum omni iure, & actione usu, seu requisitione, dominio, proprietate, & possessione eisdem Petro, & ser Iacobo, & eorum hæredibus, & succeßoribus in dictis, de dictis, pro dictis bonis, & occasione dictorum bonorum, quomodolibet competentibus, & competituris. Et cum omnibus, & singulis, quæ infra prædictos continentur confines. Ad habedum, tenendum, & poßidendum, utendum, fruendum, & alienandum & quicquid dicto emptori, & eius hæredibus, & succeßoribus, & nominandis ab eo deinceps placuerit perpetuo faciendum. Et insuper dicta domina Cat. cum consensu, & auctoritate dicti domini iudicis præsentis, & consentientis certificata primo, & ante omnia, per dictum D. iudicem, & me notarium infra scriptum de iuribus suis, & de importantia præsentis contractus, & quid agebat, & quid cõtrahebat, & in quo, & quantũ sibi poterat praiudicare: de quib. oĩb. dixit, et asseruit se plenißime certioratã, & informatã & dictus D Al. iudex prædictus ex causa uẽditionis, & ante infrascripti pretij solutionem, & quilibet

eorum

eorum ex causa, & titulo uenditionis prædictæ dederunt, cesserunt, transtulerunt, mandauerunt, & concesserunt dicto Ga. emptori prædicto, & eius hæredibus, & successoribus, & seu nominandis ab eo, & eis in totum, vel in partem præsenti, & vt supra recipienti, & stipulanti, omnia, & singula iura, & actiones reales, & personales, utiles, & directas, meras, & mixtas tacitas, & expressas, anormalas, & conuentionales, & quascunque alias dictæ dominæ Cat. occasione dotium suarum prædictarum, & dictis olim Petro, & ser Iacobo, & hodie eius, & eorum, & cuiuslibet eorum hæredibus siqui sunt vel esse uolunt, quomodolibet competentes, & competituras in dictis, pro dictis, & occasione dictorum bonorum, contra, & aduersus quoscunq; suos, & dictorum bonorum auctores, & defensores tam principales, quam fideiussores, & eorum hæredes occasione alienationis eiusdem Petro, & ser Iacobo, uel eorum, & cuiuslibet eorum auctoribus, & cuilibet vel alteri eorum factæ, per quascunque personas in quocunque instrumento venditionis, vel alijs pro dictis bonis, vel occasione dictorum bonorum venditorum, vel alicuius eorum partis & contra omnes, & singulas alias personas, quæ aliquam promissionem, renunciationem, consensum, siue obligationem fecissent dictis Petro, & ser Iacobo vel eorum auctoribus vel alijs pro eis, vel aliquo eorum in quocunque instrumento, ratione, vel occasione suprascriptorum bonorum venditorum, vel alicuius eorum videlicet dicta domina Cat. cum dicto consensu cessit, vt supra dicta iura dictæ suæ dotis, ut supra, per dictos ser Iacobum, & Petrum confessatæ, & de qua

supra

supra fit mentio solum, & duntaxat vsq; in quantitatem, & pro quantitate florenorum sexcentorum quinquaginta auri largorum dictæ emptionis, tenutarum, & sentẽtiarum obtentarum, de quibus supra, & dicta domina Cat. dicto consensu, & dictus dominus Albertus iudex collateralis prædictus, & quilibet eorum, fecerunt, constituerunt, creauerunt, & ordinauerunt, procuratorem nominibus dictarum hæreditatum dicti olim ser Iacobi, & Petri, & cuiuslibet earum, dictum G. vt supra præsentem, recipientem, & stipulantem procuratorem, vt in rem suam, & posuerunt ipsum in locum, & vniuersum ius suum vsque in dictam quantitatem florenorum sexcentorum quinquaginta. Ita quodadmodo suo nomine proprio actionibus, vtilibus & directis, & alijs quibuscunq; dictus Ga. emptor suprascriptus possit, & ualeat contra ipsos auctores, & defensores, & quascunque personas præfatas agere, & experiri, excipere, & replicare, consequi, & se, & dicta bona tueri, & sortem, pœnam, damna, & expensas, & interesse, & bona obligata petere, et ad effectũ agendi, casu quo opus sit, & omnia, & singula alia facere, quæ, & prout potuißent d. domina & dicti ser Iacobus, & Petrus, & quilibet, vel alter eorum ante præsentem venditionem, & iurium cessionem. Promittens, & paciscens dicta D. Cat. d. consensu d. Ga. emptori, & cessionario suprascripto, vt supra recipienti, & stipulanti, quod ipsa domina Cat. nulli alij cessit iura prædicta, & quod tempore huius cõtractus erat & est uera, & legitima creditrix dictæ dotis, & quantitatis dotis florenorum septingentorum, & librarum quinquaginta flor. par. & expensarum in dicta

causa,

causa, & causis per eam factarum: dictorum Petri, & ser Iacobi, & cuiuslibet eorum: Sed quod iura prædicta apud se erant salua, integra, & illæsa. Et prædictam uenditionem, & iuriũ cessionem, & omnia, & singula suprascripta fecerunt dicti dominus Albertus, & domina Cat. dicto consensu pro pretio, & nomine ueri, & iusti pretij florenorum sexcentorum quinquaginta unius auri largorum, quod pretium florenorum sexcentorum quinquaginta vnius dictus Gabriel emptor suprascriptus de mandato dicti domini Alberti iudicis prædicti, pro, & uice, & nomine dictorum Petri, & ser Iacobi, & eorum hæreditatis, & hæredum, & bonorum possessorum, si qui sunt, uel esse uolunt, habens in manibus in florenis auri largis, & de auro dedit, soluit, & numerauit dictæ dominæ Cat. præsenti, recipienti, & ad se trahenti creditrici prædictæ dictorum olim Petri, & ser Iacobi: & sic, & tantam quantitatem esse, dicta domina Cat. dicto consensu confessa fuit, & recognouit se habuisse pro satisfactione, & parte satisfactionis primo expensarum per eam, & dictum ser Montem eius procuratorem factarum, tam in causa primi quam secundi decreti, uidelicet librarum octuaginta quinq; & soldorum decem flor. par. & postea successiue suæ dotis, & donationis propter nuptias ut supra, exceptioni sibi non dati, & non numerati, & soluti pretij omnino renuntians. Quæ quidem bona dictus dominus Al. iudex collateralis prædictus constituit se tenere, & possidere ꝑ dicto Ga. emptore, & eius hæredibus, & successoribus, & nominandis ab eo in totũ, uel in partem, donec ipse emptor, & seu nominandi ab eo dictorum

bonorum

bonorum poßessionem acceperit corporalem, quam accipiendi, & deinceps retinendi sua propria auctoritate, & sine licentia uel decreto alicuius iudicis, uel curiæ eidem Gabrieli, & nominandis ab eo licentiam omnimodam contulit, atque dedit, & fecit, constituit, creauit, & ordinauit quemcunque nuncium publicum communis Florentię, & quoscunq; nominandos per di emptorem procuratorem suum, & dictorum Petri, & ser Iacobi ad immitendum dictum emptorem, & seu nominandos ab eo in tenutam, & corporalem poßessionem dictorum bonorum: & insuper dictus dominus Albertus iudex prædictus commisit, imposuit, & mandauit Brunoro Dominici nuntio publico communis Florentiæ, & suæ curiæ, & cuilibet alio nuntio publico dicti communis in solidum, quatenus uadat, & ex dicti domini iudicis collateralis, & curiæ parte, commissione, & mandato, & ad petitionem, et instantiam dicti Gabrielis, & seu nominandorum ab eo ponat, mittat, & inducat, & inductum manu teneat, & defendat in tenutam, & corporalem poßessionem dictorum bonorum ex primo, et secundo decreto dictum Gabrielem emptorem prædictum, et quemcunque nominandum ab eo: Promittens insuper dictus dominus Albertus cum protestatione prædicta, quod dicti hæredes, et bonorum poßessores, siqui sunt vel eße volunt, dictorum olim Petri, & ser Iacobi in, de, vel super dictis, bonis venditis, & iuribus, vt supra cessis, vel aliqua eorum parte, ullam litem, causam, quæstionem, brigam, controuersiam, uel nouitatem, per se uel alium, seu alios de iure, uel de facto, in iudicio, uel extra eidē emptori, nec eius hæredib. et succeßoribus, uel no-

vel nominandis ab eo, uel habentibus, uel habituris ius, vel causam ab eo, uel eis, in, de, uel super dictis bonis, uel aliqua eorum parte in proprietate, uel in possessione, uel eorum fructibus, redditibus, & prouentibus ullo unquam tempore non inferent, facient, vel mouebunt, nec inferenti, facienti, uel mouenti modo aliquo consentient. Sed dicta bona, & iura vendita, & quælibet eorum, & quamlibet eorum partem, & eorum tenutam, tam in proprietate, quam in possessione, & eorum fructibus, & redditibus, & prouentibus singula singulis referendo, eidem Gabrieli emptori, & eius hæredibus, & successoribus, & nominandis ab eo, & cui uel quibus iura sua concesserint omnibus & singulis dictarum hæreditatum, & hæredum dictorum Petri, et ser Iacobi proprijs sumptibus, laboribus & expensis procuratorum, aduocatorum, & aliorum quorumcunque, tam in iudicio quam extra, legittime & de iure, & de facto, & secundum consuetudinem ciuitatis Florentiæ defendent, auctorizabunt, & disbrigabunt, & modis omnibus expedient ab omni homine, & persona, loco, communi, collegio, societate, & vniuersitate, & maxime, & nominatim etiam de iure, & de facto a communi Florentiæ, & a quibuscunque officialibus tam præsentibus, quam futuris communis Florentiæ, & seu pro communi Florentiæ constitutis, seu constituendis, & ab omnibus, & quibuscunque præstantijs, accattis, impositionibus, displacentibus, & grauedinibus quibuscunq;, & ab omnibus, & quibuscũq; oneribus publicis, & priuatis ordinarijs, uel extraordinarijs, quæ de iure, uel de facto peterentur, imponerentur, fierent, vel exigerentur in dictis, vel super dictis.

ctis, aut pro dictis bonis venditis, vel eorum parte quacunque ratione, iure, modo, vel causa, & a quibuscunque exactoribus publicis dictorum onerum, & grauedinum dicti communis Florentiæ: & a quacunque ecclesia, & persona ecclesiastica, & omni eorum, & cuiuscunque eorum officio, & processu, & vacuã, liberam, & expeditam tenutam, & possessionem dictorum bonorum dicto emptori, & eius hæredibus, & successoribus, & nominãdis ab eo in totum, vel in partem, & habentibus vel habituris ius vel causam ab eo, & eis tradere, & ipsum emptorem, & eius hæredes, & successores, & nominandos ab eo, semper facere & defendere, manu tenere, & conseruare, in iudicio, & extra, de iure & de facto, priorem potiorem, & validiorem in dictis bonis, & eorum dominio, iure, proprietate, & possessione, vsu, vsufructu, & fructibus omnibus aliis, & contra omnes, & singulas quascunque alias personas, locum, commune, collegium, societatem, & vniuersitatem, & si quo tempore aliqualis, quæstio, aut controuersia, briga, vel molestia, tam per citationem, pronuntiationem tenutæ, præcepta de disgumbrando, libelli oblationem compromissi petitionem, protestationem, inhibitionem, litis notificationem, tam in in agendo, quam in defendendo, quam alio quocunq; modo mota fuerit in iudicio, vel extra, de iure vel de facto, dicto Gabrieli emptori, vel eius hæredibus, & successoribus, & nominandis ab eo, & eis, in, de, vel super dictis bonis, vel aliqua eorum parte, vel eorum prætextu, vel occasione tam in proprietate, quam in possessione, vel eorum fructibus, redditibus, & prouentibus. Ipsam huiusmodi litem, cau-

ſam, quæſtionem, brigam, moleſtiam, & nouitatem intra quintam diem proxime futuram poſtquam dictis hæreditatibus, & hæredibus dictorum Petri, & ſer Iacobi denuntiatum fuerit, vel notificatum perſonaliter, vel ad domum habitationis, & ſolitæ habitationis dictorum hæredum, & dictorum Petri, & ſer Iacobi, & ſeu vbi, & in qua dicti olim Petrus, & ſer Iacobus tempore eorum, & cuiuſlibet eorum vitæ, & mortis habitabant, & ſoliti erant habitare. Cum pacto quod denuntiatio, & notificatio etiam ſemel tantum, vel minus legittime facta, etiam ad domum habitationis dictorum olim Petri, & ſer Iacobi, & dictorum hæredum ſufficiat, & valeat, ac ſi perſonaliter, & legittime facta foret: & pro legittime facta habeatur: In ſe, & ſuper ſe ſuſcipient, recipient, & transferent animo nouandi iudicium: Et ipſorum bonorum defenſioni legittime ſe offerent, & in cauſa, & cauſis tam principalibus, quam appellationis, ſiſtent vſque ad finem litis, & cauſæ, omnibus, & ſingulis ſumptibus, laboribus, & expenſis dictarum hæreditatum, & hæredum dictorum Petri, & ſer Iacobi, & cuiuſlibet eorum, ſiue lis, & cauſa fuerit deciſa, ſiue non: Cum pacto etiam, quod denuntiatione, & notificatione facta ut prædicitur: dictus emptor, & eius hæredes, & ſucceſſores, & nominandi ab eo, non teneantur amplius ire ad iudicium, litem, cauſam, & quæſtionem prædictam, nec defenſioni dictorum bonorum in iudicio vel extra aſſiſtere, vel adeſſe, niſi ſi, & quatenus, & prout de eorum libera proceſſerit voluntate: Quod ſi dictus emptor, vel eius hæredes, & ſucceſſores aliquas expenſas fecerint, vel

vel damna sustinuerint in iudicio, siue extra occasione prædictorum : ipsa damna, expensas, & intereße ad integrum restituent, tamsi res fuerit euicta, quam non: Et si pronuntiari contigerit contra dictũ Gabrielem emptorem, vel eius hæredes, & successores, vel nominandos ab eo, vel eis super euictione, vel auocatione dictorum bonorum, vel alicuius eorum partis: Et casu quo dicta bona, vel aliquod eorum in totum, vel in partem, in proprietate, vel poßeßione, dominio, vel quasi, vsu, vsufructu, vel fructibus modo aliquo in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto euincerentur, auferrentur, vel auocarentur a dicto emptore, & eius hæredibus, & succeßoribus, & nominandis ab eo: promisit, & conuenit dictus dominus iudex prædictus cum protestatione, & modis, & nominibus, quibus supra dicto emptori, vt supra recpienti, ementi, & stipulanti infra octo dies proxime futuros post huiusmodi euictionem, vel auocationem secutam, & post quam semel tantum pronuntiatum fuerit, tam per iudicem, quã per arbtrũ, vel arbitratorẽ, vel aliũ, vel aliquis actus euictionis, vel auocationis sequutus fuerit, & saltẽ postquã dictis hæreditatibus, & hæredibus d. Petri, & ser Iacobi denuntiatũ, vel notificatum fuerit personaliter, vel ad domũ habitationis, & solitæ habitationis eorũ, vel alicuius eorũ, & eorũ, vel alicuius eorum hæredum. Cum pacto apposito, & solemni stipulatione vallato inter dictas partes: quod denuntiatio, & notificatio semel facta ad domum, & vt supra alicuius dictorum hæredum, & etiam minus legittime valeat, & sufficiat, ac si legitime, & personaliter facta foret oĩbus dictis hæredibus, & pro legitti-

me facta habeatur. Eidem emptori, & eius hæredibus, & successoribus, & nominandis ab eo, reddent, & restituent sine strepitu, & figura iudicij suprascriptum pretium cum pœna dupli, & damnis, expensis, & intereße, quæ dictus emptor, & eius hæredes, & nominandi ab eo, & eis prædictorum occasione, vel prætextu in iudicio, siue extra, fecerunt, & sustinuerint, & in prædictis, & pro prædicta defensione, & euictione in omnibus, & per omnia, facient dicti hæredes: quæ, & ad quæ quicunque venditor de iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorũ communis Flor. tenetur emptori in quocunque casu, etiam vbi notificatio litis fieri non posset, vel deberet de iure. Remißa ex nunc per pactum dicto emptori, & eius heredibus, & succeßoribus, vel nominandis ab eo, & eis, omni appellandi necessitate, si super euictione, vel auocatione dictorum bonorum in totum, vel in partem, ut supra pronuntiari contigerit contra dictum emptorẽ, vel eius hæredes, & successores, vel nominandos ab eis: Hoc etiam acto, & per pactum expreße apposito in præsenti contractu, & instrumento inter dictas partes: quod non possit dici, obijci, vel opponi, quod eidem emptori vel eius hæredibus, & successoribus, vel nominandis ab eo, vel eis facta fuerit iniuria, iniquitas, vel iniustitia, aut quod eius vel eorum culpa, negligentia, & defectu, vel iudicis imperitia, vel pueritia euicta, vel auocata fuerint: Quam venditionem, & iurium cessionem, & omnia & singula suprascripta dictus dominus Albertus iudex prę dictus cum dicta protestatione, de qua supra, vigore dicti sui officij, & pro, & vice, & nomine, & nomini-

bus

bus dictorum olim Petri, & ser Iacobi, & eius, & eorum hereditatum, & hæredum, & dicta domina Cat. quo ad dictam cessionem, tantum, & non vltra vel aliter quoquo modo cum dicto consensu, & quilibet eorum promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto Gabrieli emptori, vt supra recipienti, & stipulanti, perpetuo firma, & rata habere, tenere, attendere, & obseruare, & contra non facere vel venire, per se vel alium, seu alios aliqua ratione, iure, modo, causa, vel ingenio in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto, & quod dicti hæredes dictorum Petri, & ser Iacobi, prædicta omnia, & singula suprascripta, vt supra per dictum iudicem eorum nominibus promissa, facta, & gesta, attendent, facient, & cum effectu obseruabunt, & contra prædicta, vel aliquod eorum non dicent, facient, nec venient per se, vel alium, seu alios aliqua ratione, iure, modo, vel causa, in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto: Sub pœna dupli &c. quæ pœna &c. qua pœna &c. pro quibus omnibus, & singulis obseruandis & adimplendis, & firmis, & ratis habendis, & tenendis & pro dicta pœna soluenda, si, & quoties commissa fuerit cum effectu: dictus dominus Albertus obligauit dictas hæreditates, & hæredes, & bona omnia, & singula præsentia, & futura dictorum olim Petri, & ser Iacobi: & de dicta domina Cat. dicto consensu obligauit seipsam, & eius hæredes, & bona omnia, & singula præsentia, & futura quoad dictam cessionem iurium tantum, singula singulis referendo: Renunciantes dictus dominus Albertus iudex prædictus: & dicta domina Cat. dicto consensu singula singulis congrue referendo, in prædictis omnibus, & singulis,

gulis, exceptioni non sic facti, & celebrati contractus, &c.

Ponas inter alias renuntiationes beneficio Velleiani senatusconsulti, &c.

Quibus per guarantigiam, &c. Quibus omnibus sic peractis, dictus dominus Albertus, iudex praedictus, suam, & communis Florentiae, quibus fungitur auctoritatem interposuit, & decretum: volens, & mandans quod dicta praesens uenditio potiatur, et gaudeat, & potiri, & gaudere possit, omnibus, & singulis beneficijs, priuilegijs, immunitibus, & fauoribus, quibus potiuntur, & gaudent, & potiri, & gaudere possunt quaecunque alię venditiones factę auctoritate cõmunis Florentiae. Rogantes, &c.

Si vero fiat venditio per mulierem viduam vigore pacti dotalis narrato instrumento dotis vt supra, & addito hoc pacto ita scribas.

Venditio vigore pacti dotalis per mulierem viduam de bonis viri.

Certum esse dicitur, &c. Ponas vt supra instrumentum confessionis dotis, & subdas. *Cum pacto inter alia apposito in dicto contractu, & instrumento, quod quandocunque euenerit casus d. dotis restituendae, & seu donationis soluendae, liceat, & licitum sit d. D. Cat. & eius haeredibus etiam supra propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiae capere, apprehendere, & tenere tenutam, & corporalem possessionẽ bonorũ quorumcunq;, & in bonis quibuscunq; d. Iuliani eius veri, eorũq; fructus, redditus, & prouentus, percipere, & habere per se, & alios quos voluerit, ipsos fructus in sortem mini-*

me

me computando, dicta bona, & de dictis bonis, & de quibus potius voluerit vendere, & alienare, & in alium quocunque alienationis titulo transferre, donec, & quousque eidem dominæ Cat. vel eius hæredibus fuerit, & si de dicta dote, & donatione plene, & integre satisfactum cum constituto, & pro prædictis omnibus, & singulis in dicto instrumento contentis obseruandis, debitas promissiones obligationes, & renuntiationes fecit dictus Iulianus, & præceptum guarãtigiæ in se, & super se legittime suscepit: prout prædicta, & alia plura ad prędicta facientia sic vel aliter in effectu tamen prædicto plenius, & latius constant, & apparent in dicto publico instrumẽto confessionis dotis, promissionis, obligationis, renuntiationis, & guarantigiæ publice scripto, rogato, & publicato per manum prudentis viri ser Nicolai, ser Antonij, ser Bandini de Romena ciuis, & notarij publici Florentini: ad quæ oĩa, & contenta in eis, infrascriptæ partes se retulerunt, & referunt. Et quod d. Iulianus, & d. D. Cat. fuerunt vir, & vxor legittimi, & legittimi coniugales, & matrimonium inter se ad inuicem, & vicissim legittime contraxerunt, & carnali copula consumauerunt iam sunt plures anni. Et quod postea, & post d. contractum & consumatum matrimonium: d. Iulianus mortuus est, & decessit iam sunt sex menses proxime elapsi, & vltra relictis post se, & eius mortem, & adhuc hodie superuiuentibus d. domina Cat. olim eius vxore legittima: & Bernardino, & Arnolfo eorum communibus filijs natis ex dictis Iuliano, & domina Catarina coniugalibus suprascriptis. Et quod propter mortem naturalem dicti Iuliani olim eius viri euenit,

& extitit, & est, & stat casus restitutionis dictæ suæ dotis. Et quod omnia & singula bona dicta olim Iuliani fuerunt, & sunt obligata, & hypothecata eidem dominæ Cat. ad restitutionem, & pro restitutione d. suæ dotis. Et quod dicta domina Cat. vigore dicti suprascripti pacti dotalis, habuit, & habet licentiam, & facultatem vendendi, & alienandi bona, & de bonis dicti olim Iuliani: & quæ in eius hæreditate, & bonis fuerunt, & remanserunt, & seu sunt in satisfactionem, & pro satisfactione dictæ suæ dotis. Vnde hodie hac præsenti suprascripta die, dicta domina Cat. cum consensu, auctoritate, & decreto Magnificorum Dominorum, &c. Dic vt supra in primo instrumento, *& certificata primo, & ante omnia per me L. notarium antedictum, & infrascriptum de importantia præsentis contractus, & instrumenti, de iuribus suis: & quid agebat, & quid cõtrahebat, & in quo, & quãtum sibi poterat præiudicare, ac etiam ad cautelam de beneficio Velleiani senatus consulti in fauorem mulierum introducto, & de omnibus alijs in prædictis requisitis, & quantum de iure fuit expediens. De quibus omnibus dixit, & asseruit se bene certioratam, & informatam, & plenissimam habere notitiam. Vigore dicti suprascripti pacti dotalis, et auctoritatis, potestatis, & baliæ idem dominæ Cat. in d. instrumento confessionis concessæ, & attributæ per dictum olim Iulianum eius virum, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, & potest, & eidẽ licuit, & licet, ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti intendens, & volens sibi dominæ Cat. de dicta eius dote, & credito dotis solui, &*

ui, & satisfieri per præsentem venditionem, & alienationem infrascriptorum bonorum, per se, & suos hæredes, & dicti Iuliani iure proprio, & in perpetuum dedit, vendidit, tradidit, & concessit Iacobo olim Petri domini Aloysii de Guicciardinis ciui Florentino præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus, & nominandis ab eo, recipienti, ementi, & stipulanti infrascripta bona, videlicet, Vnum podere, &c.

Ponas hic bona & eorum confines, *tamquam bona, & de bonis dicti quondam Iuliani olim viri dictæ dominæ Cat. & quæ per d. Iulianum tempore d. confessatæ dotis, & postea quandocunque tempore eius vitæ, & mortis habebantur, tenebantur, & possidebantur, & quæ in eius hæreditate, & bonis fuerunt, & remanserunt, neque ab aliquo adhuc apprehensa fuerũt, & seu sunt obligata ad restitutionem dictæ dotis dictę dominæ Cat. &c.*

Subiungas cessiones iurium dotalium, & venditionem: & omnia alia vt supra in persona dominæ Catharinę prout supra sub persona iudicis concipitur in proxima præcedenti venditione: præter quam de protestatione, & decreto iudicis, & similibus.

Venditio facta ab officialibus montis, & seu venditionum de bonis debitoris non soluentis onera.

Publice omnibus, & euidenter pateat, qualiter spectabiles, & egregij viri Simon de Albergottis, & Franciscus de Palafrenis, & Alfonsus de Gambacortis & Octauianus de Cattanis ciues Florentini, & honorabiles officiales ad præsens venditionum electi, assumpti,

aßumpti, & deputati ad exigendum grauidines, & onera communis Florentiæ a debitoribus eiusdem communis: Vt de eorum electione, & aßumptione constare vidi per opportuna consilia communis Florentiæ, sub die nona mensis Octobris 1458. vel alio tempore veriori, manu prouidi viri ser Ioan. Pauli de Marescottis ciuis, & notarij publici Florentini, nec non notarij extractionum, & electionum ciuitatis Flor. In loco eorum solitæ residentiæ collegialiter congregati pro eorum officio exercendo, vt moris est: Aduertentes tam ad vtilitatem communis Florentiæ, quam ad diligentiam, quæ ab eis in d. officio exercendo requiritur, & propterea, qualiter Ioannes Caroli de Fesulis ciuis Florentinus, & præstantiatus in quarterio sancti Ioannis, & in vexillo Vaij ciuitatis Flor. fuit, & est debitor d. communis Flor. pro eius grauedinibus, & oneribus non solutis: & maxime pro sextis non solutis in florenis 200. largis de auro, & vltra: Et visa incorporatione, & confiscatione per eos, & eorum officium facta de infrascripta domo, & bonis, vt infra posita, & confinata. Et quia iustum est, quod communi Florentiæ soluatur, & satisfiat, ad hoc vt poßit suis necessitatibus occurentibus dicti cōmunis prouideri, & satisfieri. Et visa auctoritate, potestate, & balia eisdem concessa per commune Florentiæ, & per opportuna consilia dicti communis, & considerantes, quod d. Ioannes non habet ad præsens pecuniam, ex qua commode poßit soluere cōmuni Flor. d. debitum & fuit, & est contumax ad soluendū, & in soluendo d. debitum, licet pluries, & pluries de solutione, & satisfactione dicti sui debiti fuerit, pro parte

te dictorum officialium requisitus, monitus, & interpellatus, & adhoc vt communi Florentiæ soluatur, & satisfiat de d. suo credito, vel saltem pro parte, & maxime de retractu, & pretio redigendo ex suprascripta domo: Vigore eorum officij auctoritatis, potestatis, & baliæ, eisdem officialibus concessæ, & attributæ per quæcunque statuta, prouisiones, leges, reformationes, & ordinamenta d. communis Flor. ad quæ omnia, & contenta in eis, dicti officiales se retulerũt, & referunt sequentes in prædictis, & infrascriptis, & sequi volentes formam dictorum statutorum, legum prouisionum, ordinamentorum, propterea editorum singula singulis congrue referendo: Primo, & ante omnia vigore d. eorum auctoritatis, potestatis, & baliæ sedentes ad cautelam dicto, & infrascripto loco, misso, & celebrato inter eos solemni, & secreto scrutinio ad fabas nigras, & albas, vt moris est, & per ordinamenta communis Flor. requiritur, & disponitur, & obtento partito secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Flor. & d. eorũ officij: Declarauerunt dd. suprascripta bona supra contenta, & confinata, fuisse, & esse bona propria dicti Ioannis Caroli de Fesulis: Facientes tamen omnia, & singula suprascripta, & infrascripta cum protestatione per dictos officiales, apposita, præmissa, & semper intellecta, & repetita in principio, medio, et fine, & quolibet capitulo præsentis contractus, & instrumẽti, quod ipsi nõ intendũt per prædicta, vel infrascripta seipsos, vel eorũ hæredes, aut bona aliqua obligare per aliquod verbũ appositũ, vel quomodolibet insertum in prædictis, & infrascriptis, vel aliquo prædictorum, & infra-

& infrascriptorum: sed solum dictum Ioannem Caroli, & eius hæredes, & bona, & dicti communis Florē. respectiue ut infra. Et factis debitis citationibus, bannimentis, & subhastationibus, & seruatis seruandis, in ueto quod nullus fecit maiorem oblationem, & maius pretium obtulit quam infrascriptus Christophorus, & seruatis omnibus, & singulis alijs solemnitatibus, & substantialitatibus requisitis secundum ordinem communis Flor. Et ad cautelam prædicta, & infrascripta omnia, & singula una uoce confirmando, & approbando. Et omni meliori modo, uia, iure, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, & eis licuit, & licet iure proprio, & in perpetuum dederunt, vendiderunt, tradiderunt, & concesserunt Christophoro Ioānis Gucci ciui Florentino, & de populo S. Petri Maioris de Florentia tamquam plus offerenti præsenti, & pro se & suis hæredibus acceptanti, ementi, stipulanti, & pro illa, vel illis persona, & personis, quem, vel quos nominauerit in emptorem dictorum, & infrascriptorum bonorum in totum, vel in partem, & cui, uel quibus iura sua concesserit infrascripta bona, videlicet, Vnam domum, &c. ponas confines, &c. *Tanquam bona, & de bonis dictis Ioannis Caroli debitoris prædicti dicti communis Florentiæ pro suis oneribus, & grauedinibus, non solutis communi Floren. Cum omnibus, & singulis accessibus, ingressibus, & egressibus, pertinentijs, adiacentijs, & seruitutibus, introitibus, & exitibus d. domus, & bonorum venditorum, & cum omnibus, & singulis, quæ dicta bona habent super se, infra se, & seu intra se in integrum, omniq; iure, & actione vsu seu requisitione dictorum bonorum vendito-*

venditorum, aut dicti Ioannis in dictis bonis, vel eorum occasione, causa, vel prætextu pertinente, vel spectante aliquo modo, iure, vel causa: Ad habendum, tenendum, & possidendum: & quicquid dicto emptori, & eius hæredibus, & successoribus, vel nominandis ab eo, deinceps placuerit perpetuo faciendum sine contradictione, vel molestia d. Ioannis, vel alterius cuiuscunq; personæ: pro pretio, & nomine veri, & iusti pretij florenorum ducentorum quinquaginta auri de libris septem pro floreno ad omnem expensam Gabellæ, & aliorum d. emptoris: Quod pretium dictus Christophorus in præsentia mei notarij, & testium suprascriptorum dedit, & actualiter soluit, & numerauit, dictis officialibus præsentibus, & ad se trahentibus, & sic, & tantum esse confitentibus, & pro eis: Leonardo Bartholomæi de Pimpinellis eorum prouisori, & camerario dicti officij, & de quibus vocauerunt se bene pagatos, tacitos, & contentos: quos florenos ducentos quinquaginta auri de libris septem pro floreno, eidem Leonardo prouisori, & camerario prædicto consignauerunt ad hoc, vt ponatur ad computum, & satisfactionem debiti, & onerum dicti Ioãnis: Constituentes dicti officiales dictis modis, & nominibus dicta bona deinceps tenere, & possidere pro dicto emptore, & nominandis ab eo, donec d. Christophorus, & nominandi ab eo dictorum bonorum tenutam, & possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi, & retinendi etiam sua propria auctoritate, & sine licentia, auctoritate, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ dicto emptori, & nominandis ab eo, & eorũ hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus iura

sua

sua conceßerit, licentiam omnimodam dederunt, & contulerunt, & ad cautelam dicti officiales venditionum prædictarum, dictis modis, & nominibus fecerunt, constituerunt, & ordinauerunt suum & dicti eorum officij procuratorem, actorem, factorem, & certum nuntium specialem Anselmum Petri Ioannis famulum, & quemlibet alium famulum dicti officij præsentem, & futurum, & quemlibet eorum insolidum: Ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis; sed quod vnus eorum inceperit, alter eorum mediare, & terminare valeat, & cum effectu finire: Specialiter, & nominatim ad ponendum, tradendum, imponendum, & immittendum manu tenendum, & conseruandum dictum Christophorum emptorem prędictum vel nominandos ab eo: & eorum, & cuiuslibet eorum hæredes, & successores in tenutam, & corporalem possessionem dictorum bonorum supra venditorum contentorum, & confinatorum: Et generaliter ad omnia, & singula alia faciendum, quæ ad traditionem veræ possessionis ciuilis, & naturalis requiruntur, & in prædictis, & circa prædicta neceßaria, consueta, requisita, & opportuna, & insuper dd. suprascripti venditores dictis modis, & nominibus ex causa venditionis prædictæ, & antedicti pretij solutionem, & nominationem dederunt, & conceßerunt, transtulerunt, & mandauerunt d. emptori, vt supra, pro se, & suis hæredibus, & succeßoribus, & nominandis ab eo, & cui, vel quibus iura sua conceßerit recipienti, & stipulanti omnia, & singula iura nomina, & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, tacitas, & expressas, meras, & mix-

& mixtas, ciuiles, & prætorias, anormalas, & conuentionales, & quascunq; alias eisdem venditoribus, & communi Florentiæ quomodolibet competentes, & competituras in dictis bonis supra contentis, & confinatis, & quolibet eorum qualibet eorũ parte, & eorum occasione, causa, vel prætextu contra quoscunque auctores dictorum bonorum supra venditorum, vel ipsorum parte: & contra ipsum Ioannem, & eius hæredes, & bona præsentia, & futura, & contra omnes, & singulos homines, & personas, quomodolibet principaliter vel accessorie obligatos pro defensione, vel euictione dictorum bonorum supra venditorum, vel aliqua ipsorum parte, & contra omnes, & singulos alios qui promissionem, consensum, renũciationem, vel obligationem aliquam fecißent dictis venditoribus, vel dicto Ioanni, vel eius hæredibus, & bonis, & eius auctoribus in quocunq; instrumento venditionis, vel alio quocunque contractu pro dictis bonis supra venditis, vel eorum occasione, causa, vel prætextu, & contra prædictorum omnium, & cuiuslibet eorum bona, vel in bonis: Constituentes præfati domini officiales dictis modis, & nominibus dictum Christophorum emptorem, & eius hæredes, & succeßores, & nominandos ab eo procuratorem, & dominum vt in rem suam, ponentes ipsum ut supra in locum, & vniuersum ius suum quo ad bona prædicta: Ita quod dictus emptor, & eius hæredes, & successores, & nominandi ab eo, poßit, & valeat, & poßint, & valeant dictis iuribus, & actionibus, vtilibus, & directis eidem vt supra ceßis, & aliјs quibuscunq; vti, agere, experiri, excipere, & replicare, prosequi, consequi, &

se, &

se, & dicta bona, & quodlibet ipsorum, & quamlibet ipsorum partem defendere, & tueri sortem, damna, expensas, & intereße, & bona obligata repetere & omnia, & singula alia facere in iudicio, & extra, quæ facere poßunt, seu potuissent dicti uenditores dictis modis, & nominibus, & dictus Ioannes ante præsentem venditionem, iurium cessionem, & contractum, ac si præsens cessio facta non eßet: & promiserunt dicti venditores dictis modis, & nominibus dicto Christophoro, vt supra recipienti, & stipulanti pro se, & eius hæredibus, & succeßoribus, & nominandis ab eo, in, de, vel super dictis bonis, vel aliquo ipsorum, vel aliqua ipsorum parte, fructibus, redditibus, vel prouentibus, per se, vel alium, seu alios, de iure, vel de facto in iudicio, vel extra vllo vnquam tempore aliquam litem, causam, quæstionem, controuersiam, seu nouitatem non inferre, facere, vel mouere, nec inferenti, facienti, vel mouenti modo aliquo consentire: sed dicta bona vt supra vendita, & quodlibet eorum, eidem emptori, & eius hæredibus, & successoribus, & nominandis ab eo, in proprietate, & possessione, de iure, & de facto, in iudicio, & extra legitime defendere, auctorizare, & disbrigare, & modis omnibus expedire, ab omni homine, persona, loco, communi, collegio, societate, vniuersitate: Et maxime, & nominatim a communi Florentiæ, & à quibuscunque officijs, & officialibus præsentibus, & futuris dicti communis, seu pro dicto communi Florentiæ, quomodolibet constitutis, vel constituendis, & ex causa dicti Ioannis, vel eius hæredum: & a qualibet ecclesia, & ecclesiastica persona, & ab omni, &

quolibet

quolibet eorum, & cuiuslibet, vel alterius eorum officio, & officiali delegato, vel subdelegato, ordinario, vel extraordinario. Et vacuam liberam, & expeditam tenutam, & corporalem possessionem dictorum bonorum supra venditorum dicto emptori, & eius hæredibus, & successoribus, & nominandis ab eo, tradere, consignare, & ipsum emptorem, & eius hæredes, & successores, & nominandos ab eo, in dictis bonis, & eorum possessione, dominio, & proprietate semper facere, & defendere, priorem, potiorem, anteriorem, & validiorem omnibus, & singulis alijs in quocunq; casu ex prædictis dictorum venditorum dictis modis, & nominandis, & dicti Ioannis proprijs sumptibus, laboribus, & expensis procuratorum, aduocatorum, & aliorum quorumcunque. Cum pacto quod si vllo vnquam tempore aliqua lis, causa, quæstio, controuersia, differentia, vel molestia, seu nouitas, de iure, vel de facto, in iudicio, vel extra, quomodocunq;, & qualitercunq; moueretur, inferretur, vel fieret dicto Christophoro emptori, vel nominandis ab eo, vel eorum, vel alicuius eorum hæredibus, & successoribus, vel habentibus, vel habituris ius, titulum vel causam ab eo, vel eis, in, de, vel super dictis bonis, supra venditis, vel aliquo ipsorum, vel aliqua ipsorum parte, fructibus, redditibus, vel prouentibus in proprietate, vel possessione, & tam per libelli oblationem, simplicem citationem, tenutæ pronuntiationem, pręcepta de disgumbrando, protestationem, vel inhibitionem, quam alio quocunque modo promiserunt, & solemni stipulatione conuenerunt dicti venditores, dictis modis, & nominibus dicto Christophoro,

ro, vt supra recipienti, & stipulanti, ipsam huiusmodi litem, causam, quæstionem controuersiam, brigam, molestiam, & omnem nouitatem intra quinque dies proxime futuros: postquam dictis venditoribus dictis modis, & nominibus, vt supra, vel ad ianuam palatij residentiæ domini Potestatis, ciuitatis Florentiæ, siue ad locum solitæ residentiæ dictorum officialium, vel eorum in officio successorum, postquam etiam semel tantum notificatum, vel denuntiatum fuerit personaliter, vel ad domum dictis venditoribus, vel d. Ioannis, vel eius hæredum: Cum pacto apposito in dicto contractu, & solemni stipulatione vallato inter dictas partes, quod nofication, & denuntiatio facta domi, vel vt supra, vel etiam minus legitime valeat, & sufficiat, ac si personaliter, & legitime facta foret, & pro legitime facta habeatur, siue fiat per instrumentum manu publici notarij conficiendum, siue fiat per nuntium publicum communis Florentiæ, vel alium quemcunq; modum in se, & super se recipere, suscipere, & transferre animo nouandi iudicium, & ipsorum bonorum defensioni legitime se offerre, & in causa, & causis tam principalibus, quam appellationis sistere, vsuque ad finem litis, & causæ, & exinde dictum emptorem, & nominandos ab eo, & eorum, & cuiuslibet eorum hæredes, & successores, & cui, vel quibus iura sua concesserit conseruare indemnem, & indemnes, & pœnitus sine damno etiam si causa fuerit decisa, siue non, & tam in obtinendo, quam in succumbendo, & tam in agendo, quam in defendendo, omnibus, & singulis dictorum venditorum dictis modis, & nominibus expensis proprijs sumptibus, laboribus,

boribus, & expensis notariorum, procuratorum, aduocatorum, & aliarum quarumcunque expensarum in quolibet casuum prædictorum. Quod si non fecerint, & propterea, aut pro dictis bonis, vt supra venditis, vel aliqua ipsorum parte, fructibus, redditibus, & prouentibus, dictus Christophorus emptor prædictus, vel nominandi ab eo, vel eorum, & cuiuslibet eorum hæredes, & successores, vel habentes, vel habituri ius, vel causam ab eo, vel eis damnum aliquod paterentur, vel expensas aliquas facerent in iudicio, siue extra, ipsa damna expensas, & intereße, ad integrum reficere, & restituere teneantur, & obligata esse voluerunt omnia, & singula bona, & hæredes dicti Ioannis, tam præsentia, quam futura, & tam si res fuerit euicta, quam non quia sic per pactum inter eos actum extitit, & conuentum. Ac etiam cum pacto, quod etiam semel tantum facta denuntiatione, & notificatione, vt dictum est, dictus emptor, vel nominandi ab eo, vel eorum, & cuiuslibet eorum hæredes, & successores, vel habentes, vel habituri ius, vel causam ab eo, vel eis, non teneantur amplius ire ad iudicium, aut liti, casæ, vel quæstioni, nec defensioni dictorum bonorum amplius se offerre, assistere, vel adesse in iudicio, vel extra. Etsi pronuntiari contigerit contra dictum Christophorum, vel nominandos ab eo, vel eorum, & cuiuslibet, vel alterius eorum hæredes, & succeßores, vel habentes, vel habituros ius, vel causam ab eo, vel eis, vt supra dictum est, super euictione, vel auocatione dictorum bonorum supra venditorum in proprietate, vel in possessione, vel eorum vsu, vsufru-

 ctu,

ctu, vel fructibus, redditibus, & prouentibus, promiserunt dicti suprascripti venditores, & officiales prædicti dictis modis, & nominibus dicto Christophoro, vt supra recipienti, & stipulanti reddere, soluere, & restituere pretium suprascriptum, cum pœna dupli, & omnia, & singula damna, expensas, & interesse, quæ, vel quas dictus Christophorus emptor, vel nominandi ab eo, vel eorum, & cuiuslibet, vel alterius eorum hæredes, & successores, vel habentes, vel habi turiius, vel causam ab eo, vel eis fecerint, vel sustinuerint in iudicio, vel extra prædictorum occasione, causa, vel prætextu sine litigio, & sine strepitu, & figura iudicij Florentiæ, Pisis, Senis, Lucæ, Bononiæ, Ferrariæ: & generaliter vbiq; locorum, & fori, vbi petitum fuerit infra octo dies post huiusmodi euictionem, vel auocationem sequutam. Et postquam semel tantum pronuntiatum fuerit super euictione, vel auocatione dictorum bonorum, vt supra venditorum, vel eorum parte, in proprietate, vel possessione, vel vsu, vsufructu, vel fructibus, redditibus, & prouentibus, tam per iudicem, quam per arbitrium, & arbitratorem, quam etiam per alium. Et postquam dictis venditoribus, dictis modis, & nominibus denuntiatum, vel notificatum fuerit personaliter, vel ad domum habitationis, seu solitæ habitationis, vt supra dictum est d. Ioannis, siue ad ianuam palatij residentię domini Potestatis ciuitatis Flor. siue ad locum solitæ residentiæ dictorum officialium, vel eorum in officio successorum. Cum pacto apposito, & solemni stipulatione vallato in præsenti contractu inter dictas partes, quod denuntiatio, & notificatio, vt supra dictum

est

est facta ad domum dicti Ioannis, vel dictorum officialium, vel ad dictam ianuam, & residentiam, & etiam minus legitime, valeat, & sufficiat, ac si personaliter,& legitime facta foret, & pro legitime facta habeatur. Remissa ex nunc per pactum expressum dicto emptori, & pro nominandis ab eo, & eius, & eorum hæredibus,& successoribus omni necessitate appellandi, & de nullitate dicendi, & opponendi, seu prouocandi,& appellationis, & nullitatis causam prosequendi,si dicta bona supra vendita in totum,vel in partem euincerentur, vel auocarentur a dicto emptere,vel nominandis ab eo,vel eorum,& cuiuslibet, vel alterius eorum hæredibus, & successoribus, & cui vel quibus iura sua concesserint. Hoc etiam acto, & per pactum expresse apposito in præsenti contractu, & solemni stipulatione vallato inter dictas parter quod non possit dici, obijci, vel opponi dicto emptori, vel nominandis ab eo,vel eorum,& cuiuslibet eorum hæredibus, & successoribus, vel habentibus vel habituris ius causam ab eo, vel eis, quod ei vel eis, vel alicui eorum facta fuerit iniuria, vel iniustitia, sed dicta bona supra vendita in totum, vel in partem euincerentur, vel auocarentur dicto emptori, vel nominandis ab eo, vel eorum, & cuiuslibet eorum hæredibus, & successoribus, & habentibus, vel habituris,ius,vel causam ab eo, vel eis, aut quod eorum, vel alicuius eorum culpa, vel negligentia, vel iudicis imperitia, vel iniustitia fuissent vel essent euicta, vel auocata. Et insuper omnia, & singula alia facere promiserunt dicti venditores cum dicta protestatione, modis, & nominibus, quibus supra, quæ, & ad

quæ, quilibet venditor de iure quomodolibet tenetur emptori in quocunq; casu, etsi denuntiatio, vel notificatio litis fieri non posset, vel fieri nõ deberet de iure. Insuper dicti officiales, ad corroborationem præsentis venditionis, aduertentes ad legem editam per opportuna consilia communis Florentiæ, de anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, & die vigesimosecundo mensis Septembris dicti anni, vel alio veriori tempore, per quam in effectu constat, quod venditiones faciendæ, & quæ fient per ipsos officiales, & quod venditiones, & incorporationes bonorum immobilium, quæ non fuerunt reuocatæ, vel retractatæ, ex nunc intelligantur esse, & sint fortificatæ, & corroboratæ: omni priuilegio, fauore, & immunitate, vt sunt, vel fuerunt aliæ venditiones factæ per quoscunq; officiales venditionum vsq; in præsentem diem, & etiam vt sunt illæ venditiones factæ per syndicos cessantium, & fugitiuorum: Et quod dictæ venditiones, & incorporationes, postquã transierunt in rem iudicatam, amplius retractari, reuocari, vel annullari non possint in totum, vel in partem aliquam, nec emptores ipsorum bonorum, vel habentes, vel habituri ius, vel causam ab eo, vel eis possint aliquo modo, vel per aliquod tempus directe, vel indirecte etiam per viam petitionum magnatum, vel per aliam viam non rectam molestari in ipsis bonis, vel fructibus ipsorum bonorum, sub pœna cuicunq; contrafacienti, vel in dicto partito fabam reddenti florenorum mille, pro qua pœna, quicunque contra faciens sit suppositus conseruationibus legum, & cuicunque & rectori, & officiali ciuitatis Florentiæ, nec possit ea

defen-

defendere cum petitionibus magnatum, quæ per dictam causam darentur continentibus in se maleficium. Et voluerunt etiam dicti officiales, quod præsens venditio, & emptio, & omnia, & singula suprascripta, & infrascripta in præsenti venditione contenta, & inserta, valeant, & teneant, & robur, & firmitatem habeant, & consequantur effectum cum suprascriptis priuilegijs, fauoribus, beneficijs, immunitatibus, & alijs quibuscunque singula singulis congrue referendo, quibus vtantur, & gaudent, & gaudere possunt, quæcunque aliæ venditiones, & traditiones factæ per quemcumque officialem communis Florentiæ, & auctoritate communis Florentiæ, quam quidem venditionem, & iurium cessionem, & omnia, & singula suprascripta, & infrascripta dicti suprascripti officiales dictis modis, & nominibus cum protestatione prædicta, & vice, & nomine communis Florentiæ, & d. Ioannis Caroli de Fesulis, & omnium, & singulorum quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum promiserunt, & solemnibus stipulationibus conuenerunt, cum pactis modis, & conditionibus suprascriptis: d. Christophoro emptori, vt supra recipienti, & stipulanti perpetuo firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, facere, & obseruare, & contra non dicere, facere, vel venire per se, vel alium, seu alios, aliqua ratione, iure, modo, causa, vel ingenio, de iure, vel de facto, in iudicio, vel extra, sub pœna, & ad pœnam dupli dicti suprascripti pretij solemni stipulatione præmissa in singulis, & pro singulis capitulis, pactis, membris, siue articulis præsentis contractus, & instrumenti, &

sub refectione damnorum, expensarum, ac intereße litis, & extra: Quæ pœna toties committatur, & peti, & exigi poßit, & valeat cum effectu, quoties contra factum fuerit, siue ventum, vel effectualiter non seruatum. Qua pœna commißa, vel non, exacta vel non, soluta vel non, seu etiam gratis remissa, prædicta, & infrascripta omnia, & singula nihilominus perpetuo firma, & rata maneant, & perdurent. Pro quibus omnibus, & singulis obseruandis, & firmis, & ratis habendis, & tenendis, & adimplendis, & pro dicta soluenda, si & quoties commissa fuerit cum effectu dicti officiales dictis modis, & nominibus vigore dicti eorum officij auctoritatis, potestatis, & baliæ obligauerunt d. Christophoro emptori prædicto, vt supra recipienti, & stipulanti pro se, & eius hæredibus, & succeßoribus, & nominandis ab eo, & cui vel quibus iura sua conceßerit, & habentibus, vel habituris ius, vel causam ab eo, vel eis d. Ioannem Caroli de Fesulis, & eius hæredes & bona omnia, & singula, præsentia, & futura dicti Ioannis, nec non bona omnia, & singula communis Flor. tam præsentia, quã futura. Quæ bona sic obligata dicto emptori, vt supra recipienti, & stipulanti, & quodlibet ipsorum, dicti officiales, dictis modis, & nominibus, se pro dicto emptore, vt supra recipiente, & stipulante, præcario nomine constituerunt, tenere, & poßidere vsque ad integram, & perfectam satisfactionem, & obseruantiam omnium prædictorum. Renuntiantes dicti officiales, dictis modis, & nominibus in prædictis omnibus, & singulis exceptioni nõ sic factæ venditionis, & iuriũ cessionis, & promissionis, & obligationis, non

sic

sic facti, & celebrati contractus, rei non sic gestæ, aliter fuiße dictum, quam scriptum, vel econuerso, doli mali, conditioni indebiti, sine causa, ob turpem causam, & ex iniusta causa, fori priuilegio, in factum actioni. Omnique alij iuris, legum, canonum, & statutorum, auxilio, priuilegio, & fauori, & iuri, & legi dicenti generalem renuntiationem non valere, & non sufficere, nisi præcesserit specialis. Quibus quidem officialibus venditionum prædictarum, vt supra modis, & nominibus antedictis præsentibus, & prædicta omnia, & singula sic volentibus, confitentibus, & guarantantibus. Præcepi ego L. iudex ordinarius, notariusq; publicus infrascriptus: necnon ad præsens notarius, & scriba dictorum officialium per guarantigiam vice, & nomine iuramenti, prout mihi licuit, & licet ex forma statutorum, ordinamentorum communis Florentiæ, quatenus prædicta omnia, & singula supráscripta, vt supra per eos, & quemlibet eorum promissa, facta, & gesta dictis modis, & nominibus perpetuo attendant, faciant, & obseruent in omnibus, et per omnia, vt supra promiserunt continetur, & scriptum est: iuxta præsentis publici instrumenti vim, formam, tenorem, seriem, & effectum, rogantes me L. notarium antedictum: quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum, & instrumenta, vnum, vel plura. Supradicti D. officiales venditionum iutēdentes in prædictis iuridice procedere, & seruare formam legis propterea editæ, seruatis seruandis de iure, & secundum ordinamenta communis Florentiæ, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, & eis licuit, & licet, vigore d. eo-

rum

rum officij, auctoritatis, potestatis, & baliæ eisdem, quomodolibet concessæ, & attributæ ex forma statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ commiserunt, imposuerunt, & mandauerunt Mariotto Simonis publico præconi, & bannitori communis Florentiæ, & cuilibet alij publico præconi, & bannitori dicti communis insolidum, quatenus vadat in, & per ciuitatem Florentiæ, & in locis, & per loca publica, debita, consueta, & requisita dictæ ciuitatis, vbi, & in quibus similia bannimenta fieri solent, & debent, & ibidem in dictis locis, & quolibet eorum sono tubæ premisso, voceque præcona, vt moris est, & per ordinamenta communis Florentiæ requiritur, & disponitur, publice, palam, alta, & intelligibili voce banniat, & præconizet dictam suprascriptam venditionem, vt supra factam, & omnia, & singula in dicta venditione contenta, rogatam per dictum ser L. notarium antedictum, & quod si quis sentiret se grauatum de dicta venditione, vel aliquod ius, vel intereße haberet, vel habere prætenderet in dictis bonis, vel se grauatum dicere vellet comparere debeat infra duos menses proxime futuros a die huiusmodi banni missi, si fuerint in territorio Florentino, sin autem infra tres menses, vt supra proxime futuros coram spectabilibus viris, officialibus montis, & prouisoribus, seu massarijs cameræ communis Flor. & dare eorum notario recursum, & petitionem sui recursus ad dicendum, & apponendum contra, sic, & quicquid volunt, & poßunt dicere, opponere, vel allegare, vel aliquis ipsorũ vult, & potest, de iure, vel secundũ ordinamenta cõmunis Flor. & docere de omni eorũ, et cuiuslibet,

vel

vel alterius eorum iure, & grauamine. Alias elapso dicto termino, in prædictis, & circa prædicta procedetur, & fiet, vt iuris fuerit, eorum absentia, vel cõtumacia non obstante: Ac etiam banniat bona vendita cum confinibus suis, & cuius sunt ipsa bona, & nomen, & pronomen emptoris, & omnia, & singula alia dicat, faciat, & obseruet dictus præco, & bannitor in prædictis, & circa prædicta necessaria, consueta, & opportuna, & quæ dicere, & facere tenetur, & debet de iure, & secundum formam dictæ legis.

Ac etiam commiserunt, imposuerunt, & mandauerunt Iuliano Roberti famulo dictorum officialium, & cuilibet alij famulo dictorum officialium insolidum, quatenus vadat, et ex dictorum officialium parte, commissione, & mandato notificet, & intimet, & ad memoriam reducat dictis officialibus montis, & massarijs cameræ, dictam suprascriptam venditionem factam de dictis bonis, ne vllam valeant de prædictis ignorantiam causam allegare, si adeo recurri per aliquem modo aliquo contigerit, & omnia alia faciat in prædictis necessaria, & opportuna de iure secundum ordinamenta communis Florentiæ, & formam suæ commissionis.

Relationes.

Iacobus Ioannis publicus præco, & bannitor communis Florentiæ, iens, & rediens retulit dictis officialibus, & mihi L. eorum notario infrascripto, se dicta suprascripta die vigore dictæ sibi factæ commissionis, & post dictam commissionem sibi factam iuisse in, & per ciuitatem Florentiæ, & in locis,

& per

& per loca publica, debita, consueta, & requisita dictę ciuitatis, & ibidem, & in dictis locis, & quolibet eorũ publice, palam, alta, & intelligibili voce, sono tubæ premisso, voceq; præcona, vt moris est, & per ordinamenta communis Florentiæ requiritur, & disponitur bannijsse, & præconizasse dictam suprascriptam venditionem, & omnia, & singula in ea contenta, & omnia & singula alia fecisse, & obseruasse in omnibus, & per omnia secundum formam d. suæ commissionis, & prout, & sicut in dicta sua commissione continetur, & a dictis officialibus habuit in commissione, & mandatis.

Iulianus Roberti famulus dictorum officialium ex commissione sibi, vt supra facta per dictos officiales iens, & rediens retulit dictis suprascriptis officialibus & mihi eorum notario infrascripto, se hodie iuisse, notificasse, & denuntiasse dictam venditionem sic vt supra factam: Spectabilibus viris officialibus montis: necnon prouisoribus seu massarijs cameræ communis Florentiæ cum bonis venditis, & cum eorum confinibus, & demonstrationibus prout per reformationem communis Florentiæ propterea æditam disponitur, & continetur, & apparet: vt non possint de prædictis al quam ignorantiæ causam prætendere, vel allegare, & in scriptis dictam notificationem fecisse in loco eorum, & cuiuslibet eorum solitæ residentiæ, & eorum notario dimisisse, & omnia alia fecisse, & dixisse in prædictis, quæ facere tenebatur, & debebat de iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ, & suæ commissionis prædictæ, et prout a dictis officialibus habuit in commissione, & mandatis.

Vendi-

Venditio ad vitam.

Venerabilis vir Dominus Michael de Panzano hospitalarius hospitalis S. Mariæ Nouæ de Florentia, & vt, & tanquã hospitalarius prædictus, & omni meliori modo, via, iure, causa, & forma, quibus magis, & melius potuit, per se, & suos, & in dicto hospitali successores dedit, vendidit, tradidit, & concessit iure proprio, & ad vitam, & durante vita infrascripti Bernardi emptoris, & donec naturaliter vixerit, & non vltra Bernardo olim Bartolomæi de Gherardis ciui Florentino, & de populo S. Petri Maioris de Florentia præsenti, & pro se recipienti, ementi, & stipulanti infrascripta bona, videlicet: Vnum podere, &c. Ponas confines, &c. *Vna cum omnibus, & singulis, quæ dicta bona habent super se, infra, seu intra se in integrum, & cum accessibus, ingressibus, & egressibus, adiacentijs, cohærentijs, & pertinentijs suis, & seruitute tam reali, quam personali dictorum bonorum, seu debitis dictis bonis, vel propter dicta bona vsque in vias publicas, & cum omni iure, & actione, vsu, seu requisitione dicto venditori dictis modis, & nominibus, & dicto eius hospitali in, de, & super dictis bonis quomodolibet competentibus, tamquam res, & bona ad dictum hospitale pleno iure dominij, proprietatis, & vsufructus pertinentia, & spectantia. Ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid dicto emptori eiusdem emptoris tantum vita durante, et non vltra, vel aliter deinceps placuerit faciendum. Quæ bona dictus dominus M. venditor, constituit se precario nomine pro dicto emptore tenere, & possidere, donec dictorum bonorum tenutam, & corporalem*

accepe-

acceperit poßeßionem, quam accipiendi, & deinceps retinendi durante eius vita prædicta tantum, etiam sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ eidem B. emptori licentiam, & facultatem omnimodam dedit, atque concessit. Et insuper fecit, & constituit suum verum, & legitimum procuratorem quemcunque nominandum a dicto emptore ad dandum, & tradendum dicto B. emptori, vel alteri pro eo legitime recipienti tenutam, & corporalem possessionem dictorum bonorum. Et ipsum in ipsorum bonorum poßeßionem immittendum. Et eidem tenutam, & corporalem poßeßionem dandum, & tradendum, & generaliter ad omnia faciendum, quæ in prædictis fuerint opportuna, & quæ ipsemet constituens facere posset si adeßet, etiam si mandatum exigerent magis speciale. Et insuper ex titulo, & causa venditionis prædictæ cessit, & concessit, transtulit, & mandauit dicto B. vt supra ementi ad eius vitam, & eiusdem B. vita durante, & donec naturaliter vixerit, omnia, & singula iura, & actiones, reales, & personales, vtiles, & directas, meras, & mixtas, tacitas, & expreßas, ciuiles, & prætorias, anormalas, & conuentionales, & quascunque alias eidem venditori quomodolibet competentes, & competituras, contra omnes, & singulos suos, & dictorum bonorum auctores, tam principales, quam fideiußores, & contra omnes, & singulos, qui aliquam promissionem, obligationem, vel consensum fecißent dicto venditori, vel eius actori, vel alicui eorum pro dictis bonis, vel ipsorum cautela, conseruatione, & securitate, & occasione suprascriptorum bonorum,

rum,

rum, & posuit dictum Bernardum eius vita durante & toto tempore vitæ dicti Bernardi emptoris prædicti in locum, & vniuersum ius suum dicto nomine, & dicti sui hospitalis, Constituitque ipsum procuratorem, vt in rem suam: ita quod admodo dictus Bernardus eius vita durante, & toto tempore suæ vitæ dictis iuribus, & actionibus, & alijs quibuscunque, possit, & valeat dictis actionibus, & iuribus, vt supra cessis vti, agere, excipere, replicare, prosequi, consequi, & se, & dicta bona tueri, & omnia, & singula alia facere, quæ, & quemadmodum, & prout poterat dictus venditor ante præsentem venditionem. Promittens, & conueniens dictus dominus Michael venditor suprascriptus modis, & nominibus quibus supra dicto Bernardo emptori, vt supra præsenti, ementi, recipienti, & stipulanti, in, de, vel super dictis bonis, vel aliqua eorum parte, toto tempore vitæ dicti Bernardi, & eiusdem B. vita naturali durante, nullam litem, causam, quæstionem, controuersiam, vel nouitatem, aut molestiam aliquam inferre, facere, vel mouere, nec inferenti, facienti, vel mouenti modo aliquo consentire, sed dicta, & quamlibet eorum partem toto tempore vitæ dicti emptoris, & eius vita durante, de iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ ab omni homine, persona, loco, communi, collegio, societate, & vniuersitate legitime defendere, auctorizare, disbrigare, & modis omnibus expedire, & vacuam, liberam, & expeditam possessionem dictorum bonorum tradere dicto Bernardo emptori, ipsumq; eius vita durante, & do-

nec naturaliter vixerit, vt supra, & non aliter in ipsorum bonorum possessione semper facere, & defendere potiorem, & si quo tempore lis quæstio, aut controuersia, tam per citationem, libelli oblationem, tenutæ pronunciationem, præcepta de disgumbrando, compromissi petitionem, quam aliquo quocunque modo in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto, mota fuerit dicto Bernardo emptori, in, de, vel super dictis bonis, aut aliqua ipsorum parte, vel vsu, vsufructu, vel fructibus, vel aliqua ipsorum parte. Ipsam litem causam, quæstionem, & omnem nouitatem intra otto dies proxime futuros, postquam dicto venditori, & eius hæredibus, & successoribus in dicto hospitali denuntiatum, seu notificatum fuerit semel personaliter, vel ad domum eius habitationis, & dicti hospitalis per dictũ Bernardum, vel eius procuratorem, vel per nuntium publicum communis Florentiæ. Ita, quod ex patto apposito in præsenti contrattu, et solemni stipulatione vallato inter dictas partes notificatio, & denuntiatio semel facta ad domum, & seu ecclesiam dicti hospitalis sufficiat, valeat, & afficiat, ac si personaliter facta foret, in se, & super se suscipere, & transferre, in causa, & causis tam principalis, quam appellationis sistere vsque ad finem litis, & causæ, omnibus ipsius venditoris, & eius hæredum, & successorum sumptibus, laboribus, & expensis procuratorum, aduocatorum, & aliorum quorumcunque, & exinde dictum Bernardum emptorem conseruare indemnem, & penitus sine damno in omnem litis euentum, & siue lis, & causa fuerit decisa, siue non. Et siue dicta bona totaliter, vel particulariter euincerentur, siue non. Et si pronuntiari

nuntiari

nuntiari contigerit contra dictum emptorem super euictione, vel auocatione dictorum bonorum, vel aliqua eorum parte, pretium infrascriptum suprascriptorum bonorum cum pœna dupli, & omnia damna, expensas, & intereße, quæ, vel quas dictus Bernardus emptor fecisset, aut sustinuisset prædictorum occasione infra octo dies postquam semel tantum pronuntiatum fuerit, tam per iudicem, quam per arbitrum, & arbitratorem, quam etiam per alium, postquam denuntiatum fuerit eidem venditori, & eius hæredibus, & successoribus in dicto hospitali per dictum Bernardum emptorem, vel eius procuratorem, vel aliquem ex nuntiis publicis communis Florentiæ, vel per alium personaliter, vel ad domum eidem Bernardo restituere cum pœna dupli, & omnibus damnis, expensis, & interesse dicti Bernardi litis, & extra. Ita quod ex pacto denuntiatio semel facta ad domum, & seu ecclesiam dicti hospitalis sufficiat, & valeat, & afficiat, ac si personaliter facta foret causa appellationis minime expectata, & ac si sententia transisset in rem iudicatam, & tempora quadrimestria lapsa forent. Remissa ex nunc per pactum eidem emptori omni, & qualibet appellandi, & de nullitate dicendi necessitate. Hoc etiam acto, & per pactum expresse apposito inter dictos coutrahentes, quod non possit dici obiici, vel opponi dicto Bernardo emptori, quod eidem fuerit facta iniuria, & iniustitia, si dicta bona fuerint eidem in totum, vel in partem euicta vel auocata, aut quod eius culpa, dolo, vel negligentia, vel iudicis imperitia, & nequitia fuerint euicta, vel auocata. Quam venditionem, & omnia, & sin-

gula suprascripta fecit dictus dominus Michael hospitalarius præfatus, modis & nominibus, quibus supra, pro pretio, & nomine veri, & iusti pretij florenorum octuaginta de libris septem paruorum pro floreno, quod pretium dictus venditor fuit confessus, & contentus habuisse, & recepisse a dicto emptore, & eidē datum, solutum, & numeratum fuisse a dicto emptore in pecunia numerata. Et ipsam in euidentissimam vtilitatem dicti hospitalis, & pauperum ægrotorum dicti hospitalis conuertisse. De qua quantitate vocauit se bene pagatum, tacitum, & contentum, exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renūtians. Cum pacto apposito, & solemni stipulatione vallato in præsenti contractu, & instrumento, quod quandocunque contigerit dictum Bernardum decedere, & ex præsenti vita migrare, & tempore mortis dicti Bernardi aliqui fructus pendentes, et inmaturari adhuc superessent in dictis bonis vt supra venditis, quod dicti fructus pendentes pleno iure dominij, proprietatis, & possessionis spectent, & pertineant ad hæredes & successores dicti Bernardi emptoris pro vna vice tantum, & non vltra.

Apponas hoc pactum si est de voluntate partium.

Insuper dictus Bernardus emptor per se, & suos hæredes promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto domino Michaeli venditori suprascipto, vt supra præsenti, & pro se, & suis successoribus in dicto hospitali recipienti, & stipulanti, quod dicti eius heredes statim secuta morte dicti Bernardi, perceptis tamen dictis fructibus pendentibus dicto tempore mortis, eidem domino Michaeli, & seu hospitalarijs

tularijs pro tempore existentibus libere, & sine aliqua exceptione, eidem, & eisdem restituent, & relaxabunt dictum podere, & bona libera, vacua, & expedita sine aliqua coutrouersia, vel molestia.

Hæc verba ponantur si apponatur pactum supra scriptum.

Et ex nunc dedit, & concessit eidem domino M. hospitalario præfato, vt supra recipienti, & stipulanti, liberam licentiam, potestatem, & omnimodam facultatem dicta bona intrandi, & recuperandi, & tenutam, & corporalem possessionem dictorum bonorum intrandi, & adipiscendi etiam sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ, & quæ bona secuta ipsius Bernardi morte; dictus Bernardus nomine suorum hæredum præcario iure & nomine, tenere, & possidere, ex nunc constituit pro dicto hospitali, & hospitalarijs pro tempore existentibus. Quæ omnia, & singula suprascripta promiserunt, & solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus conuenerunt sibi inuicem, & vicissim partes prædictæ modis, & nominibus, quibus supra perpetuo firma, & rata, & grata tenere, habere, attendere, & obseruare, & contra non facere, vel venire per se, vel alium, seu alios, aliqua ratione, iure, modo, vel causa, de iure, vel de facto, in iudicio, vel extra. Sub pœna dupli dicti suprascripti pretij, solemni stipulatione promissa in singulis, & pro singulis capitulis, pactis, membris, siue articulis huius præsentis contractus, & instrumenti, & sub refectione damnorum, & expensarũ, ac

 interesse

intereße litis, & extra. Quæ pœna toties committatur, & peti, & exigi possit, & valeat cum effectu, quoties contra factum fuerit, siue ventum, vel vt dictum est cum effectu non fuerit obseruatum. Qua pœna commissa vel non, soluta vel non, exacta vel non, siue etiam gratis remissa, prædicta, & infrascripta omnia, & singula nihilominus perpetuo firma perdurent. Pro quibus omnibus, & singulis obseruandis, & adimplendis, & firmis, & ratis habendis, & pro dicta pœna soluenda, si, & quoties commißa fuerit cum effectu obligauerunt dicti contrahentes modis, & nominibus, quibus supra sibi inuicem, & vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus, se ipsos, & quemlibet eorum, eorumq;, & cuiuslibet eorum hæredes, & succeßores, & bona omnia, & singula præsentia, & futura, & dictus D. M. hospitalarius supradictus obligauit bona omnia, & singula præsentia, & futura dicti hospitalis, & eius in dicto hospitali successores: Renuntiantes partes prædictæ dictis modis, & nominibus in prædictis omnibus, & singulis exceptioni non sic facti, & celebrati contractus, rei non sic gestæ, doli mali, vis, metus, fraudis, conditioni indebiti, ob turpem causam, sine causa, & ex iniusta causa, exceptioni non habitæ, & non receptæ, & non numeratæ pecuniæ. Omniq; alij iuris, legum, canonum, & statutorum auxilio, priuilegio, & fauori eisdem, & cuilibet, vel alteri eorum quomodolibet competenti, & competituro. Et iuri, & legi dicenti generalem renuntiationem non valere, & non sufficere, nisi præcesserit specialis. Quibus quidem venditori, & emptori supra-

scriptis,

ſcriptis, & cuilibet eorum præſentibus, audientibus, & intelligentibus, & prędicta omnia ſic volentibus, & confitentibus. Præcepi ego L. iudex ordinarius, notariuſq; publicus infraſcriptus, per guarantigiam, vice, & nomine iuramenti prout mihi licuit, & licet ſecundum formam ſtatutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ de guarantigia loquentium, quatenus prædicta omnia, & ſingula ſupra per eos, & quemlibet eorum promiſſa, facta, & geſta attendant, faciant, & obſeruent in omnibus, & per omnia, prout, & ſicut ſupra promiſerunt, continetur, & ſcriptum eſt. Rogantes me L. notarium antectum quatenus de prædictis publicum, & ſeu publica conficerem inſtrumentum, vel inſtrumenta, vnum vel plura.

Conceſſio in feudum.

Publice omnibus pateat, qualiter Illuſtriſſimus, & Magnificus Princeps D.D. Federicus comes de Monte feltro, ac dux Vrbini, ob remunerationem multorum obſequiorum, ac beneficiorum fidei, & amoris circa eius dominationem, eiuſq; familiam a domino Philippo de Feliſiis hactenus præſtitorum, ac de ipſo Illuſtriſſimo domino Duce ſuisq; maioribus vniuerſaque eius celeberrima, & nobiliſſima familia benemerito, & in vinculum dilectionis, amoris, & beniuolentiæ, indubitatæq; amicitiæ inter eos, ex nunc perpetuo ma nu tenendæ, & conſeruandæ, per ſe, & eius hæredes, & ſucceſſores ſponte, & eius mera, & libera voluntate, non vi, dolo, vel metu, ſeu aliqua alia machinatione circumuentus, ex certa ſcientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & omnibus meliorib. modo, via, iure, forma, & cauſa, quibus magis, & me-

lius potuit, & potest, & eidem licuit, & licet: dedit, tradidit, & concessit in feudum, & iure feudi ipsi domino Philippo præsenti, & pro se, eius filijs, & nepotibus, & omnibus ex eo, & ex eis in perpetuum descendentibus masculis per lineam masculinam legitimis, & naturalibuss, & pro omnibus, & singulis, ad quos feudatalis actio de iure transfertur recipienti, & stipulanti: dummodo in nullam aliam extraneam personam transferantur, nec transferri possint infra scripta bona, videlicet: Vnum palatium, &c. Ponas confines. *Vna cum omnibus, & singulis, quæ dicta bona habent, super se, infra, seu intra se in integrum, & cum accessibus, & ingressibus, & egressibus suis adiacentijs, cohærentijs, & pertinentijs, & seruitutibus, tam realibus, quam personalibus dictorum bonorum, seu debitis dictis bonis, vel propter dicta bona vsque in vias publicas. Et cum omni iure, & actione, vsu, seu requisitione d. Illustrimo Principi, & Duci, Domino Federico, in, de, vel super dictis bonis quomodolibet competentibus. Ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid d. D. Philippo, & eius hæredibus, & successoribus, saluo quod supra dictum est, & saluo iure fidelitatis debitæ deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus, & singulis quæ intra prædictos continentur confines, vel alios si qui forent plures, aut veriores. Quod quidem palatium, & bona, d. Inuictissimus, & Illustrissimus Princeps, dominus Federicus Dux Vrbini præfatus constituit se tenere, & possidere pro dicto domino Philippo, & eius hæredibus, & successoribus per lineam masculinam, donec dictorum bonorum possessionem acceperint corporalem,*

poralem, quam accipiendi, & deinceps retinendi sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ eidem domino Philippo, vt supra recipienti, & stipulanti licentiam omnimodam dedit, atque contulit liberam facultatem. Necnon fecit, constituit, creauit, & solemniter ordinauit suum verum, & legitimum procuratorem, actorem, factorem, mandatarium, & certum nuntium specialem, & quicquid melius dici, & excogitari potest quemcunq; nominandum a dicto domino Philippo, ad dandum, & tradendum dicto domino Philippo, & eius hæredibus & successoribus per lineam masculinam, vel alteri pro eo, & eis legitime recipienti tenutam, & corporalem possessionem dictorum bonorum, & ipsum, & ipsos, & quemlibet, vel alterum eorum in ipsorum bonorum possessionem immittendum, & eisdem tenutam, & corporalem possessionem dictorum bonorum dandum, & tradendum, & insuper ex titulo, & causa donationis inter viuos dedit, cessit, & concessit, transtulit, & mandauit dicto domino Philippo, vt supra recipienti, & stipulanti omnia, & singula iura, & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, meras, & mixtas, tacitas, & expressas, & quascunque alias eidem Inuictissimo, & Illustriss. Principi D. D. Federico Duci Vrbini quomodolibet competentes, & competuras: Contra omnes, & singulos suos, & dictorum bonorum auctores, tam principales, quam fideiussores, & contra omnes, & singulos, qui aliquam promissionem, consensum, renuntiationem, & obligationem fecissent dicto domino, domino Federico, vel eius auctori, vel ali-

cui eorum pro dictis bonis, & occasione supsascriptorum bonorum: posuitque ipsum dominum Philippum in locum, & vniuersum ius suum: constituitque ipsum procuratorem, vt in rem suam. Ita quod amodo dictus dominus Philippus, & eius hæredes, & successores per lineam masculinam, possit, & valeat, seu possint, & valeant dictis actionibus, & iuribus, vt supra cessis vti, agere, excipere, & replicare, prosequi, consequi, & se, & dicta bona tueri, & omnia, & singula alia facere, quæ, & prout, & sicut, & quemadmodum poterat, & potuisset dominus Federicus Dux Vrbini præfatus ante præsentem contractum concessionis in feudum. Promittens, & conueniens dictus dominus, dominus federicus dicto dominno Philippo, vt supra, recipienti, & stipulanti in, de, vel super dictis bonis, vt supra per eum infeudum concessis, vel aliqua eorum parte, vllo vnquam tempore aliquam litem, causam, quæstionem, controuersiam, molestiam, vel nouitatem non inferre, facere, vel mouere, nec inferenti, facienti, vel mouenti modo aliquo consentire per se, vel per alium, seu alios aliqua ratione, iure modo, vel causa, in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto, sed dicta bona, & quamlibet eorum partem eidem domino Philippo, & eius hæredibus, & successoribus de iure, & de facto ab omni homine, persona, loco, communi, collegio, societate, & vniuersitate legittime defendere, auctorizare, & disbrigare, & modis omnibus expedire de iure, & de facto, & vacuam, liberam, & expeditam possessionem dictorum bonorum tradere dicto domino Philippo, & eius hæredibus, & successoribus per lineam masculi-

masculinam legitimam, & naturalem. Ipsumque dominum Philippum, & eius hæredes, & successores per lineam masculinam in ipsorum bonorum possessione semper facere, & defendere potiorem, & potiores. Et si quo tempore lis, quæstio, aut controuersia, tam per simplicem citationem, libelli oblationem, tenutæ pronuntiationem, protestationem, compromissi petitionem, quam alio quocunq; modo in indicio, vel extra, de iure, vel de facto mota fuerit dicto domino Philippo, vel eius hęredibus, & successoribus per lineam masculinam in, de, vel super dictis bonis, aut aliqua ipsorum parte vsu, vsufructu, vel fructibus. Ipsam huiusmodi litem, causam, controuersiam, molestiam, quæstionem, & omnem aliam quamcunque nouitatem infra octo dies proxime futuros, postquam eidem inuictissimo, & Illustrissimo Principi, vel eius hæredibus, & successoribus notificatum, & denuntiatum fuerit; semel tantum personaliter, vel ad locum residentiæ Dominationis suæ per dictum dominū Philippum, & eius hęredes, & successores, vel eorū procuratorem, vel per nuntium publicum loci vbi conuentus fuerit in se, & super se suscipere, & transferre animo nouandi iudicium in causa, & causis tam principalibus, quam appellationis sistere vsque ad finem litis, & causæ omnibus ipsis Inuictissimi Principis D.D. Federici, & eius hæredum, & successorum sumptibus, laboribus, & expensis procuratorum, aduocatorum, & aliorum quorumcunque, & exinde dictum dominum Philippum, & eius hæredes, & successores per lineam masculinam cōseruare indemnes, & penitus sine damno in omnem litis euentum, &

siue

ſiue lis, & cauſa fuerit deciſa, ſiue non. Quam quidem conceſſionem, & omnia, & ſingula ſupraſcripta fecit idem Inuittiſſimus, & Illuſtriſſimus Princeps D. D. Federicus Dux Vrbini ſupra nominatus ex eo, & pro eo maxime, quia dictus dominus Philippus ibidem incontinenti conſtitutus perſonaliter in præſentia dicti Inuictiſſimi Principis D.D. Federici ſumma cum reuerentia promiſit ipſi domino Federico Duci Vrbinati ſupraſcripto, ac ſponte iurauit ad ſancta Dei Euangelia ſcripturis corporaliter manu tactis in animam, & ſuper animam ſuam ſuorumq; hæredum, ex nunc dicto Inuictiſſimo, & Illuſtriſſimo Principi, & D.D. Federico Duci Vrbinati fidelem eſſe vaſſallum, ipſumque, & hæredes, & ſucceſſores ſuos, res, iura, & honores ipſorum propoſſe fideliter conſeruare, & nullatenus quod in detrimentum, periculum, verecundiam, & ſeu damnum perſonæ, vel perſonarum, rerum, iurium, & bonorum, ac ſui pacifici, & tranquilli ſtatus, principatus, & regiminis, ſuorumque hæredum, & ſucceſſorum verti, vel reſultare poſſet per ſe vel alium aliqua ratione, iure, modo, cauſa vel ingenio contraire, vel contractare, & ſeu modo aliquo machinari. Quinimo, ſi quos hoc vel aliquod eorum tractare, & procurare ſenſerit quam citius, & velocius poterit dicto Inuictiſſimo, & Illuſtriſſimo Principi, & D. D. Federico indicare, & reuelare, & quicquid ſibi ſub fide, credentia, ac reuerentia ab eodem ſecretum, propoſitum fuerit, fideliter retinere: necnon perſonam, res, iura, honores, & ſtatum ipſius Inuictiſſimi, & Illuſtriſſimi Principis D.D. Federici, ſuorumque hæredum, &

ſucceſſo-

successorum aduersus quoscunque excepto Imperio Romano, ac sede Apostolica, & his quibus fidelitatis debito erat astrictus tueri, defendere, manu tenere, & conseruare, & totis viribus fauore, & adiuuare, & generaliter puram, veram, integram, & gratam fidelitatem sibi, suisq; hæredibus, & successoribus reddere, & exhibere, ac in omnibus, & per omnia impertiri. Quæ omnia, & singula suprascripta promiserunt, & solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus conuenerunt dictæ partes, modis, & nominibus quibus supra, sibi inuicem, & vicissim perpetuo firma, & rata, & grata habere, tenere, attendere, facere, & obseruare, & contra non dare, facere, vel venire, per se, vel per alium, seu alios, aliqua ratione, iure, modo, vel causa, de iure, vel de facto, in iudicio, vel extra, sub pœna florenorum duorum milium auri largorum. Quæ pœna toties committatur, & peti, & exigi possit, & valeat cum effectu; quoties contrafactum fuerit, siue ventum, quæ pœna commissa, vel non, exacta, vel non, soluta, vel non, seu etiam gratis remissa, prædicta, & infrascripta omnia, & singula nihilominus perpetuo firma maneant, & perdurent. Pro quibus omnibus, & singulis, sic vt supra promissis, obseruandis, & firmis, & ratis habendis, & tenendis, & pro dicta pœna soluenda, si & quoties commissa fuerit cum effectu, obligauerunt suprascripti contrahentes modis, & nominibus quibus supra, sibi inuicem, & vicissim solemnibus stipulantionibus hinc inde interuenientibus, seipsos, & quelibet eorum, & eorũ hæredes, & successores, & bona omnia, & singula præsentia,

& fu-

& futura. Renuntiantes in præmissis omnibus, & singulis exceptioni non sic facti, & celebrati contractus, aliter fuiße dictum quam scriptum, & econuerso rei non sic gestæ, doli mali, conditioni indebiti, sine causa, & ex iniusta causa, vis, metus, fraudis, in factum actioni, fori priuilegio, omniq; alij iuris, legum, constitutionum, canonum, & statutorum, auxilio, priuilegio, & fauori edito, vel edendo, a lege, vel ab homine eisdem, & cuilibet, vel alteri eorum quomodolibet competenti, & competituro, & iuri, & legi dicenti generalem renuntiationem non valere nisi præcesserit specialis: De, & super quibus omnibus, & singulis suprascriptis, dictus Illustrissimus Princeps D. D. Federicus mandauit, & dictus dominus Philippus rogauit me L. notarium infrascriptum, quatenus de prædictis publicum, & seu publica conficerem instrumentum, vel instrumenta, vnum, vel plura.

Nominatio in emptorem.

Certum eße dicitur, quod de præsenti anno domini 1483. & die decima mensis Iulij proxime præteriti: Alfonsus, &c. vendidit, &c. Ioanni ementi pro se, & suis hæredibus, & nominandis ab eo in totum, vel in partem infrascripta bona, videlicet, Vnum predium, &c. Ponas confines, *pro pretio florenorum centum auri de libris septem paruorum pro floreno, prout de dicta venditione constare vidi publicũ instrumentum manu ser Petri Bruni ciuis, & notarij publici Florentini sub dicta die. Vnde hodie dictus Ioannes emptor suprascriptus, volens agnoscere bonam fidem constitutus personaliter in præsentia mei notarij, & testium suprascriptorum, nominauit in verum*

rum

rum emptorem dictorum bonorum ſupra contētorum, & confinatorum Oliuerium de Ricciardis licet abſentem, & me L. notarium infraſcriptum, vt publicam perſonam pro eo recipientem, & ſtipulantem. Et inſuper dixit, & aſſeruit, & confeſſus fuit coram me notario infraſcripto, vt ſupra recipiente, & ſtipulante, ſe dictam emptionē feciſſe pro dicto Oliuerio, & de eius mandato, & omnia, & ſingula per eum in prædictis, & circa prædicta re vera recepta fuiſſe, & recepiſſe nomine dicti Oliuerij, & de proprijs denarijs, & pecunijs ipſius Oliuerij dictum ſupraſcriptum pretium dictorum bonorum ſoluiſſe.

Si nominatus non ſoluiſſet pretium, eſt neceſſarium, quod nominatus ſit præſens, & promittat pretium.

Et inſuper promiſit mihi L. notario antedicto, & infraſcripto, vt ſupra recipienti, & ſtipulanti ſe neminem alium nominaſſe, nec nominaturum in emptorem, & pro emptore dictorum bonorum. Quæ omnia, &c. promiſit, &c. attendere, &c. ſub pœna, &c. quæ pœna, &c. qua pœna, &c. pro quibus, &c. obligauit, &c. renuntiauit, &c. per guarātigiam, &c. Rogans, &c.

Permutatio.

Amerigus olim Ioannis Auguſtini merciarius, & de populo S. Romuli de Florentia per ſe, & per ſuos hæredes iure proprio, & in perpetuum, & omni meliori modo, via, iure, & forma: quibus magis, & melius potuit, & poteſt, & eidem licuit, & licet, Cum conditionibus tamen pactis, & reſeruationibus infraſcriptis in principio, medio, & fine, præſentis contra-

ctus,

ctus, & instrumenti inter dictum A. & infrascriptum Corradum solemmibus stipulationibus hinc inde interuenientibus, firmatis, & appositis, & semper repetitis in qualibet parte præsentis contractus, & instrumenti, quod infrascripta bona, vt infra permutata semper intelligantur eße, & sint subiecta, & subiaceant sibi ad inuicem, & vicissim, & e conuerso, restitutioni, & recuperationi in casu euictionis, vel auocationis infrascriptorum bonorum, vel alicuius eorum partis, & prout infra dicetur. Ita quod pars in permutationem dans in casu euictionis, vel auocationis ei factæ de rebus, & bonis sibi, aut in eum permutatis, vel alicuius eorum partis habeat regreßum, & obligationem, & hypothecam ad bona, & in bonis, & rebus a se in permutationem datis, & permutatis ante omnes creditores illius, in quem talia bona permutaßet, etiam quantumcunque anteriores, & etiam ex causa dotis, &c. Vel si partes ita conuenerint, dicas. *Quod infrascripta bona, vt infra permutata hinc inde remaneant inuicem, & vicissim obligata, & hypothecata pro defensione generali, & euictione, &c. dedit, tradidit, & in permutationem dedit Corrada olim Aloysii Francisci aromatario ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successibus recipienti, & stipulanti, Vnam domum, &c.* Ponas loca, & confines. *Vna cum omnibus, & singulis, quæ dicta domus, & bona habent supra se, infra se, seu intra se in integrum, & cum accessibus, ingressibus, & egressibus, suis adiacentijs, cohærentijs, pertinentijs, & seruitutibus, tam realibus,*

quam

quam perſonalibus dictæ domus, ſeu dictis bonis, aut propter dicta bona debitis, vel debendis vſque in vias publicas, & cum omni iure, & actione, vſu, ſeu requiſitione eidem Amerigo, in, & de dictis, & ex dictis bonis quomodolibet competentibus, & competituris tanquam res, & bona ad dictum Amerigum pleno iure dominij pertinentia, & ſpectantia. Ad habendum, tenendum, & poſſidendum, vendendum, & alienandum, locandum, & fruendum, & quicquid dicto Corrado, eius hæredibus, & ſucceſſoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum. Et hoc ſpecialiter, & nominatim pro vno prædio cum domo pro domino, & pro laboratore, & cum terris laboratiuis, &c. Ponas latora, & confines. *Quod ſupraſcriptum prædium dictus Corradus per ſe, & ſuos hæredes iure proprio, & in perpetuum dedit, tradidit, & permutauit, & in cambium ex titulo, & cauſa permutationis conceſſit dicto Amerigo ibidem præſenti, & pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus recipienti, permutanti, & ſtipulanti. Vna cum omnibus, & ſingulis, quæ dicta bona, &c. vt ſupra in hoc inſtrumento ad habendum, tenendum, & poſſidendum, &c. vt ſupra. Quæ bona a ſeipſis, vt ſupra pemutata, dicti Amerigus, & Corradus ad inuicem, & viciſſim ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde interuenientibus, & quilibet eorum conſtituerunt, & quilibet eorum conſtituit ſe, & quemlibet eorum, nomine alterius, & pro altero, tenere, & poſſidere dicta bona a ſe permutata, donec, & quouſque vnuſquiſque eorum rei ſibi permutatæ poſſeſſionem*

nem

nem acceperit corporalem. Quam accipiendi,& retinendi,etiam ſua propria auctoritate,& ſine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ vnus alteri ad inuicem, & viciſſim licentiam omnimodam contulit, atque dedit,&c.

Cedant iura, & promittant de euictione hinc inde, vt ſupra in prima venditione addendo ſepius iſtam clauſulam ſingula ſingulis congrue referendo. Et poſt promiſſionem defenſionis appo nas iſtud pactum.

Cum pacto inter ipſos contrahentes ſolemni ſtipulatione vallato, quod lata ſententia, vel alio quolibet actu ſequuto ſuper euictione, vel auocatione, ſeu ablatione huiuſmodi ille a quo fuerint dicta bona in eum, vel eius auctores permutata euicta, vel auocata, ſeu aliqualiter ablata in totum, vel in partem in dominio, vel proprietate, ſeu poßeſſione, vſu, vſufructu, vel fructibus habeat regreßum, eique liceat etiam propria auctoritate, & ſine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ accedere ad bona ab eo permutata, & de eis tenutam, & corporalem poſſeſſionem apprehendere, & exinde fructus percipere, & omnia, & ſingula alia facere tanquam de rebus proprijs, & quæ, & prout faciunt veri domini, & poſſeßores de rebus proprijs, de quibus omnibus, & ſingulis dicti contsahentes ſibi inuicem, & viciſſim licentiam, & omnimodam poteſtatem per pactum inter eos ſolemni ſtipulatione vallatum dederunt, atque contulerunt.

Inſtrumentum

Instrumentum permutationis, & pro parte venditionis.

Antonius olim Petrifrancisci, &c. per se, & per suos hæredes iure proprio, & in perpetuum, & omni meliori modo, via, iure, & forma quibus magis, & melius potuit, & potest, & eidem licuit, & licet, dedit, tradidit, & permutauit, & pro parte vendidit, & cõcessit Laurentio olim Matthæi Petri de Mercantibus linaiuolo ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti, permutanti, & respectiue ementi, & stipulanti, Vnam domum, &c. Ponas confines. *Vna cum omnibus, & singulis, quæ dicta domus, & bona habent supra, infra, seu intra se in integrum, & cum accessibus, ingressibus, & egressibus, adiacentijs, cohærentijs, pertinentijs, & seruitutibus suis vsque in vias publicas. Et cum omni iure, & actione, vsu, seu requisitione dicto Antonio ex dictis bonis quomodolibet competenti, & competituro. Ad habendum, tenendum, & possidendum, locandum, vendendum, & alienandum, & quicquid dicto Laurentio, & eius hæredibus, & successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, & hoc specialiter, & nominatim pro vno podere cum domo, pro domino, et laboratore, & terris laboratiuis, &c.* Ponas confines. *Et pro florenis sexaginta quinque de libris septẽ pro quolibet floreno, nomine additionis, seu melioramenti, & seu raguagli dictæ suprascriptæ domus in tanto maioris æstimationis ita concorditer valutatæ ipso prædio, quos florenos 65. dictus Antonius fuit confessus, & contentus habuiße, & recepiße a dicto Lau. dante, & soluente nomine additionis, & melio-*

ramenti dictæ suprascriptæ domus: & de quibus dictus Antonius vocauit se bene solutum, tacitum, & contentum, exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renuncias. Quod suprascriptum podere, dictus Laurentius per se, & suos hæredes iure proprio, & in perpetuum, & omni meliori modo quo potuit, & eidem licuit, & licet eodem modo in cambium, & per mutationem dedit, tradidit, concessit, & permutauit dicto Antonio ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti, & permutanti, & pro parte ementi vna cum omnibus, & singulis quæ dicta bona, &c.

Vt supra in instrumento permutationis, & subsequenter primæ venditionis mutatis mutandis.

Datio in solutum.

Cum sit, quod de anno domini 1472. & die 23. mensis Nouembris dicti anni, Petrus olim Simonis de Cedernis ciuis Florentinus fuerit confessus, & se publice recognouerit debitorem Zenobij Alfonsi de Strozzis ciuis Florentini de summa, & quantitate florenorum trecentorum de libris septem pro floreno, occasione puri, veri, & gratuiti mutui, quos florenos trecentos, dictus Petrus eidem Zenobio reddere promisit intra vnum anuum tunc proxime futurum cum pactis, modis, obligationibus renuntiationibus, pœna, guarantigia, & alijs in dicto instrumento mutui contentis, prout constare vidi publicum instrumentum manu ser Simonis olim Grazini de Staggia ciuis, & notarij Florentini sub dicta die, ad quod, & contenta in eo, dictæ partes se retulerunt, & referunt. Vnde

hodie

hodie hac præsenti suprascripta die, dictus Petrus volens eidem Zenobio de dicto suo credito satisfacere, et cum non habeat in pecunia numerata, vnde commode possit d. Z. satisfacere, nisi per infrascriptorum bonorum datione in solutum, per se, & hæredes suos iure proprio, & in perpetuum dedit, tradidit, & adiudicauit in solutum pro dicta æstimatione dictorum florenorum trecentorum d. Zenobio præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti, & stipulanti infrascripta bona, tanquam bona, & de bonis dicti Petri debitoris prædicti, videlicet. Vnum podere, &c. Ponas confines, &c. *Quod quidem podere, & bona dictus Petrus constituit tenere, &c.*

Vt supra in venditione. Sed inseras hoc pactum post promissionem defensionis.

Cum pacto apposito, & solemni stipulatione vallato inter dictas partes in præsenti contractu, & instrumento, quod si vllo vnquam tempore contigerit in futurum dicta bona, vt supra eidem Zenobio in solutum & pagamentum data, & adiudicata, vel aliquod eorum, vel aliquam eorum partem tolli, euinci, vel auocari d. Zenobio, & eius hæredibus, & successoribus, liceat, & licitum sit eidem Zenobio redire ad dicta sua iura dicti crediti, & ea petere, consequi, & exigere a dicto Petro, & eius hæredibus, & super eorum bonis, ac si præsens datio, & adiudicatio in solutum facta non esset: & in omni casu euictionis prædictæ saluum, & integrum, & illæsum remaneat ius suum pro dictis florenis trecentis d. Z. creditori, & eius hæredibus, & successoribus, &c.

Donatio inter viuos.

Blasius olim Zaccharia de Minerbettis ciuis Florentinus, & de populo Sanctæ Trinitatis de Florentia, non vi, dolo, vel metu, seu aliqua alia machinatione circumnentus, ex certa scientia, & non per errorem, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, & eidem licuit, & licet per se, & suos hæredes, pure, mere, libere, simpliciter, irreuocabiliter, & inter viuos. Ita tamen, quod præsens donatio nulla ingratitudinis, vel vitio valeat reuocari.

Ista clausula non apponatut nisi de voluntate donantis.

Dedit, donauit, tradidit, & concessit Gulielmo olim Cardinalis de Oricellarijs de Florentia ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti, & stipulanti infrascripta bona, videlicet: Vnum podere, &c. Vnam domum, &c. Ponas locum, & confines, &c. *Cum omnibus, & singulis, quæ dicta bona habent super se, infra se, seu intra se in integrum & cum omni iure, & actione, vsu, seu requisitione eidem Blasio ex dictis bonis quomodolibet pertinente, & spectante.*

Extendantur hę clausulę prout in venditione.

Et cum omnibus, & singulis accessibus, ingressibus, & egreßibus, pertinentijs, adiacentijs, & cohærentijs, & seruitutibus suis vsque in vias publicas. Et cum omnibus, & singulis quæ infra prædictos continentur confines. Ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid dicto Gulielmo deinceps placuerit perpetuo faciendum. Quæ bona, vt supra donata,

donata, dictus Blasius donator suprascriptus constituit se pręcario nomine tenere, & pcssidere pro dicto Guilielmo, & eius hæredibus, & successoribus. Donec, & quousque dictorum bonorum possessionem acceperit corporalem. Quam accipiendi, & deinceps retinendi etiam sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ dictus B. eisdem licentiam omnimodam contulit, atque dedit liberam potestatem. Insuper ex causa donationis pręditcæ, dictus B. dedit, cessit, transtulit, atque mandauit eidem Guilielmo, vt supra præsenti, recipienti, & stipulanti omnia, & singula iura, & actiones, reales, & personales, meras, & mixtas tacitas, & expressas, vtiles, & directas, anormalas, & conuentionales, ciuiles, & prætorias, & quascunque alias eidem Blasio in dictis bonis quomodolibet competentes, & competituras pro euictione, & defensione dictorum bonorum: Constituens dictus Blasius dictum Guilielmum, vt supra præsentem, & acceptantem procuratorem, vt in rem suam, potiusque ipsum in locum, & vniuersum ius suum. Ita quod admodo dictus Guilielmus, & eius hæredes, & successores prædictis actionibus, & iuribus sibi cessis vti, agere, experiri, excipere, replicare, consequi, prosequi, & se, & dicta bona tueri, petere, exigere, possit, & valeat, seu possint, & valeãt: & omnia, & singula alia facere possit, quæ poterat dictus Blasius ante præsentem donationem, & iurium cessionem.

Ponas promissioné defensionis generalis, & restitutionis ęstimationis eius vnde orietur quęstio si est de voluntate partiũ, vt in venditione supra.

Promittens, & conueniens dictus Blasius donator eidem Guilielmo, vt supra præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti, & stipulanti prædictam donationem, & omnia, & singula suprascripta perpetuo firma, & rata, atque grata habere, et tenere, attendere, obseruare, & adimplere, & contra non dicere, facere, vel venire per se, vel alium, seu alias quoquo modo directe, vel indirecte, quouis quæsito colore, aliqua ratione, causa, vel ingenio, in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto: & dictam donationem inter viuos, aliqua causa ingratitudinis.

Ponas si est de voluntate donatoris, & non aliter.

Vel alia quacunque ratione, modo, vel causa, directe, vel indirecte, tacite, vel expresse, aut aliquo quouis quæsito colore, per se, vel alium, seu alios quoquo modo non reuocare, infringere, vel irritari, nec reuocari, infringi, vel irritari, petere, seu facere, sub pœna dupli valoris, & æstimationis dictorum bonorum solemni stipulatione promissa in singulis, & pro singulis pactis, capitulis, membris, siue articulis præsentis contractus, & instrumenti, & sub refectione damnorum, & expensarum, ac interesse litis, & extra.

Non ponas pœnam nisi de voluntate donatoris, *quæ pœna, &c. qua pœna, &c.* Vt supra alias generalitates in aliis instrumentis, &c. Et in fine subiungas si est de voluntate partium istam particularem clausulam.

Renuncians insinuationi præsentis donationis, & iuri, & legi insinuationes donationum introducenti, ac etiam l. si vnquam. C. de reuoc. do. quia de liberis cogitans,

gitans, & se posse liberos suscipere, & habere nihilominus voluit huiusmodi donationem valere, ac subsistere, & locum, effectumq; sortiri, & habere. Et ita iurauit ad Sancta Dei Euangelia scripturis corporaliter manu tactis in animam, & super animam suam: Volens, & intendens etiam per huiusmodi iuramentum suppleuisse, & supplere insinuationem prædictam, & seu defectum insinuationis ipsius.

Donatio inter viuos omnium bonorum reseruato vsufructu.

Fabritius, &c. omni meliori modo, via, iure, & forma, quo, qua, & quibus magis, & melius potuit, & ei licuit, & licet, non vi, dolo, vel metu, seu aliqua alia machinatione circumuentus, sed ex eius certa scientia, & libera spontanea voluntate, & non per errorem aliquem iuris, vel facti per se, & suos hæredes pure, mere, libere, simpliciter, irreuocabiliter, & inter viuos: Ita quod hęc donatio nulla ingratitudinis causa, vel vitio valeat reuocari, vel annullari.

Hanc clausulam non apponas nisi de expressa voluntate donantis.

Iure proprio, & in perpetuum dedit, donauit, tradidit, & titulo meræ, liberæ, simplicis, & irreuocabilis donationis inter viuos concessit Benedicto olim Matthæi de Bonuisis de Flor. licet absenti, & mihi L. notario infrascripto, vt publicæ personæ pro dicto Benedicto, & eius hæredibus, & successoribus præsenti,

recipienti, & stipulanti omnia quæcunque bona, res, & iura momilia, & immobilia, & semouentia, iura, nomina, & actiones dicti donatoris vbicunque posita, consistentia, & existentia, & ad dictum Fabritiū donatorem quomodocunque pertinentia, spectantia, & competentia, quæ omnia hic pro expresse descriptis, contentis, & confinatis haberi voluit, & mandauit. Reseruato tamen eidem Fabritio in principio, medio, & fine præsentis contractus, & instrumenti libero vsufructu dictorum bonorum, rerum, & iurium supra per eum donatorum toto tempore vitæ suæ. Adeo, quod fructus, redditus, & prouentus, & alia quæcunque occasione dicti vsufructus, ex dictis bonis rebus, & iuribus supra donatis dicto Fabritio peruenientia, & peruentura, & per ipsum Fabritium toto tempore vitæ suæ percipienda, dictus Fabritius possit sua propria auctoritate exigere, recipere, percipere, distrahere, alienare, & in sui vsum, & vtilitatem conuertere, de ipsisque in omnibus, & per omnia facere, & disponere, etiam per modum vltime voluntatis, libere secundum velle suum. & prout, & sicut sibi videbitur, & placebit. Et dicta reseruatione, & conditione saluis, & firmis stantibus. Idem Fabritius ex causa, & titulo donationis inter viuos prædictæ cessit, transtulit, & mandauit dicto B. licet absenti, & mihi L. notario antedicto, & infrascripto, vt supra recipienti, & stipulanti omnia, & singula iura & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, ciuiles, & prætorias, meras, & mixtas, tacitas, & expreßas, anormalas, & conuentionales, & quascunque alias eidem Fabritio danatori competentes, & competituras

quomo-

quomodocunque, & quacunque ratione, iure, modo, vel causa, in, & supra dictis bonis, rebus, & iuribus supra donatis, & contra quascunque personas, & quæcunque bona obligatas, & obligata, tam principaliter, quam accessorie. Constituens d. F. donator d. B. procuratorem, vt in rem suam, posuitq; ipsum in locum, & vniuersum ius suum. Ita quodadmodo dictis actionibus, & iuribus, vt supra cessis dictus B. donatarius, & eius hæredes, & successores vti possint, & valeant, & in prædictis, & pro prædictis petere, exigere, recipere, contrahere, prosequi, consequi, agere, & experiri, & se, & dicta bona tueri, & omnia, & singula alia facere, quæ, & prout potuißet dictus F. donator ante præsentem donationem, & iurium cessionem. Quę bona, vt supra donata, dictus F. constituit ex nunc se tenere, & possidere pro dicto B. & eius hæredibus, & succeßoribus, donec dictorum bonorum, vt supra donatorum, & cuiuslibet eorum tenutam, & corporalem acceperint possessionem, quam intrandi, accipiendi, & deincees retinendi, etiam sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ, salua, & firma nihilominus stante, & remanente dicta cõditione, & reseruatione vsus fructus eidem B. donatario prædicto, & eius hæredibus, & successoribus, licentiam omnimodam contulit, atque dedit liberam potestatem.

Ponas promissionem defensionis generalis bonorum donatorum & restitutions æstimationis, & valoris rei vnde oriretur quæstio si de voluntate donatoris fuerit, vt in venditione superius.

Quam

Quam donationem, & omnia, & singula suprascripta, dictus Fab. promisit, & solemni stipulatione cōuenit dictus B. licet absenti, & mihi L. notario antedicto, & infrascripto, vt publicæ personæ pro dicto B. & eius hæredibus, & successoribus præsenti, & recipienti, & stipulanti perpetuo firma, & rata, & grata habere, tenere, attendere, & obseruare, & contra non dicere, facere, vel venire, per se, vel alium, seu alios, directe, vel indirecte, tacite, vel expresse, aliqua ratione, iure, modo, causa, vel ingenio, seu alio quouis quæsito colore, in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto. Et dictam donationem inter viuos per se, nec per alium, seu alios quoquo modo non reuocare, annullare, infringere, vel irritare, nec etiam reuocari, annullari, infringi, vel irritari, petere, seu facere sub pœna, & ad pœnam valoris, & æstimationis dictorum bonorum, vt supra donatorum solemni stipulatione promissa in singulis, & pro singulis capitulis, pactis, membris, siue articulis præsentis contractus, & instrumenti, & sub refectione damnorum, & expensarum, ac interesse litis, & extra.

Non ponas pœnam nisi de cōsensu donatoris.

Quæ pœna toties committatur, & peti, & exigi possit, & valeat cum effectu, quoties contra factum fuerit, siue ventum, qua pœna commissa, vel non, exacta, vel non, soluta, vel non, seu etiam gratis remissa, prædicta, & infrascripta omnia, & singula nihilominus perpetuo firma perdurent. Pro quibus omnibus, & singulis obseruandis, & firmis, & ratis habendis, tenendis, & adimplendis, & pro dicta pœna soluenda, si, & quoties commissa fuerit cum effectu,

dictus

dictus F. obligauit seipsum, eiusque hæredes, & bona omnia, & singula præsentia, & futura.

Ponuntur renuntiatio, & iuramentum, vt in præcedenti donatione.

Renuntians in prædictis omnibus, & singulis exceptioni non sic facti, & celebrati contractus, rei non sic gestæ, aliter fuiße scriptum, quam dictum, vel recitatum, & contra, doli, mali, vis, metus, fraudis, conditioni indebiti, sine causa, & ex iniusta causa, in factum actioni. Omnique alij iuris, legum, canonum, & statutorum priuilegio, beneficio, & fauori edito, vel edendo a lege, vel ab homine, eidem contra prædicta, vel aliquod prædictorum quomodolibet competenti, & competituro, & iuri, & legi dicenti generalem renunciationem non valere, & non sufficere nisi præcesserit spetialis. Cui quidem Fabritio præsenti, audienti, & intelligenti; præcepi ego L. iudex ordinarius, notariusq; publicus infrascriptus per guarantigiam, &c. Rogans, &c.

Si donator voluerit donare etiam bona futura, aduertatur quod reseruet sibi aliquam summam certam, cum hac clausula: de qua summa d. donator possit testari, & ad sui libitũ disponere.

Locatio ad affictum.

Nicolaus olim Bonacursii de Bardis ciuis Florentinus, & de populo Sancti Pauli de Florentia per se, & suos hæredes, & omni meliori modo, via, iure, & forma quibus magis, & melius potuit, locauit, & concessit ad affictum Lauren. alias Nencio olim Francisci Nutini laboratori terrarum populi Sancti Columbani plebatus septimi comitatus Florentiæ præ-

senti, & prose, & suis hæredibus recipienti, & conducenti vnum podere, &c.

Si esset domus, vel prædium vrbanum, dicas locauit ad pensionem pro tempore, & termino quinque annorum proxime futurorum incipiendorum in Kalendis Octobris proxime futuri, & vt sequitur finiendorum.

Pro affictu, & mercede dictorum bonorum, & dictæ locutionis florenorum vigintiquinque monetæ de libris septem pro floreno quolibet anno. Promittens, & solemni stipulatione conueniens dictus Nicolaus locator prædictus dicto Laurentio conductori prędicto, vt supra recipienti, conducenti, & stipulanti præsentem locationem, & omnia in ea contenta, firmam, & ratam habere, tenere, & obseruare, & in nullo contra facere, vel venire, per se, vel per alium, seu alios. Dictaque bona non vendere, nec alienare, nec ex eis aliquem contractum facere præiudicialem, vel in præiudicium præsentis locationis, seu dicti conductoris, vel eius hæredum, vel quo minus dictus Laurentius conductor, vel eius hæredes possint, & valeant libere vti, & frui bonis prædictis durante tempore locationis prædictæ, quinimmo bona prædicta durante toto tempore dictæ locationis dicto conductori, & eius hæredibus legitime defendere, auctorizare, & disbrigare, & modis omnibus expedire. Et in principio temporis dictæ locationis vacuam, liberam, & expeditam poßeßionem dictorum bonorum dicto conductori tradere. Quam intrandi, & deinceps retinendi sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ, & vtendi, & fruendi toto tē-

pore

pore locationis prædictæ, eidem licētiam omnimodam dedit. Et ex aduerſo dictus conductor promiſit, & ſolemni ſtipulatione conuenit dicto locatori præſenti, & pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus recipienti, & ſtipulanti, dicta bona bene, & diligenter colere, laborare, & cultiuare. Sepes, ac foſſa manu tenere, ac remundare ſuis proprijs ſumptibus, laboribus, & expenſis. Arbores in dicto podere, & bonis exiſtentes natas, & radicatas non incidere ſine expreſſa licentia dicti locatoris, vel eius hæredum, dictaque bona durante dicto tempore dictæ locationis pro dicto locatore tenere, & poſſidere, & pro alio non confiteri, vel recognoſcere, & dare, & numerare quolibet anno dictorum quinque annorum de menſe Auguſti eidem locatori Florentiæ apud domum ſuæ habitationis dictos florenos vigintiquinque, pro affictu, & mercede dictorum bonorum, & dictę locationis. Et finito tempore dictæ locationis, dicta bona in æque bono ſtatu, & cōditione quali nunc ſunt, & potius meliorata, quā deteriorata dimittere, & relaxare dicto locatori, vel eius hæredibus libera, vacua, & expedita. Quæ omnia, &c. Promiſerunt dicti locator, & conductor, & quilibet eorum ſibi inuicem, & viciſſim ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde interuenietibus perpetuo, &c. Vt ſupra in generalitatibus, & in obligationibus bonorum ponas quod locator in ſpecie ita tamen, quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec econtra obligauit dicta bona, vt ſupra locata.

Non apponatur obligatio in ſpecie, niſi de expreſſa voluntate partium.

Creatio,& venditio census iuxta constitutionem Pij Papæ V.

Cammillus Nicolai de Tanis ciuis Florentinus ad quem pleno iure dominij, vt aßeruit spectat,& pertinet vnum prędium cum domibus pro domino, & laboratore,terris laboratiuis, vineatis, oliuatis, fructatis,& siluis ceduis in populo S. Stephani a Pazzolati co,cui a primo,&c. Ponuntur confines. *Spōte,&c. omni meliori modo,&c.in,& super eodem prædio,vt supra posito,& cōfinato cum omnibus,& singulis suis pertinentijs, & iuribus quibuscunque imposuit,constituit, & assignauit vnum annuum perpetuum censum scutorum qumdraginta auri de libris septē paruorum pro quolibet scuto,liberū,immunem, & exemptum ab omni,& quocunq; onere,defalcatione, diminutione,et gabella: Quem censum scut. 40.vt supra impositū,& constitutū d.Cam.per se,& suos hęredes iure proprio, & in perpetuum, & omni meliori modo, &c. dedit, vendidit,tradidit,atque concessit Horatio Francisci de Robertis ciui Flor. præsenti,ementi, & stipulanti pro se,& suis hæredib.& succeßoribus,ad habendū. &c. cedens,&c.constituens d.emptorem dominū,& procuratorē,&c. constituens etiā se tenere, & possidere, &c. promittens litē non mouere,&c.sed legitime defendere,&c.cū pactis vtilibus,& solēnibus,&c.et in effectu promisit generalē defensionē d.census, et dictorū bonorū super quibus constitutus est in forma amplissima. Quē quidē annuū perpetuū censum d.C. promisit,& conuenit soluere eidē Horatio emptori de semestri in semestre, & in fine cuiuslibet semestri pro rata, vsq; ad redemptionē sine exceptione, &c. Florentiæ,*

rentiæ,&c.& generaliter vbique, &c. Et hanc census constitutionē, & venditionē,ac omnia, & singula in præsenti instrumento contenta d. C. saluis conditionibus infrascriptis fecit d. Hor. pro pretio,& nomine veri,& iusti pretij scutorum quingētorum auri monetæ de lib. 7. pro scuto ad rationē octo pro quolibet centenario,& quolibet anno,ad gabellā d. C. venditoris. Quos scutos 50. pro pretio prædicto d.Hor.emptor coram me notario,& testibus infrascriptis dedit,soluit, & realiter numerauit eidem C.venditori præsenti,& recipienti in tot monetis argenteis conij Flo.dictā summam constituentibus De quo pretio idem venditor vocauit se plene,& integre solutum, exceptioni non numeratæ pecuniæ,quatenus opus sit renuntians, & liberans d. emptorem per aquilianam stipulationē,&c. faciens ei pactum de vlterius non petendo.

Si interueniat fideiussor extendatur, vt hic.

Pro quo Cam.venditore,& eius præcibus,& mandatis Bernardus Hier.de Angiolieris ciuis Flor. sciens non teneri,& volens teneri,& efficaciter obligari pro euictione,securitate,& generali defensione dictorum bonorū, & d.census, & pro solutione quolibet anno eiusdē census,et plena obseruantia oīum supradictorū penes d.Hor.præsentem,& stipulantē.&c,spōte,&c. oī meliori modo,&c.solēniter fideiussit constituens se p pactū,&c.principalē cōstituentē,& vēditorē,&c. obligans insolidū,&c.renuntians,&c.& beneficio de pluribus reis debēdi,etc. cū pacto expresso inter ipsos contrahentes solemni stipulatione acto, & conuento Quod liceat tam dicto Cammillo venditori, & suis hæredibus, quam dicto Bernardo fideiussori, & suis

hæredibus,

hæredibus, & eorum cuilibet dictum censum redimere, & recuperare pro eodem pretio scutorum quingentorum semper, & quandocunq; nulla obstante præscriptione, etiam longissimi temporis, & immemorabilis immo centum, & plurium annorum, præcedente tamen notificatione, & denuntia dicto emptori, & suis hæredibus facienda in casu redemptionis per bimestre ante ipsam redemptionem. Quibus seruatis dictus emptor per se, & suos hæredes, & successores retrouendere promisit soluto sibi dicto pretio in forma iuris valida omni meliori modo, &c. sine exceptione, &c. & in casu reuenditionis prædictæ, reuenditor non teneatur nisi pro suo dolo, dato, facto, obligatione, & contractu, seu quasi, & non vltra alias, nec alio modo, & cum alijs pactis, modis, & conditionibus, de quibus disponitur per Bullam felicis recordationis Pij Papæ Quinti super forma creandi census æditam anno Incarnationis Dominicæ 1568, 14. Kal. Feb. secundum quam, & eius tenorem, contrahentes prædicti facere intendunt, & faciunt præsentem constitutionē census, & illius emptionem, & venditionem, & non aliter, nec alio modo. Et in casu redemptionis prædictæ dictus census solui debeat pro rata temporis decursi, & si redimeret dictus fideiussor, vel eius hæredes succedant in locum, & vniuersum ius prædictum dicti emptoris contra d. venditorem, & eius hæredes, & bona omnia, quia sic ex pacto solemni stipulatione vallato fuit inter ipsos actum, & conuentum. Et quem Bernardum fideiussorem prædictum præsentem, &c. Idem Cammillus venditor promisit releuare, & conseruare indemnem, & penitus sine damno a dicta fideiussione,

iussione, & obligatione, sine exceptione, &c. Florentiæ, &c. & generaliter vbiq;, &c. Quæ omnia, &c.
Apponuntur clausulæ generales.

Datio in emphytheosim, siue ad liuellum.

Venerabilis vir dominus Nicolaus olim Ioannis de Soderinis de Florentia, Pri r, & curator parrochialis ecclesiæ S. Iacobi supra Arnum de Florentia, & per se, & per suos in dicta ecclesia successores, & omni meliori modo, via, iure, & forma quibus magis, & melius potuit, & potest, & eidem licuit, & licet, saluo semper, & accedente consensu, & beneplacito sedis Apostolicæ legitime obtinendo, quatenus illo opus sit, & non aliter, vel alio modo, &c. locauit, & concessit ad liuellum, & in emphytheosim, & ad renouandum ser Antonio Barnabæ ser Guidonis notario, & ciui Florentino præsenti, recipienti, & conducenti pro se, & suis filijs, & descendentibus.

Declaretur an masculis, vel per lineam masculinam descendentibus in infinitum, an vero vsque ad certos gradus, dicatur legitimis, & naturalibus.

Quoddam solum, seu terrenũ dictæ ecclesiæ super quo est ædificium cuiusdam domus, quæ minatur ruinam, situm Florentiæ, & in populo S. Simonis de Florentia. Ponas latera, & confines. *ad habendum, &c. cum omnibus, &c. quod terrenum solitum erat locari. Pro annua pensione liuellaria solidorum sexaginta Florentinorum paruorum soluendorum in fine cuiusli bet anni. Promittens, & conueniens dictus dominus Nicolaus Prior prædictus, dictis modis, & nominibus, dicto ser Antonio conductori, vt supra recipienti,*

cipienti,& stipulanti, dictum terminum sibi, & suis filijs,& descendentibus prædictis eorum, & cuiuslibet eorum vita durante,etiam si vnus tantum superesset,in perpetuũ dimittere & relaxare:& quod dictus ser Antonius ipsius ser Antonij vita durante, & successiue eius filiorum,& descendentium prædictorum, & non vltra possint,valeant,et possit, & valeat dicta bona,& quodlibet eorum habere,tenere,& possidere, vti,& frui, ad modicum tempus locare, & super eis ædificare,& omnia, & singula alia facere exinde pro eorum,& cuiuslibet eorum libito voluntatis. Ita tamen,& cum hoc pacto,reseruatione conditione,& lege,quod non possint, neq; valeant dicta, seu de dictis bonis in totum,vel in partem vendere, alienare, aut quoquo modo in alium trãsferre, vel per viam vltimæ voluntatis quoquo modo disponere, aut ab alijs condu cere,vel confiteri: Sed teneantur,& debeant dicta bo na manu tenere,& conseruare,meliorare,& non dete riorare quoquo modo. Et quod defunctis ipsis ser Antonio ipsiusq; ser Antonij filijs,& descendentibus prędictis,adeo quod nullus ex eis superextet, tunc, & eo casu incontinenti ipso iure,bona prædicta dictæ ecclesiæ, cadant,& redeant, & reconsolidentur cum omni superficiæ, & melioramento.

Quoad melioramenta,non dicatur nisi de voluntate partium.

Et ad ipsam ecclesiam spectent, & pertineant ipso iure. Et quod dictus ser Antonius, & eius descendentes prædicti teneantur, & debeant,& sic solemni sti-

ni stipulatione promisit, & conuenit dictus ser A. dictis nominibus dicto domino Nicolao, vt supra præsenti, & pro se, & dicta ecclesia, & eius successoribus recipienti, & stipulanti, dare, & soluere nomine liuelli d. domino Nicolao, & eius successoribus, & in dicta ecclesia Prioribus pro tempore existentibus quolibet anno totius dicti temporis, & seu temporum, quo, & seu quibus durabit præsens locatio, datio, atq; concessio libras tres Florentinorum paruorum. Necnon de vigintinouem annis in vigintinouem annos facere renouationem, recognitionem, & reconductionē dictorum bonorum a d. domino Nicolao, & eius successorib. Prioribus in dicta ecclesia pro tempore existentibus, cum eodem libello, & cum eisdem pactis, & conditionibus in præsenti contractu appositis: Et etiam pro huiusmodi renouatione, recognitione, & reconductione dare, et soluere d. domino N. & eius successoribus libram vnam. Et quod propterea non recedatur a liuello annuatim debendo, vt supra dictum est. Cum pacto apposito in præsenti contractu, et instrumēto, & solemni stipulatione vallato inter dictos contrahentes, quod deficientib. dictis ser Antonio, et filijs, & descendentibus supradictis, pro quibus præsens receptio, & stipulatio facta est, aut quocunq; ipsorū quandocunq;, qualitercunq;, et quotiescunq; in solutione dicti annui liuelli per duos annos continuos, vel quandocunque ad aliquem actum venditionis, seu alienationis dictorum bonorum, vel partis eorum, præterquam inter seipsos deuenerint eo casu, seu casibus, vel altero eorum emergentibus (quod absit) in continenti ipso iure, et facto, dictum solum, terrenum, et domus, &

bona cum omni superficie, & melioramento redeant, cedant, & reuertantur, & consolidata esse intelligantur, & sint integraliter, & insolidum pleno iure ad dictam ecclesiam, & possit, & valeat dictus dominus Nicolaus prior, & eius successores in dicta ecclesia per se, vel eorum eius, & eorum syndicum, & mandatarium propria auctoritate dicta bona ingredi, & ea tenere, vsufructare, & alteri locare, vendere, & concedere pro eorum libito voluntatis. Et versa vice dictus dominus Nicolaus dictis modis, & nominibus teneatur, & debeat, & sic promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto ser Antonio, vt præfertur recipienti & stipulanti supradictum solum, & seu terrenum, domum, & bona in totum, vel in partem donec durabit præsens locatio, atque cōcessio nullatenus tollere, vel auocare quoquo modo. Ipsumq; solum, terrenum, domum, & bona in totum, vel in partem non vendere, alienare, vel transferre, & nulli alij locare, vel concedere, nec contractum aliquem facere in præiudicium dicti ser Antonij, aut eius filiorum, & descendentium prædictorum, vel alicuius eorum. Quin dictus ser Antonius, & dicti eius filij, & descendentes, & vltimus superueniens, vt præfertur possit in dictis bonis facere omnia, & singula, quæ supra in eorum, & cuiuslibet eorum fauorem sunt expressa. Verum teneatur, & debeat dictus dominus Nicolaus dictis modis, & nominibus, supradictum solum, terrenum, domum, & bona, & quodlibet eorum, & quamlibet eorum partem, fructusque redditus, & prouentus eorundem dicto ser Antonio, dictisq; eius filijs, & descendentibus, &

vltimo superstiti ex eis, vt præfertur defendere, au-ctorizare, disbrigare, & modis omnibus expedire, ab omni homine, persona, loco, communi, collegio, societa te, & vniuersitate, in iudicio, & extra, de iure, & de facto. Quæ omnia, & singula suprascripta, & infrascripta promiserunt, & solemni stipulatione conuenerunt dictæ partes; & quęlibet earum de per se dictis modis, & nominibus perpetuo firma, & rata, & grata habere, tenere, attendere, & obseruare, & adimplere, & contra non dare, dicere, facere, vel venire, per se, vel alium, seu alios, aliqua ratione, iure, modo, vel causa, in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto, sub pœna florenorum quingentorum auri largorum solemni stipulatione præmißa in singulis, & pro singulis capitulis, pactis, membris, siue articulis præsentis contractus, & instrumenti, & sub refectione damnorum expensarum, ac intereße litis, & extra, quæ pœna, &c. qua pœna, &c. Pro quibus omnibus, & singulis obseruandis, & adimplendis obligauerunt dictæ partes, & qualibet earum de per se dictis modis, & nominibus solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus sibi inuicem, & vicissim, videlicet, dictus dominus Nicolaus obligauit se ipsum, & eius succeßores in dicta ecclesia, & bona omnia, & singula præsentia, & futura dictæ ecclesiæ, & dictus ser Antonius pro se, & nominibus quibus supra obligauit dicto domino Nicolao, vt supra recipienti, & stipulanti se ipsum, & dictos eius filios, & descendentes, & quemlibet eorum, & eorum, & cuiuslibet eorum hæredes, & successores, & bona omnia, & singula præsentia, & futura: renun-

 tiantes,

tiantes,&c. per guarantigiam,&c. Rogantes, &c.

Renouatio emphytheosis.

Cum hoc sit,quod de anno Dominicæ incarnationis, millesimo quadringẽtesimo vigesimo quinto,& die nona mensis Februari dicti anni:dominus Nicolaus olim Ioannis de Soderinis tunc Prior parrochialis ecclesiæ Sancti Iacobi supra Arnum de Florentia,dederit,locauerit,& concesserit ad liuellum, & in emphytheosim, & ad renouandum ser Antonio Barnabę ser Guidonis ciui,& notario Florentino tunc præsenti,recipienti,et conducenti pro se,& suis filijs,& descẽdentib. Quoddam solum,seu terrenum dictæ ecclesiæ,super quo est ædificium cuiusdam domus sitæ Florentiæ,&c. Ponas confines, *pro pensione liuellaria solidorum sexaginta Florentinorum paruorum ,soluendorum in fine cuiuslibet anni : & dictus conductor inter alia promisit de 29.annis in 29.annos renouare,& recognoscere dicta bona a dicta ecclesia, & propterea soluere solidos viginti,cum pactis,promissionibus, obligationibus,renuntiationibus,pœna,& alijs in dicto instrumento locationis in emphytheosim contentis , prout de prædictis constare vidi publicum instrumentum, manu ser Antonij Adami ciuis,& notarij publici Florentini,ad quod dictæ, & infrascriptæ partes se retulerunt , & referunt . Quod quidem solum,terrenum,domus,et bona hodie tenentur, & possidentur per Franciscum filium olim Laurentij ser Antonij Barnabę nepotem ex filio dicti ser Antony . Et cum casus, & tempus renouationis aduenerit per lapsum dictorum vigintino-*

uem

uem annorum. Unde hodie hac præsenti suprascripta die: Venerabilis vir dominus Paulus olim Philippi de Ridolphis ad præsens Prior parrochialis dictæ ecclesiæ Sancti Iacobi supra Arnum per se, & suos in dicta ecclesia successores, & omni meliori modo, via, iure, nomine, & forma, quibus magis, & melius potuit, & potest, & eidem licuit, & licet, dedit, concessit, & tradidit, & iure, & causa renouationis emphytheoticæ, & liuellariæ reconcessit dicto Francisco præsenti, & pro se, & suis filijs, & descendentib. pro quibus alias, vt supra per dictum ser Antonium conducta fuerunt bona prædicta, recipienti, conducenti, & stipulanti supra in dicto instrumento locationis ad liuellum, & in emphytheosim contenta, & confinata, pro tempore, & seu temporibus, & liuello, seu liuellis, & cum illis pactis, conditionibus, promissionibus, clausulis, & cautelis, & alijs in instrumento supra narrato contentis, in omnibus, & per omnia: Et hoc ideo fecit dictus dominus Paulus Prior prædictus, quia dictus Franciscus in præsentia mei notarij, & testium suprascriptorum eidem domino Paulo dedit, soluit, & tradidit, & actualiter numerauit solidos viginti Florentinorum paruorum: & de quibus dictus dominus Paulus vocauit se bene solutum, tacitum, & contentum in spiritualem vtilitatem dictæ ecclesiæ conuertendos. Quapropter dictus dominus Paulus dictis modis, & nominibus dictus F. vt supra præsentem, recipientem, & stipulantem in possessiones eiusdem soli, terreni, & domus, & bonorum prædictorum, quam idem F. habet, & eum in ipsa possessione plena auctoritate confirmauit:

firmauit, cum pactis, modis, conditionibus, & formis, & prout in dicto instrumento primæ locationis in em phytheosim continetur, & scriptum est.

Si vis poteris explicare conditiones, & pacta, prout supra in præcedenti locatione, & erit melius, vel prosequi generaliter, quæ omnia, &c.

Locatio, & positio alicuius ad artem.

Mattheus olim Petri Leonardi de Geris posuit, & ex pacto dedit Bartholomeum eius filium, & operas, & industriam dicti B. eius filij ætatis annorum duodecim locauit Iacobo olim Dominici Francisci lanifici præsenti, & pro se, & suis socijs, & eius, & eorum hæredibus recipienti, conducenti, & stipulanti. Ad standum, & se exercendum, & operas suas impartiendum, & præstandum in dicta arte lanæ, cum dicto Iacobo, & socijs, pro tempore, & termino trium annorum proxime futurorum, initiandorum die prima mensis Nouembris proxime futuri, & vt sequitur finiendorum, & promisit se facturum, & curaturum, ita, & taliter cum effectu omni iuris, & facti exceptione remota, quod dictus B. eius filius quolibet die non festiuo hinc ad per totum dictum tẽpus trium annorum continuo stabit ad seruiendum, & obediendum, & operas suas dandum dicto Iacobo, & socijs in dicta arte, & bene, & fideliter, & studiose operabitur iuxta posse suum omnia, & quæcunque dictus Iacobus, & socij sibi imponent, & mandabunt, honesta, & possibilia circa artem prædictam, & vtilia faciet, & inutilia prætermittet durante dicto termino, & res, & bona dicti Iacobi, & sociorum, quæ erunt penes dictum B. bona fide custodiet, & saluabit, &

eisdem

eisdem bona, & sufficientem rationem, & computum reddet, & si dictus B. prædicta non faceret, & propterea dictus Iacobus, vel socij damnum aliquod paterentur, eum, & eos de prædictis, & quolibet prædictorum conseruare indemnem, & indemnes, & penitus sine damno, omnibus ipsius Mattæi sumptibus, laboribus, & expensis. Et econuerso dictus Iacobus modis, & nominibus quibus supra promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto Matthæo præsenti, & pro se, & dicto B. & eius, & eorum hæredibus recipienti, & stipulanti dictum B. in dicto tempore instruere, & docere cum omni sollicitudine dictam artem, & eidem B. dare, & soluere pro suo labore, & salario florenos decem de libris septem pro floreno pro primo anno, & florenos tredecim pro secundo anno, & florenos decem & septem pro tertio, & vltimo anno dictorum trium annorum. Quæ omnia, &c. promiserunt, &c. perpetuo firma, & rata, &c. attendere, &c. sub pœna, &c. quæ pœna, &c. qua pœna, &c. pro quibus, &c. obligauerunt, &c. renũtiantes, &c. quibus per guarantigiam, &c. Rogans, &c.

Instrumentum sponsalitij.

Ioannes olim Aloysij Matthæi de Scipionibus de Florentia promisit, & solemni stipulatione conuenit Antonio Iuliani Augustini de Caualcantibus ciui Florentino præsenti, recipienti, & stipulanti se facturum & curaturum, ita, & taliter omni, & qualibet iuris, & facti exceptione remota, quod domina Margherita filia dicti Ioannis consentiet in dictum Antonium tanquam in eius sponsum, & virum legitimum, & ab eo vxorali affectu in signũ veri, & legitimi matrimonij

trimonij anulum recipiet, & cum eo matrimonium legitime contrahet. Et ex aduerso dictus Antonius ex parte alia promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto Ioanni præsenti, & pro se, & dicta domina Margherita eius filia recipienti, & stipulanti consentire in dictam dominam Margheritam, tanquam in eius spōsam, & vxorem legitimam eidemque maritali affectione, & in signum veri, & legitimi matrimonij anulum dare, et cum ea matrimonium legitime contrahere, & pro dote, & dotis nomine dictus Ioannes promisit, solemni stipulatione conuenit dicto Antonio præsenti, & pro se, suisq; hæredibus, & successoribus stipulanti, & acceptanti eidem Antonio dare, & soluere summam florenorum mille de moneta de lib. 7. pro floreno in pecunia numerata, mobilibus, & immobilibus post consumatum matrimonium. Quæ omnia, & singula suprascripta promiserunt, & solemni stipulatione conuenerūt dictę partes sibi inuicem, & vicissim perpetuo firma, & rata, & grata habere, tenere, attendere, obseruare, & adimplere, & contra non dare, facere, vel venire per se, vel alium, seu alios in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto, sub amissione dictorum florenorum mille, vt supra habitorum & confessatorum, & sub refectione damnorum expensarum, ac interesse litis & extra: pro quibus, &c.

Subdas generalitates, vt supra in alijs contractibus.

Confessio dotis in pecunia.

Laurentius, & Leonardus fratres, & filijs olim Petri Leonardi de Buonuisis de Florentia, & quilibet

eorum

eorum in solidum, & in totum se obligandó, vnica tamen solutione sufficiente per se, & eorum, & cuiuslibet eorum hæredes, ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & non sub spe alicuius futuræ numerationis, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, fuerunt confessi, & contenti habuisse, & recepisse, ac sibi integre datos, solutos, & numeratos fuisse partim ab officialibus Montis communis Florentiæ de denarijs dotium Montis puellarum communis Florentiæ, & partim a Dominico, &c. dantibus, & soluentibus in dotem, & dotis nomine dominæ Mariettæ filiæ dicti Dominici, & eidem Laurentio matrimonio copulatæ, inter denarios, & res mobiles communi concordia inter dictas partes æstimatas florenos mille de moneta de libris septem pro floreno, hoc modo, videlicet, florenos trecentosq; similes pro valore florenorum ottingentorum largorum de grossis montis dotis originalis dictæ dominæ Mariettæ, & residuum vsque in dictos florenos mille de moneta, videlicet, florenos septingentos a dicto Dominico in pecunia numerata, & mobilibus communi concordia æstimatis: de quibus vocauerunt se bene solutos, tacitos, & contentos exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renuntiantes. Et propterea fecerunt eidem dominæ Mariettę licet absenti, & dicto Dominico, ac etiam mihi Leonardo notario infrascripto, vt publicæ personæ pro dicta domina Marietta recipientibus, & stipulantibus donationem propter nuptias de libris quinquaginta Florentinorum paruorum secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ.

Quas

Quas dotem, & donationem propter nuptias, dicti Laurentius, & Leonardus promiserunt, & quilibet eorum promisit, & solemni stipulatione conuenit dictæ dominæ Mariettæ licet absenti, & dicto Dominico, & mihi L. notario antedicto, & infrascripto, vt supra pro dicta domina Mar. & eius hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus iura sua concesserit recipientibus, & stipulantibus reddere, soluere, & restituere eidem dominæ Mariettæ, & eius hæredibus & successoribus, & cui, vel quibus iura sua concesserit in omnem casum, & euentum dictæ dotis restituendæ, vel consequendæ, & donationis soluendæ constante matrimonio, vel soluto Florentiæ, Pisis, Senis, Bononiæ, Lucæ, Ferrariæ, Romæ, Venetijs, & generaliter vbiq; locorum, & terrarum, & in qualibet mundi parte, vbi d. domina Marietta, vel eius hæredes, & successores dictam dotem, & donationem propter nuptias petierit, & petierint, & dictos Laurentium, & Leonardum, & quemlibet eorum, & eorum, & cuiuslibet eorrum hæredes, & bona conuenerint, vel conuenire voluerint, vel voluerit, tam in persona, quam in bonis, fori priuilegio non obstante. Prorogantes ex nunc iurisdictionem, & submittentes se iurisdictioni, & compulsioni omnium, & quorumcunque iudicum, & officialium, & curiarum dictorum locorum, & vbilibet constitutarum, tam ecclesiasticarum, quam secularium. Cum pacto apposito in præsenti contractu, & instrumento, & solemni stipulatione vallato inter dictas partes, quandocunque casus euenerit dictæ dotis restituendæ, & seu donationis soluendæ constante matrimonio, vel soluto: liceat dictæ domi-

næ Mariettæ, & eius hęredibus, & successoribus, & cui, vel quibus iura concesserit, etiam sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ ingredi, capere, apprehendere, & tenere tenutam, & corporalem possessionem bonorum quorumcunque, & in bonis, de bonis, & super bonis quibuscunque dictorum Laurentij, & Leonardi, & cuiuslibet, vel alterius eorum, eorumque fructus, redditus, & prouentus percipere, & habere per se, vel alios, quos voluerit ipsos fructus in sortem minime computando. Dictaque, & de dictis bonis, & quolibet eorum, & de quibus potius voluerit, vel voluerint vendere, & alienare, & in alium, seu alio quocunque alienationis titulo transferre, donec, & quousque dictæ dominæ Mariettæ, & eius hæredibus, & successoribus de dicta dote, & donatione propter nuptias fuerit plene, & integre satisfactum. Promittentes, & conuenientes insuper dicti Laurentius, & Leonardus, & quilibet eorum in solidum dicto Dominico, & mihi notario infrascripto, vt supra recipientibus, & stipulantibus de dicta dote, aut quantitate dotis, & donationis propter nuptias, aut alicuius partis non opponere, vel probare solutionem, satisfactionem, vel absolutionem, finem, remissionem, aut termini mutationem, vel aliud pactum per testes, vel alio modo nisi per hoc instrumentum sibi redditum, damnatum, vel legitime cancellatum, aut per aliud instrumentum finis, liberationis, remissionis, vel solutionis. Quæ omnia, &c. promiserunt, &c. dicti Laurentius, & Leonardus, & quilibet eorum insolidum vnica tamen solutione sufficiente, &c. attendere, &c. & sub

pœna

pœna dupli,&c.quæ pœna,&c.qua pœna,etc.pro qui bus,&c.obligauerunt,&c.renunciauerunt,&c. quib. &c.præcepi per guarantigiam, &c. Rogantes, &c.

Confeſſio dotis in fundo dotali.

Publice omnibus pateat, qualiter domina Marghe rita filia olim Bernardi de Cedernis, faciens infraſcri pta omnia, & ſingula in præſentia, & cum conſenſu, authoritate, & decreto dominorum Proconſulis, & Conſulum Artis Iudicum, & Notariorum ciuitatis Florentiæ, in eorum ſolita audientia in ſufficienti nu mero congregatorum, ibidemque pro tribunali ſeden tium,& d.D.Marg.in omnibus, & ſingulis infraſcri ptis conſentientium,& authoritatem, & decretum in terponentium.

Si vero fieret coram alio magiſtratu,vel recto re apponatur nomen illius loco Proconſulis, & Conſulum.

Certificata primò,& ante omnia de iuribus ſuis,et de importantia præſentis contractus, vt decuit, & quid contrahebat,& in quo, & quantum ſibi præiu dicare poterat, de quibus omnibus dixit, & aſſeruit ſe bene certioratam, & informatam eſſe, & plenam habere notitiam,per ſe, & ſuos hæredes,& omni me liori modo, via, iure,& forma quibus magis, & me lius potuit,& eidem licuit,& licet,dedit, tradidit, & conceſſit Nerio Antonio Ludouici de Verrazzano, & Philippo filio dicti Nerij ibidem præſentibus, & pro ſe, & eorum, & cuiuſlibet eorum hæredibus, & ſucceſſoribus recipientibus, & ſtipulantibus, & di-

cto

cto Philippo facienti omnia, & singula cum consensu, verbo, licentia, & auctoritate dicti Nerij ibidem præsentis, eidem Phi. auctorantis, & consentientis, & licentiam, auctoritatem, & parabolam dantis, & præstantis: In dotem, pro dote, & dotis nomine, & profundo dotali dictæ dominæ Margheritæ vxoris dicti Philippi, & eidem Phi. matrimonio copulatæ infrascripta bona, videlicet. Vnam domum cum palcis, salis, cameris, & tecto, & curia, & volta sub terra, & alijs suis ædificijs, & habituris, & pertinentijs positam Florentiæ, & in populo Sancti Appollinaris de Florentia, & in via dicta la vigna vecchia, cui a primo via, a secundo Ioannis Dominici, a tertio Fei balchari, a quarto via, infra prædictos confines, vel alios si qui forent plures, aut veriores, cum omnibus, & singulis, quæ dicta bona habent super se, infra se, seu intra se in integrum, omnique iure, & actione, vsu, dominio, & proprietate sibi dominæ Marheritæ, & eius hæredibus, & successoribus, & cuilibet vel alteri eorum quomodolibet pertinente, & spectante: Ab habendum tenendum, & possidendum, & saluis tamen infrascriptis, quicquid dictis Nerio, & Philippo deinceps placuerit perpetuo faciendum.

Quam domum, & bona, dicta domina Margherita dicto consensu constituit se tenere, & possidere pro dictis Nerio, & Philippo, & quolibet eorum, donec dictorum bonorum tenutam, & possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi, intrandi, & deinceps retinendi sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis vel curiæ, eisdem licentia, & omnimodum potestatem

tem

tem contulit, atque dedit. Insuper promisit, & solemni stipulatione conuenit d. D. Mar. dicto consensu dictis Phi. & Ner. vt supra recipientibus, & stipulantibus dictam domum, & bona in totum, vel in partem d. Ne. & Phi. non molestare, nec litem, vel controuersiam aliam, in, de, vel super dictis bonis, aut aliqua eorum parte eisdem Ne. & Phi. aut eorum, & cuiuslibet eorum hæredibus, & successoribus vllo vnquam tempore non inferre, facere, vel mouere, nec inferenti, facienti, vel mouenti modo aliquo consentire. Sed ipsam domum, & bona vendita, & quodlibet eorum, & quamlibet eorum partem eisdem Nerio, & Philippo, & eorum hæredibus, & successoribus ab omni homine, persona, loco, communi, collegio, societate, & vniuersitate legitime defendere, auctorizare, & disbrigare, & modis omnibus expedire, & eisdem vacuam, & liberam poßeßionem dictorum bonorum tradere, & ipsos Ner. & Phi. & eorum hæredes, & succeßores, in eorum bonorum poßeßione semper facere, & defendere potiores, priores, & validiores, & si quo tempore lis, vel quæstio, aut controuersia aliqua, tam per libelli oblationem, pronuntiationem tenutæ, & præcepta de disgumbrando, quam alio quocunque modo moueretur, inferretur, vel fieret eisdem Ne. & Philippo, vel eorum hæredibus, & succeßoribus, in, de, vel super dicta domo, & bonis, vel aliqua eorum parte in dominio, proprietate, vel poßeßione, vsu, vsufructu, vel fructibus. Ipsam litem, causam, quæstionem, controuersiam, & libellum, & omnem nouitatem, quandocunque, & quotiescunque eidem D. Mar. vel eius hæredibus denuntiatum, vel notificatum

catum fuerit personaliter, vel ad domum inscriptis, vel etiam verbotenus quomodocunque, & qualitercunque infra quinque dies a die huiusmodi denuntiationis, & notificationis in se, & super se recipere, suscipere, & transferre in eadem causa, & ipsorum bonorum defensioni se offerre: & tam in causa, & casibus principalibus, quam appellationis sistere vsque ad finem litis, & causæ, omnibus, & singulis dictæ D. Mar. & eius hæredum sumptibus laboribus, & expensis: Cum pacto, quod notificatio semel facta ad domum habitationis dictæ D. Mar. vel eius hæredum, vel etiam minus legitime facta valeat, & sufficiat, ac si personaliter, & legitime facta foret, & pro legitime facta habeatur. Quod si pronuntiari, vel sententiari contigerit super euictione, vel auocatione dictorum bonorum contra dictos Nerium, & Phil. vel eorum hæredes, & successores infra octauam diem a die latæ sententiæ euictionis, vel auocationis secutæ, & seu postquam eidem D. Mar. vel eius hæredibus notificatum, & denuntiatum fuerit modo, & forma prædictis, pretium valorem, & æstimationem dictorum bonorum cum pœna dupli, & damnis, expensis, & interesse litis, & extra eisdem Nerio, & Phil. restituere, & persoluere promisit. Remissa ex nunc per pactum appellandi necessitate dictis Nerio, & Phil. si super euictione, vel auocatione dictorum bonorum, vt supra pronuntiari contigerit contra eos. Cum pacto etiam apposito, & solemni stipulatione vallato inter eos, quod non possit dicere, vel apponere dicta D. Mar. ꝙ eisdem Nerio, & Phil. vel eorum hæredibus, & successoribus fuerit facta iniuria, vel iniusti-

tia si dicta bona in totum, vel in partem euincerentur, vel auocarentur ab eis, vel aliquo eorum, vel eorum hæredibus, & successoribus, vel quod ipsorum Phi. & Ne. culpa, vel negligentia, aut iudicis, imperitia, vel nequitia fuerint euicta, vel auocata. Et insuper d. D. Mar. dicto consensu ex causa dictæ dotis dedit, cessit, transtulit, & mandauit dictis N. & Phil. vt supra recipientibus, & stipulantibus omnia, & singula, iura, nomina, & actiones, reales, & personales, vtiles, & directas, ciuiles, & prætorias, meras, & mixtas, tacitas, & expreßas, anormalas, & conuentionales, & quascunque alias eidem dominæ Mar. quomodolibet competentes, & compituras, in, de, vel super dictis bonis, & pro defensione, & euictione dictorum bonorum. Posuitque ipsum Nerium, & Phi. in locum, & vniuersum ius suum quoad iura prædicta, & constituit eos, & quemlibet eorum procuratores, vt in rem suam. Ita quod admodo dicti Nerius, & Phi. & quilibet eorum possint, & valeant dictis iuribus, & actionibus, vt supra cessis, eorum nominibus proprijs vti, agere, & experiri, excipere, & replicare, consequi, prosequi, & se, & dicta bona tueri, & omnia, & singula alia facere, quæ potuisset dicta domina Mar. ante præsentem concessionem, & iurium cessionem. Et propterea dicti N. & Philip. dicto consensu, & quilibet eorum in solidum se obligando fecerunt eidem D. M. ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti, & stipulanti donationem propter nuptias de libris quinquaginta Florentinorum paruorum secundum formam statutorum, & ordinamentorum cõmunis Florentiæ.

Et

Et promiserunt, & solemni stipulatione conuenerunt dictæ dominæ Marg..vt supra recipienti,& stipulanti dictam domum,& bona supra contenta, & confinata eidem dominæ reddere,tradere,& restituere,& dictã donationem soluere in omnem casum, & euentum dictæ dotis reddendæ, vel consignandæ, & donationis soluendæ constante matrimonio,vel soluto, Florentiæ, Pisis,Senis,Bononiæ,Lucæ, Ferrariæ ; & generaliter vbiq; locorum,& terrarum vbi dicti Nerius,& Philippus,& quilibet,vel alter eorum inuenti,& conuenti fuerint, fori priuilegio non obstante. Cum pacto apposito in præsenti contractu, & solemni stipulatione uallato inter ipsos cõtrahentes,quod quandocunq; casus euenerit dictę dotis restituendæ,& donationis soluendæ constante matrimonio, vel soluto, liceat d. D. Marg. & suis hæredibus,& successoribus, dictam domum,et bona supra contenta,& confinata sua propria auctoritate,& sine licentia, vel decreto alicuius iudicis,vel curiæ ingredi,capere,& habere,& quicquid sibi,& suis hæredibus deinceps placuerit facere. Quæ omnia,& singula suprascripta &c.promiserunt,&c. attendere,& obseruare,&c. sub pœna dupli &c.quæ pœna,&c.qua pœna, &c pro quibus, &c. obligauerunt,&c. renuntiauerunt,&c. quibus, &c. præcepi, &c. per guarantigiam,&c. Rogantes, &c.

Et casu quo bona data pro fundo dotali fuissent æstimata, & partes nihilominus vellent illa stare pro fundo dotali dicatur,& non obstante dicta æstimatione bona prædicta non desinant esse fundum dotalem.

Instrumentum dotis constitutæ in re immobili æstimata.

Ser Antonius olim Martini per se, & suos hæredes iure proprio, & in perpetuum, & omni meliori modo, via, iure, & fo,ma, quibus magis, & melius potuit, dedit, tradidit, & concessit Michaeli Ioannis, &c. ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti, & stipulanti in dotem, pro dote, & dotis nomine dominæ Chaterinæ filiæ dicti ser Antonij, & vxoris dicti Michaelis, & eidem Michaeli matrimonio copulatæ: Vnum prædium cum domo pro domino, & pro laboratore, &c. Ponas confines. *Communi concordia æstimatum inter dictas partes floren.* 300. *auri de lib.* 7. *pro quolibet, & pro dicta æstimatione ad habendum, tenendum, &c.*

Prosequere in omnibus, vt supra in instrumento venditionis, nisi quod vbi dicitur ex causa venditionis, dicas ex causa dotis, & post traditionem factam, & promissionem defensionis maritus confiteatur tantam dotem quanta est æstimatio rei traditæ in dotem in forma superioris confessionis: & quando est de consensu partium subdas: *Et quod non obstante æstimatione prædicta omnino dicta bona esse intelligantur, & sint, ac stent in, & pro fundo dotali d. D. Chaterinæ.*

Augmentum dotis.

Leonardus, & Laurentius fratres, & filij olim Petri de Bonuisis populi Sancti Romuli de Florentia, & quilibet eorum in solidum, & in totum se obligando, vnica tamen solutione sufficiente per se, & eorum, & cu-

& cuiuslibet eorum hæredes, & succeßores ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & non sub spe alicuius futurę numerationis, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, fuerunt confeßi, & contenti habuisse, & recepisse pro augumento, & nomine augumenti dotis dominæ Mariettæ filiæ olim domini A. de Nipozano, & vxoris dicti Laurentij, & eidem Laurentio matrimonio coniuntæ florenos centum de moneta de libris septem pro floreno pro ea a D. Lucretia matre dictæ dominæ Mariettæ in pecunia numerata: de quibus vocauerunt se bene solutos, tacitos, & contentos exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renuntiantes: quos florenos centum auri largos augumenti dotis prædictæ dicti Leonardus, & Lauren. promiserunt, & solemni stipulatione conuenerunt, & quilibet eorum in solidum promisit eidem dominæ Mariettę licet absenti, & mihi L. notario infrascripto, vt publicæ personæ recipienti, & stipulanti pro dicta domina Marietta, & eius hæredibus, & succeßoribus, & cui, vel quibus iura sua concesserit reddere, restituere, & consignare eidem dominæ Mariettæ, & eius hæredibus, & successoribus in omnem casum, & euentum dotis, & dicti augmenti dotis reddendæ, & restituendæ constante matrimonio, vel soluto Flor. &c.

Prosequere, vt supra vsque ad finem, vt in alio instrumento confessionis dotis.

Mutuum alias recognitio debiti.

Fabritius olim Raynerij de Albergottis ciuis, & mercator Florentinus sponte, & deliberate non vi, dolo, vel metu, seu aliqua alia machinatione circum-

uentus, sed ex eius certa scientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, per se, & suos hæredes, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, & potest, & eidem licuit, & licet, fuit in veritate, & non sub spe alicuius futuræ numerationis confessus, & contentus habuisse, & recepisse, ac sibi datos, solutos, & numeratos fuisse a Siluestro olim Hieronymi de Cambiis ciue, & mercatore Florentino, florenos quingentos de moneta de lib. 7. pro flor. ex causa puri, veri, & gratuiti mutui: quos florenos quingentos dictus Fabritius Raynerij promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto Siluestro præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus iura sua concesserit recipienti, & stipulanti eidem Siluest. dare, soluere, & restituere cum effectu libere, & sine aliqua contradictione hinc ad sex menses proxime futuros: Vel dicas temporibus modis, & terminis infrascriptis, videlicet: *hinc ad tres menses quartam partem, & inde ad tres menses proxime futuros aliam quartam partem, & inde ad tres alios menses aliam quartam partem, & inde ad alios tres menses residuum, videlicet, aliam quartam partem:* Vel dicas breuius, & melius: *hinc ad vnum annum proxime futurum faciendo solutionem in quattuor vicibus, & seu pagis, videlicet, singulis tribus mensibus quartam partem. Cum pacto apposito in præsenti contractu, & solemni stipulatione vallato inter ipsas partes, quod deficiente dicto Fabri. in obseruantia, & solutione alicuius ex dictis pagis possit per dictum Siluestrum, & eius hæredes, & successores, & cui, vel quibus iura sua concesserit*

conueniri

conueniri personaliter, & in bonis pro tota dicta summa, & quantitate, vel pro ea de qua tunc temporis restaret, & esset debitor dicti Siluestri, ac si cesserit, & venerit dies solutionis totius dictæ quantitatis Flor. Pisis, Senis, Bononiæ, Lucæ, Ferrariæ, Venetijs, Romæ, & generaliter vbique locorum, & fori, & in quacunque mundi parte, & coram quocunque iudice, & officiali, & curia, tam ecclesiastica, quā seculari quocunque fungantur officio, vel regimine, & quibuscunque nominibus appellentur, vbi dictus Siluester, vel eius hæredes, & successores, & cui, vel quibus iura sua concesserit dictum Fabritium, & eius hæredes, & bona conuenerint, vel conuenire voluerint, & dictum debitum petierit, & petierint, fori priuilegio non obstante, & quolibet dictorum locorum in solidum vnica tamen solutione sufficiente. Prorogantes ex nunc iurisdictionem omnium, & quorumcunque iudicum, & officialium & curiarum prædictarum. Submittensque se iurisdictioni, cohertioni, & compulsioni dictorum iudicium, officialium, & curiarum quarumcunq; quo ad prædicta. Promittens insuper, & conueniens dicto Siluestro, vt præfertur recipienti, & stipulanti solutionem, & remissionem huiusmodi debiti non probare, vel allegare, nisi per hoc instrumentum redditum, & restitutum, incisum, & seu cancellatum, & seu per aliud instrumentum finis, & quietationis manu publici notarij conficiendum. Quæ omnia, & singula suprascripta, &c.

Apponas alias generalitates, & renuntiationes, vt supra in alijs instrumentis.

Proteſtatio literarum cambij facta pręſenti.

Pateat omnibus euidenter qualiter Franciſcus olim Simonis de Toſinghis ciuis, & mercator Florentinus, Iuuenis, inſtitor, negotiorum geſtor, & gubernator Renati domini Andreæ de Pazzijs, & ſociorum de Flor. Et pro, & vice, & nomine ipſorum, & cuiuslibet ipſorum, & omni meliori modo, via, iure, cauſa, & forma quibus magis, & melius potuit, & poteſt. Conſtitutus perſonaliter in præſentia mei L. notarij infraſcripti, & teſtium ſupraſcriptorum, & Franciſci de Cambinis ciuis, & mercatoris Florentini præſentis, audientis, & intelligentis, pręſentauit, & ſeu repreſentauit eidem Fran. & per me L. notarium infraſcriptum legi fecit de verbo ad verbum ad ipſius Fran. plenam, & claram intelligētiam quaſdam literas cambij, ſiue pagamenti de Lugduno eidem Fran. de Cambinis deſtinatas infraſcripti tenoris, & continentiæ videlicet. Ponatur tenor literarum de verbo ad verbum. *A tergo, ſiue extra.* La ſopraſcritta. *Intus vero ſcriptum erat hoc modo, videlicet.*

Quibus literis ſic præſentatis, & lectis dictus Franciſcus de Toſinghis dictis modis, & nominibus inſtanter, & inſtantiſſime requiſiuit dictum Franc. de Cambinis, vt ſupra præſentem, audientem, & intelligentem de acceptatione dictarum literarum, & de ſolutione quantitatis in dictis literis contentæ. Offerens ſe dictis nominibus paratum ſolutionem recipere, & omnia facere in prædictis, & circa prædicta neceſſaria, conſueta, & opportuna, & proteſtatus fuit, & proteſtatur, quod per eum dictis nominibus non ſtetit, & non ſtat. Qui Fran. de Cambinis ſtatim

tim auditis prædictis deliberate dixit, & respondit se iustis de causis nolle acceptare dictas litteras, & nolle soluere quantitatem in eis contentam.

Ponas responsionem quam faciunt, & prout faciunt: varij enim varias responsiones dabunt.

Qua responsione secuta, & per dictum Franciscum de Tosinghis audita: Idem Franciscus de Tosinghis dictis nominibus, saluis, & reseruatis tamen sibi dictis nominibus, & dictis eius principalibus omnibus eorum iuribus, & actionibus eisdem quomodolibet competentibus, & competituris, occasione prædicta tam contra omnes, & singulos quoscunque, & vndecunque, sint eiusdem ad prędicta quomodolibet tam in genere, quam in specie obligatos, quam contra scribentem dictas literas, protestatus fuit, & protestatur dicto Fran. de Cambinis præsenti, audienti, & intelligenti, & dicto scriptori, & subscriptori, & omnibus alijs, vt supra quomodolibet obligatis licet absentibus, & eorum absentia non obstante, de omnibus, & singulis suis dictis nominibus, & dictorum eius principalium, & aliorum, quorum interest, seu interesse poterit, licet absentium, me notario pro eis, & quolibet eorum recipiente, & stipulante damnis, expensis, & intereße, & de cambijs, & recambijs, & cambijs cambiorum dictarum literarum ob defectũ, & negligentiam acceptationis, & solutionis quantitatis in eis contentæ, & quod accipient ad cambium pro locis, & temporibus, & eo modo, & forma, & prout est, vel erit eis permißum de iure, vel ex consuetudine, damno & periculo, & obligatione, vt supra: postulans fidem ßabere de valore huiusmodi cambiorum,

& hæc

& hæc omni meliori modo, &c. Rogans, &c.

Item postea, & incontinenti dictis anno indictione die vero, &c.

Ponas diem, & locum, & alia requisita.

Fides Sensalis.

Victorius Ioannis Proxeneta, & Sensalis cambiorum ciuitatis Florentiæ suo prius per eum præstito iuramento ad Sancta Dei Euangelia scripturis corporaliter manu tactis, ad delationem mei L. notarij infrascripti, & ad instantiam, & requisitionem dicti Francisci de Tosinghis d: nominib. dixit testificatus fuit, & fidem fecit, quod cambia pro Lugduno valent Florentiæ, videlicet, pro vno floreno auri largo de Florentia grossi 27. & vn terzo monetæ Auinionensis in Auinione. Rogans, &c.

Ponas valorem monetæ de qua in literis.

Protestatio literarum cambij facta absenti.

Pateat omnibus euidenter, qualiter Philippus Zenobij de Vannellis ciuis, & mercator Florentinus Iuuenis, institor, negotiorum gestor, & gubernator Petri de Mellinis, & sociorum campsorum de Florentia, & ipsorum vice, & nomine habens in manibus quasdam originales literas cambij infrascripti tenoris a tergo, videlicet: Intus vero scriptum erat hoc modo, videlicet: Ponatur tenor literarum, & si per prius literę fuerint acceptatæ, dicas: *Manu ipsius, & infrascripti Alfonsi, vt dixit, & in calce literarum apparere vidi, acceptatas, & subscriptas.*

Si vero non erunt acceptatæ dicas, dicto, & infrascripto Alfonso directas, vt eas acceptet, & soluat.

Cum cesserit dies solutionis, & quærens dictum Alfonsum per loca requisita, & consueta, & vbi, & in quibus solent communiter se reducere, & conuenire Mercatores Florentini, & eum non inueniens. Tandem facta diligenti inquisitione propterea se reduxit ad apothecam, seu ad domum habitationis, & solitæ habitationis dicti Alfonsi Hieronymi.

Si vero non haberet habitationem in ciuitate: ita scribas.

Propterea se reduxit in forum nouum ciuitatis Florentiæ proprium domicilium omnium mercatorum Florentinorum, & in dicta ciuitate commorantium, & vbi communiter solent conuenire omnes mercatores dictæ ciuitatis maxime cum d. Alfonsus non habeat aliquam habitationem in ciuitate Flor. sed sit absens a ciuitate, comitate, & districtu Florentiæ.

Sequere postea, & vbi ego dico de domo, tu dicas de foro nouo, si non habet habitationem.

Et pulsato hostio dictæ domus, et aperto per existentes in ea publice, palam, alta, & intelligibili voce, ita, vt ab omnib. astantibus audiri, & intelligi posset, legit dictas literas. Et ipsum Alf. instanter, & instantissime requisiuit de acceptatione dictarum literarũ, et de solutione dictæ quãtitatis in eis cõtentæ, tẽpore in eis contento, secundum formam, & tenorẽ dictarũ literarum. Offerens se dicto nomine paratũ, dictam solutionem recipere, & oĩa, & singula facere oportuna pro sua dictis nominibus parte, et cũ responderetur ipsum Alf. non esse in ciuitate Floren. sed abesse a ciuitate,

comitatu,

comitatu, & districtu Florentiæ, vel dicas, *& cum responsum aliquod, nec acceptatio, vel solutio sibi fieret, non valens ipsum personaliter alloqui, omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, saluis, & reseruatis sibi dictis nominibus, & dictis eius principalibus quibuscunq; iuribus, remedijs & actionibus sibi dictis nominibus, quomodolibet competentibus, & competituris tam contra scribentē dictas litteras, quam contra alios quomodolibet obligatos, tam in genere, quam in specie, vigore, & prætextu dictarum litterarum propter non factam acceptationem, & non secutam solutionem, protestatus fuit, & protestatur, tam d. A. & contra eum, quam scribenti, & subscribenti, et contra scribentem, & subscribentem, & contra omnes alios, vt supra quomodolibet obligatos, de cambijs, & recambijs, & cambijs, cambiorum, & de omnibus, & singulis eorum damnis, expensis, & intereße, & quod accipient ad cambium pro locis, & temporibus, & eo modo, & prout est, vel erit eis permißum de iure, vel consuetudine, damno, periculo, & obligatione, vt supra postulans fidem habere de valore huiusmodi cambiorum.*

Si habens litteras in manibus, vel alijs mercator offerat se paratum soluere facta protestatione, vt supra, ante clausulam Rogans, dicas.

Qua protestatione secuta Spectabilis N. nomine suo, & societatis cantantis in, &c. obtulit se paratum soluere dictas litteras cambij, & summas in eis contentas pro honore litterarum cambij, & scribentis, & subscribentis, & pro se valendo ab eo, vel eis qui scripserunt, & ab omnibus alijs, quibus de iure,

& se-

& secundum ordinem mercatorum potest: Et sic in præsentia mei notarij, & testium soluit dicto Philippo præsenti, et dictam summam dictis modis, et nominibus recipienti ad computum, & secundum valorem infrascriptæ relationis Proxenetæ, de qua summa ad rationem prædictam dictus Philippus dictis modis, et nominibus vocauit se bene solutum, et satisfactum a dicto N. Rogans, &c.

Victorius Ioannis Proxeneta, et sensalis cambiorum ciuitatis Florentiæ suo prius per eum præstito iuramento ad sancta Dei Euangelia scripturis corporaliter manu tactis dixit, testificatus fuit, et fidem fecit, quod cambia pro ipsis valent Florentiæ, &c.

Ponas valutam monetæ, vt supra, & apponas tres testes. *Rogans, &c.*

Depositum gratia depositarij.

Nobilis vir Lanfrancus Deiphebi de Pisis ciuis, et mercator Pisanus, sponte, & deliberate, non vi, dolo, vel metu, seu aliqua alia machinatione circumuentus, sed ex eius certa scientia, et libera voluntate, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, et melius potuit, fuit in veritate confessus, et contentus se habuisse, et recepisse, & apud se habere, ac sibi solutum, et numeratum fuisse in depositum, & nomine et causa depositi, & gratia ipsius Lanfranchi, & eiusdem damno, & periculo, risico, & fortuna, casu fortuito, ruinæ, incendij, naufragij, rapinæ, et cuiuslibet casus fortuiti. Ab Antonio domini Ioannis de Canisianis, ciue, et mercatore Florentino florenos mille de moneta de libris septem pro floreno, de quibus

florenis

florenis mille, non sub spe alicuius futurę numerationis, & solutionis vocauit se bene pagatum, tacitum, & contentum. Sed melius est facere actualem solutionem *Suscipiens ex pacto apposito in præsenti contractu, & solemni stipulatione vallato omnem casum fortuitum, & euentum quemcunque tam diuino, quam humano iudicio, ruinæ, rapinæ, violentiæ, incendij, naufragij, fori interdictis eius culpa, vel non, aut leui, vel leuissima culpa, vel alio quomodolibet, & qualitercunque proueniente. Quod quidem depositum in summa pecuniæ, videlicet, in florenis mille in dicta moneta, & bonitate dictæ monetæ, dictus Lanfrancus se suosq; hæredes, bona, iura, nomina, & actiones præsentia, & futura in solidum, & in totum obligando, promisit, & solemni stipulatione conuenit eidem Antonio ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus iura sua concesserit recipienti, vt stipulanti eidem An. & eius hæredibus, & successoribus, et cui, vel quibus iura sua concesserit, aut eius, & eorum certo nuntio, vel mandatario, reddere, soluere, & restituere, & cum effectu numerare hinc ad sex menses proxime futuros, Florentiæ &c.*

Sequere, vt in instrumento mutui.

Delegatio.

Certum esse dicitur, quod Amerigus Francisci coriarius, fuit, & est verus, & legitimus debitor Berti Simonis lanaiuoli, in summa, & quantitate florenorum quadragintaquinq; de moneta de lib. 7. pro floreno, occasione brachiorum quinquaginta panni monachini

nachini finis de Sancto Martino eidem Amerigo venditi per dictum Bertum, quem pannum dictus Amerigus fuit confessus, & contentus se a dicto Berto habuisse, & recepisse, prout apparere dicitur in libro, & codice rationum apothecæ artis lanæ dicti Berti coperto corio rubro, & cum corigijs albis signato A, intitulato debitori, & creditori, & ad cartas 25. dicti libri, & quod ex alio capite dictus Bertus fuit, et est verus, & legitimus debitor Pancratij olim Gulielmi aromatarij etiam in summa floreno. 45. similium, pro pretio, & nomine veri, & iusti pretij librarum ducentarum piperis, prout d. Bert. dictum piper confessus fuit habuisse, recepisse, & sibi traditum, & consignatum fuisse a dicto Pancratio, vt apparere dicitur in libro, & codice rationum apothecæ aromatarij dicti Pancratij coperto membranis, & corigijs nigris signato B. intitulato comperæ, & vendite, & ad cartas 40. dicti libri. Ad quos libros relatio habeatur. Vnde hodie hac præsenti suprascripta die, omnes supranominati, & quilibet eorum coram me notario infrascripto, & testibus suprascriptis personaliter constituti volentes ad infrascriptam delegationem peruenire dictus Bertus per se, & suos hæredes ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & omni meliori modo, via, iure, & forma quibus magis, & melius potuit, & potest, et eidem licuit, & licet. Suprascriptum Amerigum debitorem dicti Berti in dictis florenis quadragintaquinque dicto Pancratio ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti, & stipulanti dedit, consignauit, & delegauit. Quapropter dictus Amerigus,

gus, de ipsius Berti præsentia, consensu, & voluntate se dicto Pancratio, vt supra præsenti, recipienti, & stipulanti principalem constituit debitorem, & solemni stipulatione promisit, & conuenit dicto Pancratio, vt supra recipienti, & stipulanti, dictos florenos quadragintaquinque, de quibus dictus Amerigus erat debitor dicti Berti dare soluere, & numerare dicto P. vel eius hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus iura sua concesserit hinc ad vnum annum proxime futurum omni iuris, & facti exceptione remota. Quæ omnia, & singula suprascripta promiserunt dictæ partes sibi inuicem, & vicissim, vna alteri, & econuerso solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus perpetuo firma, rata, & grata, &c. Vt supra in instrumentis.

Promissio conseruationis indemnitatis.

Certum esse dicitur, quod Carolus olim Sigismundi de Vbertis de Florentia precibus, & mandatis Dominici Laurentij de Altouitis, et cum ipso Dominico principaliter, & in solidum se obligauit penes Berlinghierium Francisci de Berlinghierijs: & eidem Berlinghierio promiserunt, & quilibet eorum insolidum promisit florenos quingentos de moneta, prout de prædictis constare vidi publicum instrumentum manu ser Siluani notarij, & ciuis Florentini sub die vigesimo mensis Ianuarij proximi præteriti, cum pactis, promissionibus, obligationibus, & renuntiationibus, pœna, et alijs in dicto instrumento contentis, ad quod, & contenta in eo relatio habeatur, & quod re vera tota dictæ pecuniæ quantitas, vt ipse Dominicus aßeruit, & publice confeßus, & contentus fuit conuersa est in vtilitatem

dicti

dicti Dominici, & ad eius manus peruenit, & non dicti Caroli. Vnde hodie hac præsenti suprascripta die, idem Dominicus ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti per se, & suos hæredes, & omni meliori modo, via, iure, causa, & forma quibus magis, & melius potuit, volens agnoscere bonam fidem, & veritati locum esse, promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto Carolo præsenti, & pro se, & suis hæredibus recipienti, & stipulanti facere, & curare, & se facturum, & curaturum: Ita & taliter cum effectu omni iuris, & facti exceptione remota, quod dictus Carolus occasione dicti debiti, & promissionis per eum, vt supra factæ pro dicto Dominico penes dictum Berlinghierium nullum damnum incurret, aut incommodum aliquod modo aliquo patietur, nec aliqua lis, quæstio, controuersia, aut molestia eidem Carolo in futurum modo aliquo de iure, vel de facto, in iudicio, vel extra, personaliter, vel in bonis fiet, inferetur, vel mouebitur, occasione dicti instrumenti supra deducti: sed quod ipsum Carolum, & eius hæredes, & bona a dicta obligatione, promissione, & fideiussione, & omnibus in ea contentis conseruabit indemnem, & penitus sine damno. Quæ omnia, &c. Sequere, vt in alijs instrumentis: *Cum pœna, & sub refectione damnorum, &c.* Si vis potes apponere certum terminum, & erit melius.

Cessio iurium.

Certum esse dicitur, quod Cæsar olim Matthæi de Corsinis de Florentia fuit in veritate confessus, & contentus se mutuo, & ex causa mutui habuisse, &

recepisse ab Augustino Ioannis Gregorij ciue, & mercatore Florentino, florenos centum de moneta de lib. 7. pro floreno, quos florenos centum, dictus Caesar, vt principalis, & pro eo, & eius pracibus, & mandatis fideiussit, & fideiußor extitit penes dictum Augustinum Alexander Philippi de Florentia, & vterq; principaliter, & in solidum se obligando promiserunt, & solemni stipulatione conuenerunt eidem Augustino ibidem praesenti, & pro se, & suis haeredibus, & successoribus recipienti, & stipulanti dictos florenos centum similes dicto August. reddere, soluere, & restituere inde ad duos menses proxime futuros, prout praedicta, & alia plura ad praedicta facientia in effectu tamen praedicto, constare dixerunt partes infrascriptae per publicum instrumentum publice scriptum, rogatum, & publicatum manu ser Antonij ser Anastasij de Vespuccis ciuis, & notarij Florentini, sub die quintadecima mensis Octobris, anni domini 1480. Ad quod, & contenta in eo, dictae, et infrascriptae partes se retulerunt, & referunt: Vnde hodie hac praesenti infrascripta die, dictus Augustinus, vt verus creditor dictae quantitatis, et ante inscrascripti pretij solutionem, titulo, & causa venditionis dedit, cessit, & concessit, transtulit, & mandauit dicto Alexandro fideiussori praesenti, & pro se, & suis haeredibus, & successoribus, & cui, vel quibus iura sua concesserit recipienti, & stipulanti ius, & nomen dicti debiti, & seu crediti florenorum centum, & omnia, & singula alia iura, & nomina, & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, tacitas, & expressas, meras, & mixtas, ciuiles, & praetorias, anormalas,

las, & conuentionales, & quascunque alias, & omnia alia sibi Augustino quomodolibet competentia, & competitura, contra, & aduersus eundem Cæsarem principalem, & eius hæredes, & bona, vigore dicti mutui. Si vero fiat cessio alij, quam fideiussori, dicas, *Contra, & aduersus Cæsarem principalem, & Alexandrum fideiußorem suprascriptos, & quemlibet eorum in solidum, & in totum, & eorum hæredes, & bona nomine, & occasione dicti instrumenti mutui, de quo supra fit mentio. Constituens eundem Alexandrum cessionarium:* vel alium tertium si tertius esset: *procuratorem, & dominum, vt in rem suam: Ponensque eum in locum, & vniuersum ius suum. Ita quod admodo dictus Alexander suo nomine proprio dictis actionibus vtilibus, & directis, & alijs quibuscunque, possit sibique liceat vti, agere, vendicare, & experiri, excipere, replicare, prosequi, consequi, & se tueri, & eius, & iura sua in iudicium deducere, & dictam quantitatem florenorum centum petere, & exigere, & omnia, & singula alia facere, quæ, & quemadmodum, & prout facere poterat, posset, & potuißet dictus Augustinus ante præsentem contractum, & iurium cessionem, si, & quemadmodum præsens cessio, & venditio iurium facta non esset. Promittens, & conueniens dictus Augustinus dicto Alexandro, vt supra recipienti, & stipulanti, se fuisse, & eße verum, & legitimum creditorem dictæ quantitatis, per eum, vt supra cessæ, & se verum semper defendere creditorem, & dicta iura penes eundem Augustinum esse salua, integra, & illæsa, & nulli hactenus cessa affecta, vel*

 obligata,

obligata, & talia manutenere, & contra prædicta, vel eorum aliquod non dedisse, nec fecisse, nec dare, vel facere in futurum modo aliquo per se, vel alium, seu alios in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto. Et prædictam cessionem, & iurium venditionem, & omnia, & singula suprascripta fecit dictus Augustinus pro pretio, & nomine veri, & iusti pretij florenorum centum similium, quos florenos centum dictus Alexander in præsentia mei I. notarij infrascripti, & testium suprascriptorum dedit, soluit, & actualiter numerauit dicto Augustino præsenti, & ad se trahenti, & sic, & tantum esse confitenti, & de quibus vocauit se bene solutum, tacitum, & contentum. Quæ omnia, &c. Subdas, vt in alijs instrumentis vsque ad finem.

Cessio iurium facta possessori bonorum obligatorum, & molestatorum.

Certum esse dicitur, quod Nannes Stephani Caroli de Florentia ex parte vna, & D. Chat. filia olim Iuliani de Tanaglis de Florentia ex parte alia: Iam sunt anni vigintiquinque, vel circa proxime elapsi, inter se, ad inuicem, & vicissim matrimonium legitime contraxerunt, & carnali copula consumauerunt: & quod postea, & de anno Dominicæ Incarnationis 1452. & mense Decembris dicti anni, seu alio veriori tempore, dictus Nannes vir dictę D. Chatarinæ cum licentia, consensu, verbo, & auctoritate dicti Stephani eius patris ibidem præsentis, & eidem Nanni eius filio consentientis, & licentiam, & consensum dantis, & præstantis, ac etiam dictus Stephanus

nus fuerunt confeſſi, & contenti ſe habuiße, & recepiſſe in dotem pro dote, & dotis nomine dictæ D. Cha. vxoris dicti Nannis inter denarios, & res mobiles communi concordia æſtimatas inter dictas partes florenos mille auri monetæ de lib. 7. pro floreno: Quapropter fecerunt eidem D. C. donationem propter nuptias de libris quinquaginta Florentinorum paruorum ſecundum formam ſtatutorum, & ordinamentorum communis Florentię, & promiſerunt quilibet eorum in ſolidum, & in totum ſe obligando vnica tamen ſolutione ſufficiente eidem dominæ licet abſenti tunc, & notario inde rogato, vt publicæ perſonę pro dicta domina, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus, & cui, vel quibus iura ſua conceßerit, recipienti, & ſtipulanti dictas dotem, & donationem propter nuptias eidem D. & eius hæredibus, & ſucceſſoribus reddere, ſoluere, & reſtituere in omnem caſum, & euentum dictæ dotis reddendæ, & donationis ſoluendæ conſtante matrimonio, vel ſoluto, cum pacto dotali, præcepto guarantigiæ, obligatione, renuntiatione, pœna, & alijs de quibus, & prout plenius, & latius conſtare vidi in inſtrumento publico confeſſionis dotis dictæ D. Cha. publice ſcripto, rogato, & publicato manu ſer Nicolai ſer Antonij de Romena, ad quod, & contenta in eo dictæ, & infraſcriptæ partes ſe retulerunt, & referunt. Et quod poſtea, & iam ſunt duo anni, vel circa dictus Nannes mortuus eſt, & deceſſit relictis poſt ſe dicta D. Chat. eius vxore legitima, & quibuſdam eorum communibus filijs. Et quod per mortem naturalem dicti Nannis euenit, & extitit caſus dictæ dotis reſtituendæ. Et quod poſtea, & de præ-

senti anno Domini millesimo trigentesimo octuagesimo tertio, & de mense Septembris proxime præteriti dicta domina Chaterina per medium sui legitimi procuratoris, vigore, & pro consecutione dictarum suarum dotium in curia D. iudicis causarum ciuilium quarteiorum Sancti Spiritus, & Sanctæ Crucis ciuitatis Florentiæ meruit habere, & habuit tenutam, & corporalem possessionem ex primo decreto infrascriptorum bonorum infra, & in relatione immissionis in tenutam in actis dicti iudicis, & curiæ, facta hoc modo contentorum, & confinatorum. Vnum podere, &c. Ponas bona, & confines: *tanquam bona, & de bonis, & super bonis dictorum olim Nannis, & Stephani obligatis, & hypothecatis dictæ D. Chat. vigore suorum dotium, & seu executionem, & immissionem patientibus, quæ quidem bona dictus Nannes ante eius mortem post tamen dictam confessatam dotem vendiderat infrascripto Simoni Ioannis Simonis de Filodelfis: & quæ bona per dictum Simonem hodie tenentur, & possidentur, & fuerunt facta præcepta de disgumbrando dicta bona dicto Simoni, & eius vxori, filijs, & familiæ: Et quod dictus Simon in termino dictorum præceptorum coram dicto iudice, & in curia comparuit, & volens euitare sumptus, & expensas litium, ac se, & dicta bona liberare a dicta pronuntiatione tenutæ, & immisione in tenutam prædictam ex primo decreto, & a dictis præceptis de disgumbrando, & impetrare iure dictæ D. Chat. obtulit in iudicio, & coram dicto iudice, & curiæ se soluturum dictæ dominæ Chat. dictam eius dotem, & quantitatem dotis, & expensas legitimas*

in dicta causa factas. Dummodo dicta D. Chat. eidem Simoni cedat iura dotis suæ prædictæ, & promittat dicta iura integra, & illæsa apud se eße, & habere, & dicta iura alteri non cessiße, & ex tunc ad mandata dicti iudicis deposuit, & dimisit penes Franciscum de Bagnesis ciuem, & campsorem Florentinum, & socios de Florentia dictos florenos mille, pro solutione, & satisfactione dictæ dotis dictæ D. Chat. & florenos quinque auri largos pro dictis expensis, & si plus, vel minus erunt, vel taxabuntur, debeat rehabere, & restituere pro rata dictus Simon. Quem Franciscum dictus D. Iudex elegit pro idoneo depositario ad prædicta, eidemque Francisco mandauit quatenus dictum depositum saluet, & custodiat, & nemini det sine licentia dicti iudicis, & curiæ, & dicti Simonis, præter quam dictæ dominæ Chat. si cesserit dicta iura, & alia fecerit pro parte sua, de quibus supra sit mentio, & ad quæ tenetur de iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ: prout prædicta, & alia plura ad prædicta facientia sic, vel aliter in effectu tamen præ dicto plenius, & latius constare dixerunt in actis, & per acta dicti iudicis, & curiæ, & communis Florentiæ. Ad quæ omnia, & contenta in eis relatio habeatur. Vnde hodie hac præsenti suprascripta die, dicta domina Chaterina faciens infrascrita omnia, & singula in præsentia, & cum consensu, verbo, licentia, auctoritate, & decreto Dominorum Proconsulis, & Consulum Artis Iudicum, & Notariorum ciuitatis Florentiæ, in eorum audientia in sufficienti numero congregatorum, pro tribu-

nali sedentium, & dictæ D. Chat. in omnibus, & singulis supra, & infrascriptis consentientium, & authoritatem, & decretum interponentium. Certificata primo, & ante omnia per me L. notarium ante dictum, & infrascriptum de iuribus suis, & de beneficio Velleiani Senatus consulti, & de importantia præsentis contractus, & instrumenti, & quid agebat, & quid contrahebat, & quid, & quantum sibi præiudicare poterat, de quibus omnibus dixit, & asseruit se bene certioratam, & claram esse: deliberate, & ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & omni meliori modo, via, iure, & forma quibus magis, & melius potuit, & potest, & eidem licuit, & licet pro pretio infrascripto, & ante infrascripti pretij solutionem, dedit, cessit, transtulit, & mandauit dicto Simoni.

Sequere, vt supra in precedenti instrumento, sed facias pretium solui a depositario de consensu Simonis, vt supra, & subdas postea, vt in alijs instrumentis vbi interueniunt mulieres.

Finis generalis.

Petrus olim Ladislai de Fiorauantibus ciuis Florentinus, & de populo Sancti Ambrosij de Florentia, non vi, dolo, vel metu, seu aliqua alia machinatione circumuentus, sed ex eius certa scientia, & libera voluntate, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, fecit generalem finem, quietationem, & refutationem, liberationem, remissionem, absolutionem, & pactum perpetuum de vlterius non petendo Miniati olim Francisci Bernardi de Tizoncinis

nis ciui Florentino ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti, & stipulanti, et generalem finem, & liberationem in omnibus, & per omnia petenti, de omni, & toto eo, & omni iure, & actione, debito, obligatione, & contractu, & de omnib. & singulis ad quæ dictus Miniates dicto Petro hactenus quomodolibet tenebatur, seu teneri poterat, vel in futurum poßet, vel obligatus esset quacunque de causa quomodolibet dicenda, vel excogitanda, cum scriptura, vel sine, publica, vel priuata, pure, in diem, vel sub conditione vsque in præsentem diem: Et hanc finem ideo fecit dictus Petrus, quia sibi a dicto Miniate integre solutum, & satisfactum eße aßeruit, & affirmauit de omni, & toto eo, & de omnibus, & singulis his ad, & ad quæ, dictus Miniates quomodocunque tenebatur, & obligatus erat eidem Petro, & de quibus omnibus vocauit se bene solutum & satisfactum, tacitum, & contentum exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renuntians. Quam finem voluit extendi, intelligi, & habere locum etiam ad incognita, & non cogitata, & penitus non intellecta.

Non apponas hanc clausulam, nisi de consensu partium.

Liberans, & absoluens dictus Petrus dictum Miniatum per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem subsequentem legitime interpositam. Quam finem, & omnia, & singula suprascrita, &c. Vt in alijs instrumentis vsque ad extremum.

Finis particularis.

Petrus, &c. vt supra. *publice confessus fuit habuisse,*

buiſse, & recepiſse in pecunia numerata in pluribus vicibus a Miniate, &c. ibidem præſente, & pro ſe, & ſuis hæredibus recipiente, & ſtipulante ſummam florenorum noningentorum de moneta de lib. 7. pro floreno, quos dictus Miniates dare, & ſoluere tenebatur dicto Petro ex cauſa mutui. Ponas cauſam: *Ex publico documento inde rogato, & ſcripto per ſer Simonem olim Graziani de Staggia notarium, & ciuem Florentinum, ſub ſuo tempore, & de omnibus & ſingulis in dicto inſtrumento contentis, de quibus vocauit ſe bene ſolutum, tacitum, & contentum, exceptioni non numeratæ pecunię omnino renuntians. Quam finem, & omnia, & ſingula, ſupraſcripta promiſit dictus Petrus eidem Miniati ibidem, vt ſupra præſenri, recipienti, & ſtipulanti perpetuo firma, & rata, & grata habere, &c.* Sequere, vt ſupra in alijs inſtrumentis.

Diuiſio.

Angelus quondam Laurentij de Amideis, per ſe, & ſuos hæredes ex parte vna, & Ioannes frater carnalis dicti Angeli filius dicti quondam Laurentij ex parte alia, deuenire volentes ad diuiſionem infraſcriptorum bonorum, & rerum, quæ, & quas inter ſe dixerunt habere communes, omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, & eis licuit, & licet ad infraſcriptum contractum, promiſſionem, obligationem, & pactum diuiſionis titulo concorditer peruenerunt, videlicet. Nam dę dictis omnibus, & ſingulis infraſcriptis bonis, rebus, & iuribus communi concordia fecerunt, & conſtituerunt duas partes, hoc modo, videlicet, quia in

vna,

vna, & prima parte posuerunt, & designauerunt infrascripta bona, videlicet: In primis: Vnam domum, &c. Ponas confines. *Item duas vegetes.* Describas bona mobilia, massaritias, & credita. *Quam quidem suprascriptam primam partem, & bona in ea descritpta dederunt, & assignauerunt, & pertinere voluerunt, & conuenerunt dicto, & ad dictum Angelum præsentem, & eam, & ea de præsentia, consensu, & voluntate dicti Ioannis recipientem, & acceptantem, & de eis pro sua parte, & portione se bene contentum, & tacitum vocantem, & confitentem. In alia vero, & pro alia secunda parte posuerunt, & designauerunt infrascripta bona, videlicet: Vnum podere, &c. Item vnum lectum, &c.*

Describas massaritias, credita, & alia bona im mobilia.

Et hanc secundam partem, & bona in ea descripta de ipsorum communi concordia dederunt, & assignauerunt, & pertinere voluerunt, & conuenerunt dicto, & ad dictum Ioannem præsentem, & eam, & ea de præsentia, consensu, & voluntate dicti Angeli recipientem, & acceptem, & de eis pro sua parte, & portione se bene contentum, & tacitum vocantem, & confitentem. Salua adiunctione de qua inferius. Hoc tamen inter eos acto, & per pactum expreßum solemni stipulatione vallatum, quod quia pars d. Angeli, & quæ ad d. Angelũ peruenit est maioris valoris, & æstimationis portione d. Ioannis: Ideo d. Angelus, promisit, & solemni stipulatione conuenit eidem Io. ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus stipulanti, & recipienti, dare, & soluere flor. 50. demo-

de moneta, dicto Ioanni, & eius hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus iura sua concesserit coæquatione dictæ suæ portionis hinc ad sex menses proxime futuros.

Apponantur clausulæ reciprocæ constituti constitutionis, procuratoris, cessionis iurium, & defensionis.

Quapropter dictus Angelus titulo, & ex causa diuisionis prædictæ, dedit, cessit, atque concessit transtulit, & mandauit, atq; remisit pro tuitione bonorum, & ad effectum etiam agendi, casu quo opus esset eidem Ioanni, vt supra recipenti, & stipulanti omnia iura, & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, meras, & mixtas, tacitas, & expressas, ciuiles, vel prætorias, anormalas, & conuentionales, & quascunque alias, quas, & quæ dictus Angelus habet, vel habere potest, & seu posset quomodolibet in futurum, in dictis, pro dictis, & super dictis bonis eidem Ioanni obuentis contra, & aduersus quascunque personas quomodocunque ad prædicta obligatos tam principales, quam fideiussores, & occasione ipsorum bonorum. Ponens ipsum in locum, & vniuersum ius suum. Et constituens eum procuratorem, vt in rem suam. Ita quod deinceps dictus Ioannes suo nomine proprio vtiliter, & directe dictis, & pro dictis bonis sibi obuentis in parte possit agere, petere, & causari, & experiri, excipere, & replicare, prosequi, consequi, & se, & directa bona tueri, & omnia, & singula alia facere, & exercere, quæ quilibet verus dominus de re sua propria facere, gerere, & exercere potest. Et quæ dictus Angelus facere poterat ante

te præsentem contractum diuisionis. Promittens, & conueniens eidem Ioanni, quod de prædictis bonis & rebus sibi obuentis nemini ius dedit, cessit, vel concessit, quod si contrarium appareret, ipsum ius pro eo requirere, & ipsum Ioannem, & eius hæredes, & bona indemnem, indemnes, & indemnia, & penitus sine damno conseruare. Et promisit eidem Ioanni possessionem dictorum bonorum, & rerum sibi Ioanni obuentarum, eidem Ioanni dare, & tradere vacuam, liberã, & expeditam, & ab omni onere debitorum dotium, & seruitutum exoneratam. Quam accipiendi intrandi, & deinceps retinendi etiam sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ eidem licentiam omnimodam dedit. Quas res, & bona dicto Ioanni obuentas ex nunc dictus Angelus constituit se pro dicto Ioanne tenere, & possidere, donec, & quousque dictorum bonorum, & rerum dictus Ioannes possessionem acceperit corporalem. Et de prædictis rebus, & bonis dicto Ioanni obuentis promisit, & solemni stipulatione conuenit dictus Angelus eidem Ioãni de cetero modo aliquo litem aliquam, vel controuersiam, causam, quæstionem, vel nouitatẽ non inferre, facere, vel mouere per se, vel alium in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto. Sed imo dictas res, & bona legitime ab omni homnine, persona, loco, communi, collegio, societate, & vniuersitate defendere, auctorizare, & disbrigare in iudicio, & extra, de iure, & de facto, pro rata expensarum concurrendo, & pariter ad refectionem iusti interesse, & in se iudicium, & causam suscipere pro rata sua, vt dictum est statim lite mota, & intelligatur lis mota per vnicam,

& sim-

& simplicem citationem, ius denuntiandi eidem pacto remittens, & hęc omnia suprascripta fecit eidem Ioanni dictus Angelus, quia ex aduerso dictus Ioannes titulo, & causa diuisionis prædictæ eodem modo fecit finem quietationem, liberationem, &c.

Sequendo in omnibus, & per omnia in persona Ioannis, sicut supra in persona Angeli: Deinde ponas clausulas generales cum pœnis, obligationibus, & renuntiationibus, & alijs, vt supra in alijs instrumentis. Similes diuisiones, vt plurimum fiunt per viam compromissi, & laudi, vt infra in laudo videbis.

Dilatio ad soluendum.

Certum esse dicitur, quod Bartholomeus olim Gherardi de Gherardis ciuis Florentinus, confessus fuit se realiter habuisse ab Amerigo Francisci de Opizis de Lucca, ex causa veri, & gratuiti mutui florenos mille de moneta de libris septem pro floreno, quos florenos mille dictus Bartholomeus promisit, & solemni stipulatione conuenit restituere dicto Amerigo ibidem tunc præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus recipienti, & stipulanti inde ad vnum annum tunc proxime futurum, prout de dicto instrumento mutui plenius, & latius constare dixerunt publicum instrumentum manu ser Bartholomei Laurentij Iacobi de Adamis ciuis, & notarij publici Florentini, de anno Domini proxime præterito 1470. & die vigesimo mensis Aprilis dicti anni, seu alio veriori tempore. Ad quod, & contenta in eo dictæ partes

tes

tes se retulerunt, & referunt. Vnde hodie hac presenti suprascripta die, dictus Amerigus, coram me notario infrascripto, & testibus suprascriptis, volens, & intendens prorogare dictum tempus omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit ex certa scientia, & nō per errorem aliquem iuris, vel facti fecit dilationem, & prorogauit dicto Bartholomeo ibidem præsenti stipulanti, & acceptanti dictum tempus, & terminum vnius anni in dicto instrumento mutui appositum ad solutionem faciendam, per duos annos proxime immediate sequentes, ab hac die. Reliqua autem omnia, & singula in dicto instrumento mutui contenta, & apposita communi consensu confirmauerunt, & forma remanere voluerunt. Asserentes dicti Bartholomeus, & Amerigus, & quilibet eorum ad hoc maxime cōuenisse animo prorogandi dictum tempus, & terminum solutionis, de quo supra ita vt ab ipso instrumento mutui in hac solum, & dumtaxat parte temporis intelligatur esse, et sit recessum. Quæ oīa, etc. Vt in alijs instrumentis.

Soccida.

Annibal olim Sigismundi de Patritijs de Bibiena, fuit contentus, & confessus se habuisse, & recepisse ad soccidam, & nomine soccide a Philippo Ioannis Bonsignoris ciue, & mercatore Florentino quadringentas oues, quas idem Annibal promisit, & solemni stipulatione cōuenit hinc ad tres annos proxime futuros tenere, & ipsas, & quamlibet earum, durāte dicto tēpore, pasci, & nutrire facere, gubernare, saluare, & custodire

custodire ad vsum boni, & legalis socci, & si perirent, vel aliqua earum periret sua mala custodia, vel eius delicto promisit, & solemni stipulatione conuenit eidem Phi. de suo proprio restituere valorem, & æstimationem dictarum ouium, quę sic perirent. Si vero morte naturali, vel aliquo casu fortuito eas, vel aliquam earum perire contigerit (quod Deus auertat) eidem Phi. assignare promisit pelles, cornua, et carnes dictarum ouium, & cuiuslibet earum, qua sic perirent: Ac etiam eidem reddere medietatom æstimationis, & valoris ouium prædictarum sic, vt supra naturaliter, vel casu fortuito respectiue mortuarum. Et ipsam mortem, & seu mortes sibi denuntiare infra octo dies proxime futuros a die mortis huiusmodi ouium, & omnes fructus, & fetus ipsarum, & cuiuslibet ipsarum, & ipsos, & ipsas in fine dicti triennij sibi partiri; & ęqualiter communicare, & mittere sibi electionem sine aliquo vitio, dolo fraude, machinatione, vel circumuentione: Reseruato tamen semper ex pacto in præsenti contractu, apposito, & solemni stipulatione vallato inter ipsos contrahentes eidem Philippo, & eius hæredibus, & successoribus, dominio, proprietate, possessione, & manutentione dictarum ouium, & fructuum, & fætus ipsarum, & cuiuslibet earum, ita quod admodo possit, & sibi liceat, ipsas, & quamlibet earum libere, & sua propria auctoritate, & sine licētia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ in quocunq; loco capere, apprehendere, & sibi retinere, donec, & quousq; sibi de prædictis fuerit integre satisfactū. Quæ omnia, etc.
Vt supra in alijs instrumentis.

Soccida

Soccida ad saluum capitale.

Paulus olim Ioannis de Sprocho de Vichio Mugelli comitatus Florentiæ, locauit, & concessit in soccidam ad saluum capitale Antonio Bartoli de Tarchis laboratori terrarum præsenti, & pro se, & suis hæredibus conducenti vnam vaccam pili bigi, & cornaturæ leuatæ, cum vno vitulo anniculo, æstimatam communi concordia inter eos vna cum dicto vitulo libris quadraginta Florentinorum paruorum, pro tempore, & termino quinque annorum proxime futurorum: promittens, & conueniens dictus Ant. eidem Paulo ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus recipienti, & stipulanti dictam vaccam, & vitulum. & fructus, & fætus, quos Deus ex eis dederit a dicto Paulo, & pro dicto Paulo, & eius hæredibus semper tenere, recognoscere, & confiteri pro dicta æstimatione, & dictam vaccam, & vitulum, & eius fructus, & fætus, bene, & diligenter, & cum omni exacta, & exactissima diligentia, & sollicitudine custodire, saluare, pascere, atque nutrire omnibus suis sumptibus, laboribus, & expensis, & fructibus, & fætus quos Deus ex dicta vacca primo dederit eidem Paulo dare, & cosignare, donec, & quousque eidem Paulo fuerit integre solutum, & satisfactum de dicta æstimatione: & postquam dicto Paulo de primis fructibus, & fætibus dictæ vaccæ, & vituli fuerit de dicta æstimatione integre solutum, & satisfactum, omnes fructus, qui ab inde supra sequerentur ex dicta vacca, & vitulo, vel suis fætibus inter eos æque medij diuidantur. Hoc inter eos acto, & per pactum expresse apposito in præsenti contractu, & solemni sti

N pulatione

pulatione vallato, quod si ipsa vacca, & vitulus, vel eius, & eorum fructus, & fœtus dicti Antonij, vel suæ familiæ, vel nuntij, siue famuli dolo, aut mala custodia, & culpa leui, vel leuissima perirent, aut deuastarentur, dictus Antonius eidem Paulo, & eius hæredibus, dictum pretium æstimationis integraliter, & in totum restituere teneatur cum omni damno, & intereße, & sic restituere promisit dictus Antonius dicto Paulo, vt supra præsenti, recipienti, & stipulanti: Sed si diuino iudicio, aut fortuito casu periret, tunc dictum damnum communiter supportetur a dictis partibus. Istud est contra bonos mores. *Et ex aduerso, dictus Paulus promisit, & solemni stipulatione conuenit eidem Ant. ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & succeßoribus recipienti, & stipulanti dictam vaccam, & vitulum, & fœtus, quos Deus dederit eidem Ant. ab omni homine, persona, loco, communi, collegio, societate, & vniuersitate legitime, & de iure, defendere, auctorizare, & disbrigare, & modis omnibus expedire: Reseruato nihilominus in se dominio, & proprietate dictæ vaccæ, & vituli, & fœtus eorundem, ita quod posit eam, & eas a posidente quomodolibet vendicare: Quæ omnia, &c.* Vt in alijs instrumentis.

Creatio tabellionis.

Licet imperialis excellentia maiestatis supra om̃ium temporalium speculum constituta populos fide Christianitatis imbutos suo salutifero, iusto, & æquo intuitu regat, & dirigat vniuersos, tamen quia illa gloriosa persona, quæ imperio imminet, semper, & vbique non potest varijs exigentibus negotiorum meritis

vitis exhibere, ac tradere se præsentem, præsertim cum aliquando contingat, quod eadem de medio diuino iudicio subtracta mundus caret: Idcirco expedit, vt princeps Romanus suæ potestatis, & iurisdictionis, honores, & priuilegia inter proceres suos, aliosque insignes, & egregios viros imperij fideles dignitatibus, & rescriptis Cæsareis decoret, & partiatur, qui vice sua fidelibus imperij munera concedant gratiosa: Hinc est, quod olim felicis recordationis Serenissimus Princeps, & D. D. Carolus quartus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, & semper Augustus, & Boæmiæ rex: Magnifico Equiti domino Aloysio de Guicciardinis ciui Florentino, Sacri Lateranensis palatij comiti suo, & imperij sacri fideli consiliario suo dilecto, de sui promotionis gratia, & fauoris beneuolentia, gratiam fecerit spetialem: sibique domino Aloysio: ipsiusque domini Aloysij filijs, & hæredibus, & successoribus, ac ab eo masculino sexu legitime descendentibus imperiali auctoritate, & ex certa scientia de imperatoriæ maiestatis liberalitate dederit, & concesserit potestatem, vbique locorum, atque per totum Romanum sacrum imperium creandi tabelliones, notarios, & iudices, & alia faciendi, de quibus latius, & plenius in priuilegio dicti Serenissimi Principis. & D. D. Caroli prædicti ipsius imperiali, ac regali bulla cerea præmunito: & dicto domino Aloysio, & alijs prædictis concessit per me L. notarium infrascriptum, visis, & lectis, & diligenter inspectis, in anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, decimo Kal. Maij. Boæmiæ cõtinetur. Vnde hodie præfatus

magnificus Eques D. Aloysius comes Palatinus suprascriptus, ex auctoritate, potestate, licentia, atque gratia eidem, vt prafertur per dictum serenissimum Principem, & D.D. Carolum indulta in dicto, & per dictum priuilegium, intellecta, expositione, petitione, & supplicatione coram eo facta per Franciscum olim Dominici de Lanfranchis ciuem Florentinum, flexis genibus existentem, ac supplicantem, qui humiliter postulat, quatenus ipsum Franciscum personam publicam, & authenticum tabellionem, ex imperiali qua fungitur auctoritate dignaretur promouere, & creare. Quapropter idem D. Aloysius comes præfatus attendens ipsum Franciscum literarum scientia, ac morum honestate fulgere, & in arte notariæ competenter instructum: Votis, & supplicationibus dicti Fran. tanquam iustis fauorabiliter annuens, omnibus consideratis, quæ consideranda fuerunt, & consideratione diligenti præhabita: Christi, & eius matris Virginis Mariæ nominibus innocatis: Ad decus, & honorem sacri Romani imperij ipsum Fran. præsentem, & vt præmittitur flexis genibus petentem, & suscipientem publicum, & authenticum notarium, & tabellionem creauit, & fecit, de arte, & officio tabellionatus publice operando, tam in instrumentis, & vltimis voluntatibus, & quibuscunque iudicialibus actibus authentice conscribendis, quam omnibus, & singulis alys faciendis quomodolibet pertinentibus, & spectantibus ad officium authenticum tabellionatus, per omnes terras, & loca, quæ Romanum confitentur imperium, per dationem anuli aurei, & alapam subsequentem perpetuę recordationis gratia, legitime

me inuestiuit. Concedens insuper, atque dans eidem Fran. licentiam, & auctoritatem, quod de cætero vbilibet, & maxime in locis prædictis, & quolibet eorũ possit, & valeat dictum officium fideliter exercere, & instrumenta conficere. Qui Fran. ipsi magnifico Equiti D. Aloysio comiti prędicto nomen dicti sacri Romani imperij repræsentanti, corporaliter præstans iusiurandum iuramento promisit, quod instrumenta quæcunque tam publica, quam priuata, & vltimas voluntates, & quæcunq; iudiciorum acta, & omnia, & singula, quæ sibi ex debito sui officij facienda, & scribenda occurrent, iuste, pure, ac fideliter, omni fraude, ac machinatione, falsitate, & dolo remotis scribet, & faciet, ac scripturas illas quas in publicam formam debebit redigere, fideliter conscribet: Necnon sententias, & dicta testium, vltimasq; voluntates, & cuncta alia in secreto teneri exigentia, donec legitime publica fuerint, & aperta sub secreto fideliter retinebit, & omnia alia, quæ ad idem officium pertinere dignoscuntur, diligenter obseruabit: & insuper iuramento præstito, vt supra, idem F. promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto D. Aloysio recipienti pro dicto Romano imperio, ac pro seipso, & suis consortibus, & descendentibus per lineam masculinam, non esse vllo vnquam tempore in futurum in tractatu, consensu, verbo, vel opere, & nihil dicere, facere, vel attendere statui, & honoribus dicti Romani Principis, & dicti comitis præiudicaturum, vel damnosum. Sed si quid senserit quanto citius poterit reuelabit, seque perpetuo esse fidelem, & deuotum dicto Romano imperio, & dicto comiti, &

eius successoribus; sub pœna, & ad pœnam florenorum mille auri in auro, quam pœnam si contrafecit, vel venerit, dare, & soluere promisit dicto D. Aloysio recipienti pro dicto Romano imperio pro vna dimidia, & ipsi D. Aloysio recipienti pro se, & suis hæredibus, & successoribus pro alia dimidia, pro quibus omnibus, & singulis, &c. In quorum omnium testimonium idem D. Aloysius comes Palatinus præfatus mandauit per me I. notarium infrascriptum hoc publicum de prædictis confici instrumentum, & tam sui, quam suorum consortium soliti sigilli muniminе roborari.

Legitimatio bastardi.

Imperialis excellentia maiestatis, qui super omniũ temporalium culmine diademate fulget, ne offuscationis ingratitudine nigraretur, & ne lati beneficij ratio declaretur, alias præmiorum benemeritis extendēs in magnificum virum Iacobum de Guicciardinis sacri Lateranensis palatij comitem, & eius hæredes, & successores masculini sexus ab eo in perpetuum descendentes, qui eidem imperiali celsitudini fidelis, & deuotus a longæuis temporibus suis dignis, immo dignissimis seruitijs, & gratis honoribus, & obsequijs, in omnibus placere studuit, & placuit, plenam, & amplam dignitatem, & gratiam per secula seculorum infudit legitimandi spurios, & bastardos, incestuosos, & naturales, & manseres. & eos, & quemlibet eorum faciendi legitimos, & alia plura magnalia, quæ in suis authenticis priuilegijs digne a sacro Romano imperio, & Sereniss. Principe, & D. D. Henrico sexto diuina fauente clementia Romanorum imperatore,

peratore,& semper Augusto,ac Boemiæ rege concessis, de quibus latius,& plenius in priuilegio, & rescripto d. Serenissimi Principis,& D.D. Henrici ipsius regali bulla præmunito, dictis Iacobo,& eius hæredibus,& successoribus concesso, de mense,& anno, &c. sub dato Paduæ, & per me L. notariũ infrascriptum viso,& lecto seriosius continentur.

Nonnulli inserunt priuilegiũ de verbo ad verbum, & vtuntur alio procœmio simili suprascripto de creatione notariorum : tu eligas quod placet.

Quare coram magnifico Petro filio legitimo,& naturali dicti Iacobi, ex legitimo matrimonio procreato comite Palatino pro tribunali sedente in loco prædicto,& gerente in hac parte vices imperatoriæ maiestatis, secundum formam prædictorum priuilegiorum, personaliter constituto genibus flexis, Francisco filio naturali Sigismundi de Circulis de Floren. ætatis quindecim annorum, & vltra ex illegitimo coitu genito, & nato ex dicto Sigismundo eius patre soluto, & ex Lena de Albania matre dicti Francisci tempore conceptionis, & ortus dicti Francisci, a sacris ordinibus, & matrimonio soluta, cum omni debita reuerentia. Exposuit dictus Sigismundus pater dicti Francisci eidem Petro præsenti, audienti, & intelligenti dictum Fran. eius filium non fuisse, nec esse legitimum, nec de legitimo matrimonio natum, sed penitus naturalem : Supplicans cum prædicta reuerentia eidem Petro comiti Palatino habenti priuilegium, de quo supra, vt Cæsarea auctoritate qua fungitur, dignaretur d. Fran. filium ipsius Sigismundi, & dominæ Lenæ, qui non peccauit, licet fuerit in peccato

conceptus, amore Dei, intuitu gratiæ, & misericordiæ, de speciali gratia legitimare, & filium legitimum facere, & constituere, & iuri naturali primæuo, ac natalibus primis in omnibus, & per omnia restituere, quo, & quibus non erant distincti coitus, sed omnes legitime nascebantur, ac ipsum Franciscum habilitare, quod quo ad omnes actus legitimos, & honores de cætero admittatur, & possit ipsis de cætero vti, & facere, & exercere tanquam legitimus, ex pleno priuilegio legitimatus, & omnibus actis publicis, & priuatis superesse; & ea solemniter exercere, & vt admittatur, & admitti debeat pleno iure ad successionem ipsius sui naturalis patris, etiam si dictus Franciscus aliter non posset probare se fore eius filium. Quem Franciscum dictus Sigismundus pater ex nunc coram dicto magnifico viro Petro comite Palatino prædicto, & me notario, & testibus suprascriptis, & præsente, & audiente dicto Francisco in figura iudicij constitutus, fuit confessus dictum Franciscum esse suum filium ex illicito coitu procreatum, & optare ipsum habilitari ad successionem ipsius sui patris, & omnium aliorum superiorum suorum ascendentium, & consanguineorum, agnatorum, & cognatorum suorum ex testamento, & ab intestato, & ex qualibet alia vltima voluntate, & quolibet alio modo, & iure. Et ad omnia alia, & singula ad quæ idem Petrus comes Palatinus Cæsarea auctoritate præfata, eundem Franciscum habilitare potest, & ei cedere potestatem in prædictis, & circa prædicta. Qui D. Petrus comes Palatinus præfatus, petitione, & supplicatione dicti Sigismundi audita: Considerans illegitime genitos,

tos, quos morum decorat honestas, naturæ vitium minime decolorat, quia decus virtutum genituræ maculam abstergit in filijs, & pudicitia morum pudor originis aboletur: Cum itaque sic exhibita coram eo, vt supra petitio per d. Sigismundum continebat dictus Franciscus, qui defectum natalium patitur de dicto Sigismundo genitus, & de dicta Lena soluta, defectum huiusmodi vitæ, ac morum honestate, alijsque multiplicum probitatis, & virtutum meritis recompensās, redimens fauore virtutum, quod in eo ortus odiosus ademit: Considerans insuper donum sibi concessum non esse occultandum, sed potius propalandum: Aduertens etiam quod fragilis naturæ conditio est, & prona ad peccandum, nisi diuina gratia suo succurrat suffragio ineffabili, & quod dictus Franciscus non peccauit licet conceptus fuerit in peccato: Et quod peccatum parentum filij portare non debent, nec eis nocere: Credens insuper, quod dictus Franciscus non erit paternę incontinentiæ imitator, sed in quantum poterit bene viuere procurabit, vitia euitabit, & virtutes amabit, vt hactenus fecit: De clementia, ac misericordia potentissimæ, sacratissimæ, ac indiuiduæ Trinitatis, ac Cæsarea auctoritate præfata plene confiscus, præcibus, & petitioni dictorum Fran. & Sigismundi benigne, ac gratiose complacuit: Et inuocato nomine domini nostri Iesu Christi, & laudem, & honorem sacrosancti Romani imperij: Consideratis omnibus circunstantijs circa personam dicti Fran. & diligenti deliberatione præmissa: Idem Petrus comes Palatinus imperiali auctoritate, qua fungitur, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis,

& me-

& melius potuit, & potest, & idem licuit, & licet eundem Fran. natum ex dicto Sigismundo, & ex d. domina Lena solutis tempore conceptionis, & ortus dicti Francisci, & coram eo genuflexum instanter, & deuote petentem, & supplicantem, volentem, & confitentem, & ibidem se naturalem tamen, & ex illicito coitu natum confitentem, legitimauit, & legitimum fecit, et esse concessit, voluit, & decreuit, statuit, & ordinauit, & iuri naturali primæuo, & ad omnia iura legitima, & natalibus antiquis restituit, quo, & quibus omnes homines erant æquales, & legitimi, nec coitus erant distincti: Ipsumque Franciscum habilitauit, & omnem ab eo abstulit maculam geniture: Et vt legitimum, & de legitimo matrimonio natum ab initio habilitauit, & tanquam de legitimo thoro, & ex legitimis nuptijs procreatum, ad omnes actus publicos, & ciuiles, & ad omnes dignitates, officia, & beneficia, tam ecclesiastica, quam secularia, & tam publica, quam priuata admitti voluit, & mandauit: Et in cunctis alijs suam voluit prosequi actionem obiectu illegitimæ prolis in posterum penitus quiescente: Et ita præcipue quod succedat, & succedere possit iure plenissimo in bonis paternis, & dicto suo patri proprijs, & feudalibus acquisitis, & acquirendis ex testamento, & ab intestato, & quocunque alio modo, successione, vel iure agnatis, & cognatis parentum suorum in quouis gradu constitutis, & alijs quibuscunque penitus prohibitis, & exclusis. Et quod agnatus, & cognatus efficiatur reciproce: Ipsiq; sibi: Et insuper quod succedat, & succedere possit, & admittatur ad successionem, & hæreditatem omnium, & quorumcunque

aliorum

aliorum superiorum, & inferiorum suorum ascendentium, & descendentium, & transuersalium, fratrum, consobrinorum, & omnium consanguineorum, agnatorum, cognatorum, attinentium, & propinquorum suorum ex testamento, & ab intestato, & qualibet alia vltima voluntate, ratione, & iure: & omnia alia sibi pertinentia, & spectantia ex quacunque successione, & hæreditate, & ex testamento, vel ab intestato petere, habere, exigere, & recipere possit, & a quolibet vendicare in iudicio, & extra, ipsaq; tenere, & possidere tãquam legitimus, & legitimatus: Et possit, et valeat honores, iura, & iurisdictiones sui patris, aui, proaui, atavi, collateralium, consanguineorũ, attinentium, propinquorum, & aliorum antecessorum suorum totaliter acceptare, & recipere, & ea petere, exigere, vendicare, acquirere pleno iure, procreatione, natiuitate, naturalitate, & conditione ipsius Francisci in prædictis, & circa prædicta sibi in aliquo non obstante, & præiudicium faciente: Non obstantibus in prædictis, vel aliquo prædictorum, quod scriptum est in aliqua lege illa potissime, quæ legitimari spureos, & naturales, nothos, & incestuosos, manseres, seu adulterinos nisi ex certa scientia non permittit: Ac alijs quibuscunq; legibus, iuribus, constitutionibus, vel statutis, seu consuetudinibus aduersantibus supradictis, vel alicui præmissorum. Et specialiter non obstet lex prima. C. de naturalibus liberis, & Authentica quibus modis naturales efficiantur sui. §. penultimo, collatione 7. & in corpore authenticorum: Quibus modis naturales efficiantur sui, per totum, & in Authentica eodem titulo. §. si quis autem, alias. §. si quis ergo, quibus omnibus iuri-

bus,

bus, legibus, constitutionibus, consuetudinibus, & alijs omnibus contrarijs, seu aduersantibus supradictis, vel alicui prædictorum ex certa scientia, dictus Petrus comes præfatus derogauit expresse, & eas, & ea habere voluit pro expressis, & de verbo ad verbum narratis, & repetitis, & ac si de eis in præsenti priuilegio, & instrumento facta foret mentio specialis: Demum d. Petrus comes dictum Franciscum præsentem, & recipientem alapa præmissa in signum perpetuæ recordationis aureo anulo publice, ac etiam liberaliter inuestiuit de omnibus supradictis. Qui dictus Fran. ad dicti Petri comitis Palatini dilationem iurauit ad Sancta Dei Euangelia scripturis corporaliter manu tactis, dicto Petro comiti prædicto, suo nomine proprio, & vice dicti Romani imperij recipienti in aīam, & super animam suam, & fidelitatis debitæ præstitit sacramentum: Et quod ipse, vel sui filij non erunt in ōpere, vel tractatu, quod dicto Romano Principi, & comiti prædictis, & eius, & eorum successoribus, vel alicui eorum aliquod præiudicium generetur in persona, statu honoribus, vel bonis: Sed si quid senserit, quanto citius poterit reuelabit: Qui quidem Petrus comes prędictus imperiali auctoritate decreuit sub præsenti ædicto, vt nulli hominum liceat contra hanc imperialem suæ concessionis paginam attentare, vel ei ausu temerario contraire. Alioqui non solum imperialis indignationis aculeos, verum etiam centum marcharum auri pœnam se nouerit incursum, quarum medietas fisco imperiali, reliqua medietas dicto Petro comiti, & suis successoribus veniat applicanda: In quorum omnium euidentiam, & testimonium manifestum,

festum,

festum, atque memoriam sempiternam, præfatus Petrus comes mandauit per me L. notarium infrascriptũ hoc præsens publicum de prædictis confici documentum, & instrumentum. Suique soliti sigilli inferius appensi cum cordula serici in materia ceræ minime roborari.

Nota quod legitimationes fiunt in Dominio Florentino a Serenissimo Magno Etruriæ Duce per officialem reformationum.

Manumissio sclauæ.

Publice omnibus pateat, qualiter nobilis vir Robertus olim Francisci de Peruzis, & de populo Sancti Remigij de Florentia gratis, gratia, & amore, & intuitu pietatis, & misericordiæ, & amore Dei, & pro remedio animæ suæ, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit per se, & suos hæredes manumisit, & liberauit Martham filiam Baldalau de partibus Rossiæ, sclauam dicti Roberti ætatis annorum 25. vel circa, mediocris staturæ, & pili oliuigni. Et eidem Marthæ natæ in dictis partibus Rossiæ olim sclauæ dicti Roberti, & ipsius Marthę descendentibus quibuscunque, dedit, & tradidit libertatem puram, & meram. Quam Martham ibidem præsentem, & pro se, & suis descendentibus recipientem, & stipulantem, ab eius potestate, & dominio, & ab omni conditione, & grauaminis impositione, nunc, & in futurum, & a iure patronatus liberauit, & absoluit, ac etiã restituit, & remisit d. M. & eius descendẽtibus omne eius, & eorum peculium a ratione domini separatum: Ipsamque Martham, & eius descentes liberam, & francam esse voluit, cum omnibus suis pannis,

nis, vestibus, & calceamentis, & pannis laneis, & lineis pro suo vsu deputatis: Restituens eam dictosq; suos descendentes antiquis natalibus, & iuri ingenuitatis, ac pristinæ libertati: Ita quod sine aliquo obstaculo seruitutis, & dominij ipsius manumissoris, dicta Martha, & eius descendentes emere, vendere, donare, & contrahere, atq; pacisci, in iudicio stare, testimonium ferre, testamentum condere, atque codicillari, & omnia, & singula alia facere, ac liberaliter exercere possit, vt quilibet ingenuus Romanus ciuis, liber homo, pater familias, & sui iuris facere potest, & ac si ab ingenuis parentibus nata, & nati essent: Quam libertatem, & omnia, & singula suprascripta dedit, et fecit dictus Robertus præsente dicta Martha, & humiliter, & deuote deliberari, & manumitti petente, & recipiente pro se, & suis descendentibus.

Si vero fieret cum aliqua reseruatione temporis: ita dicas.

Cum hoc pacto tamen, saluo, & reseruo, quod dicta Martha teneatur, & obligata sit toto tempore vitæ ipsius Roberti manumissoris tantum, & non vltra, vel per quinquennium proxime futurum seruire, & famulari eidem Roberto in domo sua pro famula sine aliquo salario, vel mercede, nisi solum, & duntaxat pro alimentis, & victu, & vestitu, & habendo ab ipso Roberto victum, & vestitum tantum, prout requiritur, & decet in similibus.

Si vero manumitteretur pro pretio soluto, ita dices, omissis illis verbis in principio, gratis, &c.

Et hanc liberationem, & manumissionem: Ideo fecit

fecit dictus Robertus, quia Ferdinandus domini Francisci de Puccettis ciuis Florentinus in præsentia mei L. notarij infrascripti, & testium suprascriptorum dedit, soluit, & numerauit in pecunia numerata eidem Roberto ibidem præsenti, & ad se trahenti, & sic, & tantum esse confitenti florenos 40. auri largos, pro liberando, & redimendo dictam Martham de quibus dictus Robertus vocauit se bene solutum, tacitum, & contentum. Quam liberationem, & manumissionem, & omnia, & singula suprascripta, &c.

Sequere vsque ad finem clausulas generales, vt in alijs instrumentis.

Emancipatio.

Philippus filius Zenobij Petri de Vannellis constitutus in præsentia dicti Zenobij eius patris, & mei L. iudicis ordinarij, & notarij publici infrascripti, descripti, & matriculati in arte, & matricula artis iudicum, & notariorum ciuitatis Florentiæ habentis, & qui habeo auctoritatem interponendi decretum in emancipationibus, & alia faciendi, quæ, & de quibus mihi in imperiali indulto, priuilegio, & statuto communis Flor. latius continetur, petijt dictus Philippus a dicto Zenobio eius patre summa cum reuerentia se emancipari, & a sua manu, & sacris suæ patriç potestatis nexibus liberari, eximi, & absolui. Quamobrem dictus Zenob. pater, eiusdem Philippi petitioni fauens tanquam iustæ, ipsum Philip. ibidem præsentem, & vt supra petentem emancipauit, & a sua manu, & sacris suæ patriæ potestatis nexibus penitus liberauit, eximit, & absoluit: Itą quod in futurũ d. Philippus possit, & valeat testari, iudicio interesse, vendere,

vendere,negotiari,contrahere,& pasci, & se, & sua obligare,& oīa,& singula alia facere,quę quilibet homo paterfamilias,& sui iuris facere pōt,& exercere.

Si eſt de voluntate emancipantis, dicas:

Et in præmium emancipationis prædictæ dedit, tradidit,cessit, & concessit, atq; remisit eidem Philippo filio suo emancipato prædicto præsenti, & pro se, & suis hæredibus,& successoribus recipienti,& stipulanti omne eius peculium aduentitium, & profectitium, castrense, vel quasi.

Si vero eidem daret etiam bona immobilia apponas, & ſubdas, vt ſupra in donationem bonorum, vſque ad clauſulas generales: & in fine dicas.

Quibus omnibus,& singulis sic peractis ego L. iudex ordinarius, notariusque publicus antedictus, & infrascriptus meam,& Romani imperij,& communis Florentiæ,quibus fungor auctoritatem interposui pariter,& decretum. Rogantes me L.notarium antedictum,infrascriptum, quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum,& instrumenta,vnum, vel plura.

Adoptio.

Publice omnibus pateat euidenter, qualiter Benedictus olim Petrifrancisci Simonis de Alamanneschis de Florentia,& Hieronymus Laurentij de Tolomeis, & Carolus filius dicti Hieronymi cum consensu, verbo,licentia, & voluntate dicti Hieronymi eius patris ibidem præsentis,eidem Carolo in omnibus, & singulis infrascriptis consentientis,& licentiam,& consensum dantis,& præstantis,& quilibet eorum constituti persona-

personaliter in iudicio,& coram domino Carolo de Caracciolis de Neapoli milite, ac comite,necnon dignissimo Iudice ordinario ciuitatis Florentiæ pro tribunali sedente ad eius solitum iuris banchum pro iure reddendo(vt moris est)qui quidem Benedictus volens legitimo adoptionis actu ad solarium eorum, qui filios non habent inuento,dictum Carolum filium dicti Hieronymi sibi in filium legitimum dari titulo adoptionis: Idem Hieronymus ipsum Carolum ibidem præsentem,volentem, & consentientem in præsentia dicti domini Iudicis in adoptionem libere contulit, atq; dedit ipsi Benedicto præsenti,petenti, & acceptanti: Ipsum Carolum eiusdem Benedicti filiationi submittens. Patriæ tamen potestatis,& omni iure naturali sibi,& in se ad integrum reseruato: Quibus omnibus sic peractis dictus dominus Iudex suam, & communis Florentiæ quibus fungitur auctoritatem interposuit pariter, & decretum: Mandans dictus dominus Iudex, & dictæ partes, rogantes quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum, vnum, vel plura.

Arrogatio.

Publice omnibus pateat euidenter, qualiter cum de imperialis plenitudine potestatis in Nobilem, & Magnificum virum Nicolaum Andreæ de Iunijs de Florentia, Dei gratia in Tuscia comitem Palatinum inter alia interponendi decretum, & auctoritatem imperialem in arrogationibus priuilegium fuerit concessum, & multa alia faciendi, quæ continentur in suis rescripto,& priuilegio digne a sacro Romano imperio, & Serenissimo Principe,& D.D.Carolo. IIII.

 diui-

diuina fauente Clementia Romanorum imperatore, & semper Augusto, ac Boemiæ rege regali bulla præmunito dicto Nicolao, & eius successoribus concesso de anno. Ponas tempus, & manu cuius: *Et per me L. notarium infrascriptum viso, & lecto plenius, et latius continetur.*

Si vis vti eodem proœmio quo in legitimatione, & inserere priuilegium potes.

Hinc est quod Antonius olim Alamani de Lauris de Florentia ætatis annorum sexaginta, vel circa, constitutus personaliter in præsentia dicti magnifici viri D. Nicolai de Iunys comitis Palatini præfati, & in hac parte gerentis vices imperatoriæ maiestatis pro tribunali ad cautelam sedentis in suprascripto loco, quem pro idoneo, & decenti elegit, & deputauit, ex certa scientia, & non per errorem aliquem, & omni meliori modo, via, iure, causa, & forma, quibus magis & melius potuit, & ei licuit, & licet Ioannem filium quondam Corradi Hannibalis de Vecchiettis ciuem Florentinum ætatis annorum 20. vel circa, in filium sibi legitime arrogauit. Et ipsum cum omnibus suis possessionibus, bonis, rebus mobilibus, & immobilibus, & seu semouentibus, iuribus, nominibus, & actionibus in sua filiatione, familia, & potestate paterna suscepit affectu. Pro eis nihilominus restituendis secundum formam iuris, & vtroque tamen primo, & ante omnia diligenter interrogato, tam per dictum comitem Palatinum, quam per me L. notarium infrasciptum: Vtrum hoc fieri vellet mutuo consensu sibi placere protinus libere respondere: Quibus omnibus sic peractis: Ibidem dominus Nicolaus

colaus comes Palatinus antedictus: suam, & sacrosancti Romani imperij quibus fungitur auctoritatem interposuit, pariter, & decretum: In quorum omnium testimonium, &c.

Subdas, vt supra in legitimatione, & creatione tabellionum.

Tutor Attilianus.

Publice omnib. pateat, qualiter Ioannes, & paulus fratres, & filij quondã Dominici de Licciaporcis, constituti in præsentia mei L. iudicis ordinarij, & notarij publici infrascripti, descripti, & matriculati in arte, et matricula artis iudicum, & notariorum ciuitatis Florentiæ, nec non habentis auctoritatem a sacrosancto Romano imperio, ac etiam ex forma statutorum communis Florentiæ, prædicta, & infrascripta faciẽdi pro tribunali ad cautelam sedentis in suprascripto loco, & super quadam bancha sita in principali sala dictæ domus, quem locũ, ego L. iudex ordinarius suprascriptus primo, & ante omnia pro idoneo, congruo, & decenti ad prædicta, & infrascripta elegi, & deputaui, dixerunt, et exposuerunt, et narrauerunt, quod de præsenti anno domini 1480. & de mense Augusti proxime præteriti Leonardus olim Dominici de Cicciaporcis frater carnalis dictorum Io. & P. suum condidit testamentum nuncupatum sine scriptis publice scriptum, rogatum, et publicatum manu ser Io. ser Bartholomei ciuis, & notarij Flor. In quo quidem testamento inter alia quę disposuit d. L. testator, in omnibus suis bonis suos hęredes vniuersales instituit, fecit, & esse voluit Michae

 lem,

lem, & Iulianum eius filios legitimos, & naturales minores, & quemlibet eorum æquis portionibus, & eos ad inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum: Tutores autem, & pro tempore curatores dictorum eius filiorum instituit, fecit, & esse voluit dictos Ioannem, & Paulum ambos in concordia, & superuiuentem ex eis, dictosq; Io. & P. tutores, & curatores præfatos liberauit, & absoluit ab omni onere confectionis inuentarij, & quod non teneātur aliquod conficere inuentariū, nec aliquam satisdationē præstare: & quod non teneantur aliquo tempore de gestis, vel administratis per eos, vel aliquem eorum aliquam reddere rationem, vel computum, prout in instrumento dicti testamenti latius contineri dixerunt, ad quod relatio habeatur. Et sic narres testamentum succincte. *Et quod postea de dictis anno, & mense, dictus Leonar. testator mortuus est, & decessit nullo alio per eum condito testamento, vel alia vltima voluntate quod sciatur, relictis ex eo, & post eum, & adhuc hodie superuiuentibus dictis Michaele, & Iuliano eius filijs legitimis, & naturalibus minoribus, & in pupillari ætate constitutis: Et qui Michael est minor annorum duorum, & maior annorum septem & qui Iulianus est infans, & minor annorum quatuor. Et quod hæreditas dicti quondam Leonardi iacuit, & adhuc hodie iacet, & per neminem fuit adita, ipsis Michaele, & Iuliano hæredibus in testamento prædicto relictis existentibus in pupillari, & minori ætate, vt supra. Et quod dictæ tutelæ testamentariæ non fuit, nec est locus, nisi primo ex testamento prædicto adeatur hæreditas dicti olim Leonardi testatoris,*

prout

prout iura volunt : Et quod hæreditas ex testamento prædicto adiri non potest, nisi pri no dictis Michaeli & Iuliano pupillis præfatis de tutore Attiliano legitime prouideatur. Qui tutor Attilianus tutorio nomine prædicto pro dictis pupillis adeat hæreditatē dicti quondam Leonardi : Quare dicti Ioan. & Pau. in dicto testamento tutores relicti petierunt a me L. iudice ordinario suprascripto, & infrascripto dictis Michaeli, & Iuliano pupillis dari, & constitui, decerni, & assignari in tutorem, & pro tutore Attiliano Clementem Francisci de Cedernis virum probum, legalem, & diligentem bonę opinionis, vitæ, & famæ, qui bene, & diligenter gerat, faciat, gubernet, & administret facta, & negocia dictorum pupillorum : Et pro eisdem, & eorum nominibus adeat hæreditatem, eisdem Michaeli, & Iuliano pupillis delatam ex testamento prædicto. Eidemque Clemente committi gestum, & administrationem, & regimen personæ dictorum Michaelis, & Iuliani pupillorum, eorumdemque bonorum, rerum, & iurium : Cum dictus Clemens paratus sit, & paratum se offerat promittere, & iurare satisdare, & inuentarium conficere, & omnia, & singula alia facere, ad quæ de iure tenetur, & debet. Quorum quidem petitioni fauens, tanquam iustę ego L. iudex ordinarius notariusque publicus antedictus, & infrascriptus pro tribunali, vt supra sedens in loco suprascripto, omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potui, & mihi licuit, & licet dictum Clementem ibidem præsentem, volentem, & acceptantem, dedi, decreui, constitui, confirmaui in tutorem, & pro tutore Attiliano dictorum Michaelis,

& Iuliani pupillorum supranominatorum. Eidemque Clementi tutori Attiliano præfato commisi gestum, administrationem, gubernationem, & regimen personarum, bonorum, rerum, & iurium dictorum Michaelis, & Iuliani pupillorum, & cuiuslibet eorum. Dummodo dictus Clemens tutor prædictus promittat, iuret, caueat, satisdet, & inuentarium conficiat. Et omnia, & singula alia dicat, & faciat, quæ, & ad quæ dicere, & facere tenetur, & debet de iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ, circa tutelam prædictam. Qui Clemens tutor suprascriptus constitutus coram me L. iudice ordinario, & notario antedicto, & infrascripto; & testibus suprascriptis promisit, & solemni stipulatione conuenit mihi L. notario antedicto, & infrascripto, vt publicæ personæ stipulanti, & recipenti vice, & nomine supradictorum Michaelis, & Iuliani pupillorum, & cuiuslibet eorum, & pro, & vice, & nomine omnium, & singulorum quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, & iurauit ad sancta Dei Euangelia scripturis corporaliter manu tactis, ad delationem mei L. notarij infrascripti vtilia dictis, & pro dictis pupillis facere, & inutilia prætermittere, & rem dictorum pupillorum, & cuiuslibet eorum saluam fore, ipsorumque pupillorum, & cuiuslibet eorum personam, & personas, res, bona, & iura, bona fide custodire, & saluare: Saluo eo, quod semper valeant vti veritate ipsosq; pupillos in iudicio, & extra defendere, & eorum defensioni sine vlla dilatione assistere, & adesse, ac se offerre. Ipsosque pupillo, aut aliquem

eorum indefensum non relinquere, & inuentarium conficere de bonis rebus, & iuribus eorundem, & de gestis, & administratis, & seu gerendis, & administrandis per eum debito tempore reddere rationem, & reliqua, & quicquid reliquorum nomine continetur, eisdem restituere, reficere, & ad integrum consignare, & omnia, & singula alia facere, quæ, & ad quæ de iure tenetur, & debet: Sub hypotheca, & obligatione dicti Clementis tutoris Attiliani prædicti sui successorumq; hæredum, & bonorum omnium, & singulorum præsentium, & futurorum, pro obseruantia omnium prædictorum. Pro quo quidem C. tutore Attiliano prædicto, & eius præcibus, & mandatis in dicta tutela, & in omnibus, & singulis suprascriptis Petrus olim Leonardi de Buonuisis de Florētia ex certa scientia, & non per errorem fideiussit, & fideiussor extitit penes me L. iudicem ordinarium, & notarium antedictum, & infrascriptum, vt publicam personam stipulantem, & recipientem pro dictis pupillis, & pro omnibus, & singulis quorum interest, interit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum. Qui Petrus fideiussor, præcibus, & mandatis dicti Clementis principaliter, & in solidum se obligando promisit, & solemni stipulatione conuenit mihi L. notario, & iudici ordinario antedicto, & infrascripto, vt supra recipienti, & stipulanti se facturum, & curaturum ita, & taliter omni iuris, & facti exceptione remota, quod dictus Clemens tutor Attilianus præfatus, prædicta omnia, & singula suprascripta, vt supra per eum promissa attendet, faciet, & obseruabit: alias de suo proprio ipse Petrus attende-

re,& facere,& obseruare promisit. Et dictos Michaelem,& Iul. pupillos, & quemlibet eorum conseruare indemnes,& penitus sine damno. Obligans prædictus Petrus pro prædictis omnibus, & singulis suprascriptis firmiter obseruandis, & adimplendis, & firmis tenendis seipsum,& eius hæredes,& bona omnia præsentia,& futura: Renuntiantes dicti Clemens,& Petrus,& quilibet eorum in prædictis omnibus, & singulis exceptioni non sic facti,& celebrati contractus, & non sic factæ promissionis, & obligationis, rei non sic gestæ,doli,mali,vis, metus,fraudis, conditioni indebiti, sine causa,& ex iniusta causa,in factum actioni, fori priuilegio, nouæ, & nouarum constitutionum de fideiußoribus,& epistolæ diui Adriani de pluribus reis debendi,omniq; alij iuris,legum canonum, & statutorum priuilegio,auxilio, & fauori: Et iuri, & legi dicenti generalem renuntiationem non valere, & seu non sufficere,nisi præceßerit specialis. Quibus Clementi & Petro præsentibus,audientibus,& intelligentib. & prædicta omnia sic volentibus, præcepi ego L. iudex ordinarius,notariusq; antedictus,et infrascriptus, quatenus prædicta omnia,& singula,vt supra pes eos respectiue promissa attendāt, faciant, & obseruent in omnibus,& per omnia iuxta præsentis publici instrumenti formam, tenorem, seriem,& effectum. Quibus omnibus,& singulis sic peractis, & solemniter celebratis,ego L. iudex ordinarius notariusq; antedictus, & infrascriptus pro tribunali sedens, vt supra, meā, & d. sacri Imperij,& communis Flor. quibus fungor auctoritatem interposui pariter,& decretum. Rogantes, &c.

Inuen-

Inuentarium tutoris Attiliani.

Item postea ibidem incontinenti, & præsentibus eisdem testibus, & me L.iudice ordinario, & notario infrascripto sedente, vt supra in loco suprascripto, quem, vt supra pro decenti, idoneo, & congruo elegi, & deputaui: Clemens Francisci de Cedernis tutor Attilianus prædictus constitutus, vt supra in præsentia mei L. iudicis ordinarij, & notarij antedicti, & infra scripti sciens se teneri ad inuentarij confectionem de bonis, rebus, & iuribus dictorum Michaelis, & Iuliani pupillorum prędictorum, præsens inuentarium mox postquam constitutus, datus, & confirmatus fuit præmisso venerabili signo crucis. Signum † fiat per manum tutoris. *In hunc modum facere procurauit, & fecit. In primis quidem dixit, asseruit, & confessus fuit se inuenisse, & inuenire in bonis, & iuribus dictorum M. & Iul. pupillorum ius, & facultatem adeundi, agnoscendi, & seu se immiscendi pro dictis M. & Iul. pupillis hæreditatem, & in hæreditate dicti quondam Leonardi olim patris dictorum M. & Iul. eisdem pupillis ex testamento dicti Leonardi eorum patris delata cuilibet eorum pro dimidia: protestans dictus Clemens tutor Attilianus præfatus, quod non scit alia bona, vel iura dictorum suorum pupillorum, & si qua alia inueniet, huic inuentario, quam citius poterit addet, vel aliud de nouo conficiet. Quibus omnibus sic peractis ego L. iudex ordinarius notariusque antedictus, & infrascriptus meam, & communis Florentiæ quibus magis fungor auctoritatem interposui pariter, & decretum. Rogans, &c.*

Aditio

Aditio hæreditatis per tutorem Attilianum.

Item postea ibidem incontinenti, & præsentibus eisdem testibus, &c. & me L. &c. vt supra. Supradictus Clemens Francisci de Cedernis tutor Attilianus præfatus, & tutorio nomine dictorum Michaelis, & Iuliani pupillorum supra nominatorum, & olim filiorum dicti Leonardi Dominici de Cicciaporcis, & pro ipsis M. & Iul. pupillis prædictis, ac etiam dictus Michael maior septennio in præsentia, & cum consensu, & auctoritate dicti Clementis ibidem præsentis, & consensum, & auctoritatem præstantis, sciens, & cognoscens dictum olim Leonardum mortuum esse, & decessisse iam sunt duo menses proxime elapsi, vel circa, suo prius per eum condito testamento, & vltima voluntate. In quo inter cætera dictos M. & Iu. eius filios hæredes instituit æquis portionibus, & nullis alijs relictis filijs masculis, vel alijs ascendentibus & seu descendentibus, habentibus, & qui habeant d. L. succedere, vel cum dictis M. & Iul. in aliqua parte concurrere in hæreditate dicti olim Leonardi eorũ patris, & sciens, & cognoscens dictam hæreditatem dicti olim Leo. dictis, & ad dictos M. & Iul. pupillos, quomodolibet eorum fuisse, & esse pro dimidia ab intestato delatam. & sciens, & cognoscens dictam hæreditatem dicti quondam Leo. eisdem pupillis potius fore vtilem, & lucrosam, quam inutilem, & damnosam omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, dictam hæreditatem eisdem M. & Iul. pupillis suprascriptis, & cuilibet eorum pro dimidia delatam, pro dictis M. Iul. pupillis adiuit, & apprehendidit, & seu in ea se immiscuit, asserens se

dicto

*dicto nomine velle commoda, & incommoda dictæ hæreditatis supportare, & sustinere. Quibus omnibus sic perac*tis, etc. vt supra. *Rogans, etc.*

Tutela testamentaria.

Item postea dictis anno, &c. vt supra. *Supradicti Ioan. & Pau. fratres, & filij quondam Dominici de Cicciaporcis constituti in præsentia mei L. iudicis ordinarij, & notarij antedicti, & infrascripti, & matriculati in arte, & matricula artis iudicum, & notariorum ciuitatis Florentiæ habentis, vt supra auctoritatem infrascripta omnia faciendi, & decretum, & auctoritatem interponendi in infrascriptis omnibus, & singulis reuerenter exposuerunt, & dixerunt, quod de præsenti anno domini 1460. & de mense Augusti proxime præteriti: Leonardus olim Dominici de Cicciaporcis frater carnalis dictorum Ioannis, & Pauli suum condidit testamentum, & vltimam voluntatem publice scriptum, rogatum, & publicatum manu ser Bart. ciuis, & notarij publici Florentini: In quo quidem testamento inter alia, quæ disposuit dictus Leonardus testator in omnibus suis bonis suos hæredes vniuersales instituit, fecit, & esse voluit M. & Iul. eius filios legitimos, & naturales minores, & quemlibet eorum æquis portionibus, & eos ad inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum: Tutores autem, & pro tempore curatores dictorum eius filiorum reliquit instituit, fecit, & esse voluit dictum Ioannem, & Paulum ambos in concordia, & superuiuentem ex eis dictosq; Ioan. & P. & quemlibet eorum tutores præfatos liberauit & absoluit ab omni onere confectionis inuentarij: &*

quod

Aditio hæreditatis per tutorem Attilianum.

Item postea ibidem incontinenti, & præsentibus eisdem testibus, &c. & me L. &c. vt supra. Supradictus Clemens Francisci de Cedernis tutor Attilianus præfatus, & tutorio nomine dictorum Michaelis, & Iuliani pupillorum supra nominatorum, & olim filiorum dicti Leonardi Dominici de Cicciaporcis, & pro ipsis M. & Iul. pupillis prædictis, ac etiam dictus Michael maior septennio in præsentia, & cum consensu, & auctoritate dicti Clementis ibidem præsentis, & consensum, & auctoritatem præstantis, sciens, & cognoscens dictum olim Leonardum mortuum esse, & decessisse iam sunt duo menses proxime elapsi, vel circa, suo prius per eum condito testamento, & vltima voluntate. In quo inter cætera dictos M. & Iu. eius filios hæredes instituit æquis portionibus, & nullis alijs relictis filijs masculis, vel alijs ascendentibus & seu descendentibus, habentibus, & qui habeant d. L. succedere, vel cum dictis M. & Iul. in aliqua parte concurrere in hæreditate dicti olim Leonardi eorũ patris, & sciens, & cognoscens dictam hæreditatem dicti olim Leo. dictis, & ad dictos M. & Iul. pupillos, quomodolibet eorum fuisse, & esse pro dimidia ab intestato delatam. & sciens, & cognoscens dictam hæreditatem dicti quondam Leo. eisdem pupillis potius fore vtilem, & lucrosam, quam inutilem, & damnosam omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, dictam hæreditatem eisdem M. & Iul. pupillis suprascriptis, & cuilibet eorum pro dimidia delatam, pro dictis M. Iul. pupillis adiuit, & apprehendidit, & seu in ea se immiscuit, asserens se

dicto

dicto nomine velle commoda, & incommoda dictæ hæreditatis supportare, & sustinere. Quibus omnibus sic peractis, etc. vt supra. *Rogans, etc.*

Tutela testamentaria.

Item postea dictis anno, &c. vt supra. *Supradicti Ioan. & Pau. fratres, & filij quondam Dominici de Cicciaporcis constituti in præsentia mei L. iudicis ordinarij, & notarij antedicti, & infrascripti, & matriculati in arte, & matricula artis iudicum, & notariorum ciuitatis Florentiæ habentis, vt supra auctoritatem infrascripta omnia faciendi, & decretum, & auctoritatem interponendi in infrascriptis omnibus, & singulis reuerenter exposuerunt, & dixerunt, quod de præsenti anno domini 1460. & de mense Augusti proxime præteriti: Leonardus olim Dominici de Cicciaporcis frater carnalis dictorum Ioannis, & Pauli suum condidit testamentum, & vltimam voluntatem publice scriptum, rogatum, & publicatum manu ser Bart. ciuis, & notarij publici Florentini: In quo quidem testamento inter alia, quæ disposuit dictus Leonardus testator in omnibus suis bonis suos hæredes vniuersales instituit, fecit, & esse voluit M. & Iul. eius filios legitimos, & naturales minores, & quemlibet eorum æquis portionibus, & eos ad inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum: Tutores autem, & pro tempore curatores dictorum eius filiorum reliquit instituit, fecit, & esse voluit dictum Ioannem, & Paulum ambos in concordia, & superuiuentem ex eis dictosq; Ioan. & P. & quemlibet eorum tutores præfatos liberauit & absoluit ab omni onere confectionis inuentarij: &*

quod

quod non teneantur aliquod conficere inuentarium, nec aliquam satisdationem præstare, & quod non teneantur aliquo tempore de gestis, & administratis per eos, vel aliquem eorum aliquam reddere rationem, vel computum, prout in instrumento dicti testamenti latius contineri dixerunt, ad quod relatio habeatur. Et sic nares testamentum succincte: *Et quod postea, & de dictis anno, & mense dictus Leonardus testator mortuus est, & decessit nullo alio condito testamento, vel alia vltima voluntate, relictis ex eo, & post eum, & adhuc hodie superuiuentibus dictis Michaele, & Iuliano eius filijs legitimis, & naturalibus natis ex eo, & ex domina Margherita eius vxore legitima, minoribus, & in pupillari ætate constitutis, & qui M. est minor annorũ 12. & maior ann. 7. completorũ, & qui Iulianus est infans, & minor annorũ quattuor:* Vel dicas, si voles vti breuiori stilo absque gemina repetitione. *Et repetierunt omnia, & singula, vt supra per eos alias exposita, & narrata, & quod nuper ad eorum notitiam deuenit se fuiße datos & relictos tutores, & pro tempore curatores a dicto olim Leonardo in dicto suo testamento dictorum M. & Iul. eius filiorum pupillorum prędictorum, & quod fuit, vt supra, dictis pupillis de tutore Attiliano prouisum, & quod per dictum tutorem Attilianum vna cum dicto Michale fuit adita hereditas dicti olim Leonardi pro dictis pupillis, & quod propterea fuit, & est locus dictę tutelæ testamentariæ. Quare petierunt, & petunt dicti Ioannes, & Paulus tutores, & pro tempore curatores, vt supra relicti, & quilibet eorum a me L. iudice ordinario, & notario iã dicto, & infrascripto,*

ſcripto, ſeipſos, & quemlibet eorum dari, decerni, & declarari, & ad cautelam confirmari in tutores, & pro debito tempore curatores teſtamentarios dictorum M. & Iul. minorum, & pupillorum prædictorum, & eiſdem tutoribus, & pro debito tempore curatoribus per me per decretum committi geſtum, adminiſtrationem, gubernationem, & regimen perſonarum, rerum, bonorum, & iurum dictorum M. & Iul. pupillorum, & cuiuſlibet eorum ſecundum formam, & tenorem dicti teſtamenti, offerentes ſe, & quemlibet eorum paratos iurare, promittere, renuntiare, & inuentarium conficere, & omnia, & ſingula alia facere, quę, & ad quę, & prout de iure tenentur, & debent. Quapropter ego L. iudex ordinarius, notariuſque antedictus, & infraſcriptus: Viſa, audita, & intellecta dicta petitione, & omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & eidem petitioni fauens tanquam iuſtæ, primo tamen viſo, & diligenter inſpecto dicto teſtamento, & vltima voluntate dicti olim Leonardi, & eius tenere, & vt, & vbi ſupra ad cautelam pro tribunali ſedens: Dictos Ioannem, & Paulum, & quemlibet ipſorum præſentes, & petentes, omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potui, dedi, declaraui, decreui, conſtitui, & ad cautelam confirmaui in tutores, & pro debito tempore curatores teſtameatarios dictorum M. & Iul. filiorum pupillorum dicti olim Leonardi, et eiſdem tutoribus, & pro debito tempore curatoribus commiſi geſtum, adminiſtrationem, gubernationem, & regimen perſonarum, rerum, & bonorum dictorum M. & Iul. pupillorum prædictorum, & cuiuſlibet eorum ſecundum formam dicti teſtamenti: Dummodo

dicti

dicti tutores, & quilibet eorum promittant, iurent, renuntient, & inuentarium conficiant, & omnia, & singula alia faciant, quæ, & ad quæ, & prout de iure tenentur, & debent, & obligati sunt. Qui Io. & Pau. tutores, & pro tempore curatores suprascripti sic, vt supra decreti, & confirmati, & quilibet ipsorum promiseruut, & solemni stipulatione conuenerunt mihi L. iudici ordinario, & notario infrascripto, vt publicæ personæ præsenti, recipienti, & stipulanti pro dictis M. & Iul. pupillis, & pro, & vice, & nomine omnium, & singulorum, & quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum. Ac etiam iurauerunt ad sancta Dei Euangelia scripturis corporaliter manu tactis ad delationem meam, dictam tutelam, & pro debito tempore curam, & eius officium bene, & diligenter, fideliter, & sollicite, & bona fide gerere, & administrare, & omnia, & singula vtilia dictis pupillis facere, & inutilia prætermittere, & bona fide, & sine fraude rem dictorum pupillorum, & cuiuslibet eorum saluam fore: Ac etiam personas, res, bona, & iura dictorum pupillorum, & cuiuslibet eorum diligenter, & bona fide saluare, & custodire, & ipsorum defensionem sine vlla dilatione suscipere, & subire quoties, & quandocunq; ipsis pupillis expediret, & ipsos, vel aliquem eorum indefensos non relinquere, & de bonis, rebus, et iuribus dictorum pupillorum inuentarium conficere, & administrationis eorum, & cuiuslibet eorum debito tempore reddere rationem cum integra reliquorum restitutione, & quæ reliquorum nomine continentur secundum formam iuris, & omnia, & singu1a alia facere erga per-

sonas,

sonas, res, & bona dictorum pupillorum, quæ, & ad quæ, & prout de iure tenentur, & debent, saluo eo, quod semper valeant vti veritate. Sub pœna dupli æstimationis rei omissę, vel neglectæ, vnde lis, vel quæstio oriretur, & insuper florenorum auri centum de moneta de lib 7. pro flor. in singulis, & pro singulis capitulis, pactis, membris, siue articulis huius præsentis contractus in solidum solemni stipulatione pręmissa, & sub refectione damnorum, ac expensarum, & interesse litis, & extra. Quæ pœna toties committatur, & peti, & exigi possit, & valeat cum effectu quoties contra prædicta, vel aliquod eorum factum fuerit, siue ventum, vel vt dictum est, cum effectu non fuerit obseruatum. Qua pœna commissa, vel non, soluta, vel non, seu etiam gratis remissa, prædicta, & infrascripta omnia, & singula nihilominus perpetuo firma, & rata maneant, & perdurent: Sed hypotheca, & obligatione insolidum sui, suorum, & cuiuslibet eorum insolidum hæredum, & bonorum omnium, & singulorũ præsentium, & futurorum: Renuntiantes, &c. Quibus omnibus auctoritatem, &c. quibus per guarantigiam, &c. Rogantes, &c.

Confectio inuentarij.

Item postea ibidem incontinenti, &c. vt supra. *Suprascrpti Ioannes, & Paulus tutores, & pro tempore curatores testamentarij, & quilibet eorum sic, vt supra decreti, & confirmati, constituti præsentia mei L. iudicis ordinarij, & notarij infrascripti; scientes se teneri ad inuentarij confessionem de bonis, rebus, & iuribus dictorum Mich. & Iul. pupillorum prædictorum, & ipsum inuentarium volentes conficere*

ficere auctoritate, & decreto mei L. iudicis ordinarij, & notarij infrascripti illud conficiendo venerabili sanctæ crucis signo præmisso, Signum † fiat manu tutorum, *Dixerunt, asseruerunt, & confessi fuerunt se inuenisse, & inuenire in bonis rebus, & iuribus dictorum pupillorum, & cuiuslibet eorum, & dictæ hæreditatis dicti quondam Leonardi infrascripta bona mobilia, & immobilia, & iura, & nomina debitorum, & creditorũ, & debita, & credita, & onera ad dictos pupillos pertinentia, & spectantia, & quæ sunt ista, videlicet.* Primo pone immobilia, deinde mobilia, postea debita, & credita, & cætera. *Protestantes dictis Ioannes, & Paulus tutores præfati, quod ne sciunt alia bona, vel iura dictorum pupillorum, nec dictæ hæreditatis dicti olim Leonardi, vel alicuius eorũ, & si qua alia inuenient huic inuentario quam citius poterunt addent, vel aliud de nouo conficient. Quibus omnibus sic peractis, &c. Rogantes, &c.*

Aditio inuentarij.

Item postea dictis anno indictione die vero, &c. Supradicti Ioannes, & Paulus tutores, & pro debito tempore curatores præfati: In præsentia mei L. iudicis ordinarij, & notarij infrascripti personaliter constituti volentes addere dicto inuentario supra per eos confecto de bonis, rebus, et iuribus dictorum M. & Iu. pupillorum, prout de iure tenentur, & debent, dixerunt, & confessi fuerunt de nouo inuenisse, & inuenire talia bona, videlicet, &c. Ponas bona. *Protestantes, &c. Cui actui interposui auctoritatem, &c. Rogantes, &c.*

Actoria

Actoria.

Præfati Ioannes, & Paulus tutores, & pro debito tempore curatores suprascripti constituti personaliter in præsentia mei L. iudicis ordinarij, & notarij iā dicti, & infrascripti, asserentes se varijs, & diuersis negotijs impeditos. Si esset tutrix dicas. *Et maxime ex debilitate sexus dictæ dominæ, &c. propter quæ non possunt, nec possent dictæ tutelæ, & administrationi prędictæ, aut circa dictam tutelam, & administrationem prædictam commode attendere, & vacare auctoritate, & decreto meo L. iudicis ordinarij, & notarij infrascripti, periculo tamen dictorum Ioannis, & Pauli, & eorum, & cuiuslibet eorum hæredū, & bonorum: Et ego L. iudex ordinarius, notariusque antedictus, & infrascriptus, ad petitionem, & instantiam dictorum Ioannis, & Pauli tutorum prædictorū, eorumq; & cuiuslibet ipsorum periculo, vt supra, & omni meliori modo, via, iure, causa, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, fecerunt, constituerunt, creauerunt, & solemniter ordinauerunt eorum, & cuiuslibet ipsorum, et dictorum pupillorum, et cuiuslibet eorum veros, & legitimos actores, factores, et certos nuntios speciales, et quicquid melius dici, et excogitari potest Philippum Michaelis de Scarperia ciuem Florentinum, et Andream Simonis, &c.*

Extendere, vt supra in mandato ad omnes actus ad quos voluerint, & per tutores constitui possunt actores.

Dantes, &c. Promittentes, etc. sub hypotheca, etc. Qui Philippus, & Andreas actores prędicti, in præ

sentia mei L. iudicis ordinarij, & notarij antedicti, & infrascripti personaliter constituti ad delationem mei L. iudicis ordinarij, & notarij antedicti, & infrascripti iurauerunt ad sancta Dei Euangelia scripturis corporaliter manu tactis in animam, & super animam eorum, & cuiuslibet eorum: Ac etiam promiserunt, & solemni stipulatione conuenerunt mihi L. iudici ordinario, & notario antedicto, & infrascripto, vt publice personę, ad etiam dictis Ioanni, & Paulo tutoribus suprascriptis recipientibus, & stipulantib. pro, & vice, & nomine dictorum M. & Iul. pupillorum, & omnium, & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum in prædictis, & circa prędicta vtilia, & inutilia prętermittere pro dictis pupillis, & quolibet eorum. Ipsosque, & eorum bona, rès, iura, & causas defendere, & defensos non relinquere, sed eorum litibus se offerre, & omnia, & singula alia facere, ad quę de iure tenentur, & debent: Saluo eo, quod vti valeant veritate, & quicquid ad eorum, & cuiuslibet eorum manus peruenerit eisdem ad integrum consignare, & restituere: Sub hypotheca, & obligatione eorum, & cuiuslibet eorum, & eorum, & cuiuslibet eorum, et hæredum, & bonorũ omnium, & singulorum præsentium, & futurorum: Cui quidem actui auctoritatem, &c. Rogantes, &c. vt supra.

Tutela legitima.

Constituti in præsentia mei L. iudicis ordinarij, & notarij infrascripti descripti, & matriculati in arte, & matricula artis iudicum, & notariorum ciuitatis

Florentiæ,

Florentiæ, habentis, & qui habeo tam à Romano imperio, quam ex forma statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ auctoritatem interponendi decretum omnibus & singulis infrascriptis pro tribunali ad cautelā sedentis in infrascripto loco, quem pro idoneo, congruo, & decenti ad prædicta, & infrascripta elegi, & deputaui, Carolus, & Hieronymus fratres, & filij olim Angeli de Peruzis de Florentia dixerunt, & exposuerunt cum reuerentia quod Antonius eorum frater carnalis, & filius olim dicti Angeli mortuus est, & decessit ab intestato, & nullo prius per eum condito testamento iam sunt quattuor menses proxime elapsi, & vltra: Relictis, & adhuc hodie superuiuentibus ex eo, & post eum Nicolao, & Pierantonio eius filijs legitimis, & naturalibus minoribus, & in minori, & pupillari ætate constitutis hæredibus vniuersalibus, quolibet eorum pro vna dimidia dicti olim Anto. natis ex dicto Ant. & D. Smeralda eius tunc vxore legitima, quæ D. Sme. hodie transiuit ad secunda vota.

Vel si decesserit testatus, & non prouiderit de tutore: dicas.

Condito testamento manu N. notarij publici Florentini sub die 13. Ian. 1465. non prouiso de aliquo tutore in dicto suo testamento: Et quod de iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ tutela, & pro debito tempore cura dictorum Nicolai, & Pierantonij pertinet, & spectat ad dictos Carolum, & Hieronymum, tanquam ad patruos dictorum Nicolai, & Pierantonij.

Narres breuiter factum, & parentelam prout est.

Quare petierunt, & petunt a me L. iudice ordinario, & notario antedicto, & infrascripto dari, decerni, constitui, ordinari, elegi, & confirmari in tutores, & pro tutoribus, & debito tempore curatoribus dictorum Ni. & Pieran. pupillorum eorum, & cuiuslibet eorum nepotum ex fratre, & eisdem, & cuilibet eorum committi, & dari gestum, & administrationem, gubernationem, & regimen dictorum Nic. & Pieran. pupillorum, eorumdemque personarum, bonorum, rerum, & iurium: Offerentes se paratos promittere, cauere, & satisdare, iurare, & inuentarium conficere, & renuntiare, & omnia, & singula alia facere, ad quæ de iure tenentur, & debent. Qua petitione, & expositione sic audita ego L. iudex ordinarius notariusque antedictus, & infrascriptus reperto omnia, & singula suprascripta, & supra exposita, & narrata vera fuisse, & esse, eidemque annuens tanquam iuste, dictos Carolum, & Hieronymum ibidem præsentes, & vt supra petentes, & volentes, & quemlibet eorum dedi, constitui, decreui, & confirmaui in tutores, & pro debito tempore curatores dictorum Nic. & Pier. pupillorũ eorum nepotem, eisdemque Carolo, & Hieronymo tutoribus, & pro debito tẽpore curatoribus legitimis simul in concordia commisi gestum, administrationem, gubernationem, & regimen dictæ tutelæ, & pro debito tempore curæ, & personæ, & personarum, rerum, bonorum, & iurium dictorum pupillorum, & cuiuslibet eorum. Et eisdem, & cuilibet eorum rem dictorum pupillorum, & cuiuslibet

iuslibet eorum tradidi, & seu commisi: Dummodo ipsi promitatnt, iurent, caueant, & satisdent, & inuentarium conficiant, & omnia, & singula alia faciant, ad quæ de iure tenentur, & debent. Qui Carolus, & Hierony. constituti, vt supra, promiserunt, & solemnibus stipulationibus conuenerunt mihi L. iudici ordinario, & notario antedicto, & infrascripto, vt publicæ personæ recipienti, & stipulanti pro, & vice, & nomine dictorum pupillorum, & eorum hæredum, & cuiuslibet eorum, & pro omnibus, & singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum. Ac etiam iurauerunt ad sancta Dei Euangelia scripturis corporaliter manu tactis ad delationem mei L. iudicis ordinarij, & notarij antedicti, & infrascripti vtilia dictis pupillis agere, & inutilia prætermittere, eorumq; personas, res, & bona, bona fide regere, custodire, & gubernare, & eorum defensionem sine vlla dilatione subire, & rem ipsorum saluam fore: & dictam tutelam, & pro debito tempore curam bene, fideliter, & diligenter facere, & exercere, & eorum, & cuiuslibet eorum administrationis, & de gestis, & admistratis per eos, & quemlibet eorum debito tempore reddere rationem cum integra reliquorum restitutione, & quicquid reliquorum nomine continetur. Pro quibus quidem Carolo, & Hiero. & eorum precibus, & mandatis: Nicolaus olim Laurentij de Baroncellis ciuis Florentinus sciens se ad prædicta, & infrascripta non teneri, sed volens teneri, & efficaciter obligari, ex certa scientia, & non per errorem, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius

potuit per se suosq; hæredes fideiussit, et fideiussor extitit in omnibus, et singulis suprascriptis, et omnium prædictorum causam, casum, et euentum, penes me L. iudicem ordinarium, et notarium antedictum, et infrascriptum, vt publicam personam recipientem, et stipulantem, pro, et vice, et nomine dictorum pupillorum, et eorum, et cuiuslibet eorum hæredum, et pro omnibus, et singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum.

Aduertatur quod fideiussor debet approbari per dominos officiales pupillorũ intra mensem.

Et promiserunt, et solemni stipulatione conuenerunt dicti tutores, et pro debito tempore curatores, et fideiussor, et quilibet eorum principaliter, et in solidum se obligando mihi L. vt supra recipienti, et stipulanti, predicta omnia, et singula suprascripta perpetuo firma, et rata habere, tenere, attendere, et obseruare, et in nullo contra facere, vel venire, per se, vel alium, seu alios, aliqua ratione, iure, modo, vel causa, de iure, vel de facto, sub pœna, et ad pœnam dupli æstimationis rei, vnde pro tempore agere-tur, et insuper florenorum centum de moneta de lib. 7. pro flor. solemni stipulatione promissa in singulis, et pro singulis capitulis, pactis, membris, siue articulis præsentis contractus, et instrumenti, et sub refectione damnorum, et expensarum, ac intereße litis, et extra. Quæ pœna toties committatur, et peti, et exigi possit, et valeat cum effectu, quoties contra factum fuerit, siue ventum. Qua pœna commissa, vel non, soluta, vel non, seu etiam gratis remissa, prædicta, et infrascripta omnia, et singula nihilominus

nus perpetuo firma, et rata maneant, et perdurent. Pro quibus omnibus, et singulis firmiter obseruandis, et firmis, et ratis habendis. Et pro dicta pœna soluenda, si, et quoties commissa fuerit cum effectu obligauerũt dicti tutores, et fideiussor, et quilibet ipsorum insolidum, et in totum mihi L. iudici ordinario, et notario antedicto, et infrascripto, vt præfertur recipienti, et stipulanti, seipsos, et quemlibet ipsorum insolidum, et in totum, et ipsorum, et cuiuslibet ipsorum insolidum, et in totum hæredes, et bona omnia, et singula præsentia, et futura. Renuntiantes in prædictis omnibus, et singulis exceptioni non sic facti, et celebrati contractus, rei non sic gestæ, doli, mali, vis, metus, fraudis, condictioni indebiti, sine causa, et ex iniusta causa, in factum actioni, fori priuilegio, nouæ, et nouarum constitutionum de fideiussoribus, et epistole diui Adriani de fideiussoribus, et de pluribus reis debendis insolidum. Omniq; alij iuris, legum, canonum, et statutorum constitutioni, priuilegio, et fauori ædito, vel ædendo, et iuri, et legi dicenti, generalem renuntiationem non valere, nisi præcesserit spetialis: Quibus omnibus sic peractis auctoritatem, etc. quibus per guarantigiam, etc. Rogantes, ec.

Hæ generalitates magis placent, quam superiores alterius tutelæ, licet vterq; sint de stilo. Iste tamen sunt breuiores, eligas quas lubet.

Confectio inuentarij.

Item postea dictis anno indictione, etc. Suprascripti Carolus, et Hieronymus tutores, et pro debito tempores curatores prædicti, ante quam ad alios actus se diuerterent: Scientes se de iure ad inuentarij confe-

ctionem teneri, & volentes prout de iure tenentur inuentarium de bonis, rebus, & iuribus dictorum pupillorum conficere: Ipsum inuentarium conficiendo Iesu Christi nomine inuocato, ac sanctissimę Crucis venerabili signo præmisso, constituti in præsentia mei L. iudicis ordinarij, & notarij antedicti, et infrascripti sedentis ad cautelam pro tribunali in infrascripto loco, dixerunt, & asseruerunt, & confessi fuerunt se inuenisse, & inuenire in bonis, rebus, & iuribus dictorum pupillorum ius adeundi, seu immiscendi se in hæreditate dicti olim Antonij eorum patris, seu repudiandi, vel ab ea se abstinendi.

Si pupilli haberent bona propria ad eos pertinentia alio iure, quam ex hæreditate paterna, describantur hic talia bona.

Dicentes, & asserentes se ad præsens nulla alia bona, res, vel iura inuenisse, vel inuenire in hæreditate, & bonis prædictis, & quod si alia inuenient in bonis dictorum pupillorum: huic inuētario addent, vel aliud de nouo conficient, prout de iure tenentur, & debent. Quibus omnibus sic peractis, &c. Rogantes, &c.

Aditio hæreditatis facta per pupillum cum consensu tutorum legitimorum.

Item postea ibidem incontinenti, &c. Suprascripti Car. & Hiero. tutores, & pro debito tempore curatores præfati, ac etiam Nicolaus, & Pierant. pupilli suprascripti cum consensu, verbo, licentia, & auctoritate dictorum Car. & Hier. eorum tutorum prædictorum, ac etiam mei L. iudicis ordinarij, & notarij antedicti, & infrascripti, & cuiuslibet nostrum ibidem præsentium, & eisdem licentiam, consensum, & au-

ctoritatem

ctoritatem dantium, & præstantium, & quilibet eorum scientes, & cognoscentes dictum Antonium patrem dictorum Nicolai, & Pierantonij pupillorum mortuum esse, & decessisse ab intestato, & nullo prius per eum condito testamento, vel alia vltima voluntate, relictis post se dictis Nicolao, & Pierantonio eius filijs legitimis, & naturalibus, & nullis alijs relictis filijs masculis, vel feminis habentibus, & qui habeant dicto olim Antonio in eius hæreditate succedere, vel cum eis in aliqua parte concurrere, & scientes, & cognoscentes dictam hęreditatem eisdem ab intestato delatam, vt supra fuiße, & esse dictis pupillis potius vtilem, & lucrosam, quam inutilem, & damnosam: Idcirco dictam hæreditatem insolidum inter ambos, & pro vna dimidia pro quolibet eorum; cum auctoritate dictorum tutorum, & dicti tutores dicto tutorio nomine adiuerunt, & apprehenderunt, & in ea se immiscuerunt: Dicentes, & asserentes, se dictis nominibus velle commoda, & incommoda dictæ hæreditatis supportare: Cui quidem actui auctoritatem, &c. Rogantes, &c.

Si pupilli essent minores septem annorũ completorum adeant hæreditatem tutores soli, nomine ipsorum pupillorum.

Inuentarium.

Suprascripti Carolus, & Hieronymus tutores, & pro debito tempore curatores legitimi antedicti: Scientes se ad inuentarij confectionem teneri de bonis, rebus, & iuribus dictorum pupillorum, quæ remanserunt in hæreditate dicti Antonij olim patris dictorum pupillorum, Iesu Christi nomine inuocato, ac sanctissi-

ma

mæ Crucis venerabili signo præmisso, dixerunt, et asseruerunt, se inuenisse, et inuenire in hæreditate, et bonis dicti quondam Antonij, et dictorum pupillorum infrascripta bona, videlicet. Ponas bona, vt supra. *Asserentes, et affirmantes, se ad præsens nulla alia bona, res, vel iura inuenisse, vel inuenire in hæreditate, et bonis prædictis, et q̃d si alia inuenient, huic inuentario addent, seu aliud de nouo conficient. Cui quidem actui. etc. Rogans, etc.*

Mandatum factum a pupillo, vel adulto carente tutore, vel curatore cum consensu iudicis.

Cyprianus olim Dominici de Giuntinis de Florentia pupillus maior annorum septem, et minor quattuordecim, constitutus in præsentia egregij legum doctoris D. Bernabæ de Acrissis de Esio iudicis ordinarij quarteriorum Sancti Spiritus, et Sanctæ Crucis ciuitatis Florentiæ, pro tribunali sedentis ad eius solitum iuris banchum pro iure reddendo, vt moris est supplentis in hac parte defectum tutoris, et pro debito tempore curatoris: Asserens, et affirmans se proprio tutore, et pro debito tempore curatore tam testamentario quam legitimo, quam etiam datiuo carere: Cum consensu, verbo, licentia, decreto, et auctoritate dicti D. Bernabæ iudicis collateralis prædicti ibidem presentis, et eidem Cypriano pupillo in prædictis, et infrascriptis omnibus, et singulis auctorantis, et consensum, verbum, licentiam, et auctoritatem dantis, ac præstantis: Necnon vt supra supplentis vicem, et defectum tutoris, et pro tempore curatoris, et omni meliori modo, via, iure, causa, et forma, quo, qua, et quibus magis, et melius potuit, et potest, et sibi

sibi licuit, et licet, citra tamen reuocationem, etc. fecit, ec. Vt supra in alijs mandatis.

Redditio rationis administrationis.

Certum esse dicitur, quod Carolus olim Iacobi de Baroncellis ciuis, et mercator Florentinus, de anno Dominicæ Incarnationis 1462. et de mense Octobris dicti anni, vel alio veriori tempore in instrumento contento assumpsit tutelam, et pro debito tempore curam Sigismundi eius nepotis, et filij olim Galeotti Iacobi de Baroncellis, tunc pupilli, et hodie maioris, et ætatis legitimæ: Eiusdemq; Sigismundi tunc pupilli personam, res, bona, et iura virtute dictæ tutelæ, et pro debito tempore curæ administrauit vsq; ad ætatem maiorem dicti Sigismundi, prout de dicto instrumento, et assumptione tutelæ constare dixerunt manu ser Nicolai ser Antonij de Romena ciuis, et notarij publici Florentini, ad quod, et contenta in eo relatio habeatur. Vnde hodie hac præsenti suprascripta die, dictus Sigismundus constitutus in præsentia mei L. notarij infrascripti, et testium suprascriptorum, ac etiam dicti Caroli eius olim tutoris, et pro debito tempore curatoris prædicti ibidem præsentis, et pro se, et suis hæredibus, et successoribus recipientis, et stipulantis, sponte, et deliberate, non vi, dolo, vel metu, seu aliqua alia machinatione circumuentus, sed ex eius certa scientia, et non per errorem aliquem iuris, vel facti, et omni meliori modo, via, iure, et forma, quibus magis, et melius potuit, et potest, et sibi licuit, et licet, visis inspectis, et cognitis actis, et scripturis, tam publicis, quam priuatis administrationis eiusdem

dixit,

dixit, asseruit, & confessus, & contentus fuit, dictum Carolum olim eius tutorem, & pro debito tempore curatorem, rationem, & computum suæ odministrationis de omni, & toto eo, quod administrauit, & administrare debuit circa personam, res, & bona ipsius Sigismundi occasione ipsius tutelæ, & pro debito tempore curæ, plene, ac aperte sibi reddidiße. Et quod integre sibi dedit, restituit, & consignauit, omne id totum, & quicquid ad eum, & eius manus peruenit de bonis, rebus, & iuribus ipsius Sigismundi occasione administrationis dictæ tutelæ, & curę, quam fecit, & facere debuit in bonis, & circa bona sua. Et ipsum illud, videlicet, quod in reliquis, & residuis fuit, & ipsa omnia reliqua, & residua, & quicquid reliquorum nomine continetur, & omnia, & singula infrascripta bona, & poßeßiones habuiße, recepiße, & sibi tradita, & consignata fuisse a dicto Carolo olim eius tutore, & pro tempore curatore suprascripto. Approbans ex nunc, ratificans, emologans, & confirmans dictus Sigis. ipsos actus, & acta, rationes, & scripturas, & omne id totum, & quicquid per dictum Carolum olim eius tutorem, & pro tempore curatorem dictum, actum, gestum, administratumue fuit in bonis, rebus, & iuribus, & circa bona, res, & iura dicti Sig. olim pupilli, & hodie maioris, & ætatis legitimæ. Et omnes, & singulas solutiones, dationes, & pacta, & contractus quoscunque circa dictam administrationem a dicto Carolo olim eius tutore, & pro debito tempore curatore occasione d. tutelæ, & pro debito tempore curæ factos. Et de quibus omnibus vocauit se bene solutum, tacitum, & contentum.

Qua-

Quapropter dictus Sig. olim pupillus, & hodie maior, & ætatis legitimæ promisit, & solemni stipulatione conuenit dicto Carolo ibidem præsenti, & vt supra recipienti, & stipulanti de cætero vllo vnquã tempore non petere, nec peti facere per se, vel alium, in iudicio, vel extra dicto Carolo, vel eius hæredibus, aut ab altero pro ipso aliquid aliud occasione dictæ tutelæ, & pro debito tempore, curæ, & administrationis eiusdem bene, vel male gestæ, aut occasione inuentarij non confecti, etiam debito tempore, vel repertorij legitime non confecti, & celebrati, vel quod reddat eidem de cætero rationem vel reliqua restituat. Et nullo vnquam tempore in futurum dicere, vel opponere per se, vel alium in iudicio, vel extra de iure, vel de facto, quod ratio non fuerit, vel sit ei reddita, & reliqua, & quicquid reliquorum nomine continetur integre præstita, & restituta. Et nullam aliam contrariam exceptionem, offensionem, vel defensionem, seu negationem iuris, vel facti contra aliquod prædictorum, vel infrascriptorum in aliquo dicere, facere, vel opponere eidem Carolo olim eius tutori, & pro tempore curatori, vel eius hæredibus, & successoribus. Insuper dictus Sig. per se, & suos hæredes, vt supra fecit finem, quietationem, refutationem, absolutionem, & pactum perpetuum de vlterius aliquid non petendo dicto Car. ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus recipienti, & stipulanti de omni, & toto eo, quod ab eo, vel suis hæredibus, & successoribus petere, & exigere possit occasione dictæ tutelæ, & pro debito tempore, curæ, & administrationis eiusdem bene, vel male gestæ, seu alia quacunque ratione,

tione, vel causa, cum scriptura, vel sine, publica, vel priuata, pure, in diem, vel sub conditione: Et hoc ideo fecit dictus Sig. quia sibi vt supra de prædictis vocauit se bene solutum, tacitum, & contentum exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renuntians. Liberãs d. Sig. dictum Ca. per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem subsequentem legitime interpositam, quæ omnia, &c. Sequere, vt supra clausulas generales in contractu finis.

Inuentarium.

In Dei nomine Amen. Hoc est inuentarium factum in domo habitationis, & solitæ habitationis Bernardi Neri de Azarolis de bonis, & rebus in dicta domo existentibus per Augustinum Iuliani de Lanfredinis ciuem Flor. In *præsentia mei L. Notarij infrascripti, & testium suprascriptorum. Qui Augustinus, Iesu Christi nomine inuocato, ac sanctiss. Crucis venerabili signo præmisso, dixit, & asseruit, & confessus fuit se inuenisse, & inuenire in dicta domo habitationis d. Ber. infrascriptas massaritias, res, & bona infrascripta, videlicet.*

Ponas bona primo mobilia, deinde immobilia, & sequere, vt in alijs vsque ad finem.

Inuentarium confectum ab executoribus testamenti.

In Dei nomine Amen, &c. Nouerint vniuersi, & singuli hoc præsens publicum instrumentum, & inuentarium inspecturi. Qualiter nobiles viri Philippus Ioan. Francisci de Spinellis ciuis Floren. & Leonardus olim Vannelli de Florentia, exequutores testamenti, & vltimæ voluntatis Francisci Nicolai de Vberti-

Vbertinis de Flor. prout de dicto testamento constare. dixerunt publicum instrumentum publice scriptum, rogatum, & publicatum manu ser Petri Caroli Vine ciuis, & notarij Florentini: Constituti in præsentia mei L. notarij infrascripti, & testium suprascriptorum Iesu Christi nomine inuocato ac sanctissimę Crucis venerabili signo præmisso, fecerunt inuentarium de bonis, rebus, & iurib. dicti quondam Fr. de Vbertinis testatoris, & quæ in eius hæreditate, & bonis fuerunt, & remanserunt, & sunt dixeruntq; , & confessi fuerunt se inuenisse, & inuenire in hęreditate, & bonis dicti olim F. de Vbertinis infrascriptas massaritias, res bona, & iura hoc modo descripta, contenta, & confinata, videlicet. Ponas bona, vt supra, & ea quæ non vales bene dicere latino sermone, dicas vulgariter ad hoc, vt facilius intelligantur. Sequere vt supra. *Rogans, &c.*

Aditio hereditatis cum beneficio legis, & inuentarij.

Quoniam benigna legum decreuit auctoritas, vt hæreditates defunctorum possint adiri, & apprehendi cum beneficio inuentarij, vt hæredes non teneantur creditoribus hæreditarijs nisi quatenus vires hæreditariæ patiuntur, & vt actiones ipsis hæredibus competentes non confundantur, & vt beneficio legis Falcidiæ, & alijs beneficijs ipsis hęredibus a iure concessis vtantur, & vti possint, & valeant. Ideo Bern. olim Mat. de Vannellis sciens, & cognoscens Mat. eius patrem condidisse testamentum manu N. notarij publici Florentini sub die, &c, & hęredem instituisse d. B. eius

filium

filium, vt in dicto testamento, eundemque Mattheum mortuum eße, & deceßiße iam est mensis proxime elapsus, & vltra, relicto post se dicto Ber. eius vnico filio masculo legitimo, & naturali, & nullis alijs relictis filijs, vel alijs descendentibus masculis legitimis, & naturalibus habentibus, et qui habeant dicto Matheo succedere, vel cum dicto Ber. in aliqua parte concurrere, & sciens, et cognoscens dictam hæreditatem eidem in solidum esse delatam: Timens tamen, ne dicta hæreditas nimis foret debitis, et legatis, & ære alieno grauata. Volens vti, & vti posse, & gaudere beneficio legis, & inuentarij, ne vltra vires hæreditarias legatis, & fideicommissis singularibus, seu vniuersalibus, & seu ære alieno prægrauetur, & ad hoc vt Falcidiam, & Trebellianicam detrahere possit quatenus eidem a iure permittitur, & vt in omnem casum, & euentum clarum, & certum sit quid, & quantum remansit in hæreditate dicti Mathei, & ad omnē meliorem iuris effectum, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quib. magis, & melius potuit dictam hæreditatem adiuit, et seu apprehendidit, & seu in ea se immiscuit cum beneficio inuentarij protestans in principio, medio, & fine præsentis contractus, & aditionis, quod beneficijs & fauoribus a iure concessis adeuntibus hæreditatē cum beneficio inuentarij, & illud incohantibus, et complentibus intra tempus, & tempora a lege statuta vti, frui, & gaudere possit intendit, & vult. Rogans, &c.

Deinde adeas iudicem competentem, & exhibeas talem qualem petitionem, & narratis prædictis facias citari creditores, & legatarios, & demū facias inuentarium, prout infra.

Inuen-

Inuentarium confectum ab hærede cum beneficio legis, & inuentarij.

Certum eſſe dicitur, quod Mattheus de Vannellis ſuum ſine ſcriptis nuncupatiuum condidit teſtamentum, & vltimam voluntatem: in quo plura diſpoſuit, & legauit: & ſibi hæredem vniuerſalem fecit, & eſſe voluit Bernardum eius filium vnicum, prout de dicto teſtamento conſtare dixerunt publicum inſtrumentum publice ſcriptum, rogatum, & publicatum manu ſer Angeli ſer Alexandri de Caſceſio ciuis, & notarij Florentini de anno domini proxime præterito. 1462. *& die quintadecima Auguſti dicti anni: & quòd poſtea de dicto anno, & de menſe Octobris proxime præteriti, & poſt dictum conditum teſtamentum, & vltimam voluntatem, dictus Mattheus teſtator mortuus eſt, & deceſſit nullo alio per eum condito teſtamento, vel alia vltima voluntate, relicto poſt ſe, & adhuc hodie ſuperueniente dicto Bernardo eius filio hærede inſtituto prædicto, et nullis alijs relictis habentibus dicto Mattheo ſuccedere vel cum dicto Bernardo in aliqua parte concurrere: Vnde hodie hac præſenti ſupraſcripta die, dictus Bernardus hæres inſtitutus prædictus, volens non inconſultè, ſed cum beneficio inuentarij hæreditatem dicti olim Matthei ſui patris adire, & in ea ſe immiſcere, ne vltra vires hæreditarias ad nihilum quomodolibet teneatur vel teneri poſſit, & vt beneficia inuentarij huiuſmodi reſeruata ſibi ad integram ſuccurrant & reſeruentur.*

Narrentur acta. *Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri nomine inuocato, ac ſanctiſſimæ crucis venerabili ſigno præmiſſo.* Signum †. *Conſtitutus in præſentia mei*

L.notarij infrascripti, & testium suprascriptorum, nec non M.N.L.& P.ciuium mercatorũ Florentinorum, qui omnes, & singuli, & quilibet eorum habent in bonis de per se, valorem florenorum quingentorum, & ser F. ser C. ser T. ser A. notariorum, et ciuium Florentinorum, ex commissione nobis facta per iudicem collateralem, &c.

Insuper agnatis, cognatis, & legatarijs, & fideicommissarijs, & creditoribus omnibus, & singulis dictæ hæreditatis citatis, & requisitis. Præsens inuentarium de bonis, rebus, & iuribus, dicti olim Matthei, & hodie eius hæreditatis in hunc modum, & formam facere procurauit, & fecit, videlicet. Ponas bona, vt supra. *Asserens, & affimans se nulla alia bona, res, vel iura ad præsens inuenire in dicta hæreditate, & bonis dicti olim Mathei, & quad si alia inueniet huic inuentario addet, vel aliud de nouo conficiet. Rogans, &c.*

Io Bernardo di Matteo Vannelli ho fatto questo inuentario di tutti i beni, & cose, che si truouano nella heredità di detto Matteo: & in fede di ciò mi sono sottoscritto di mia propria mano detto dì, in presentia di detto ser N. notaio, & di detti testimoni, & quattro mercanti sopranominati.

In subscriptione tua dicas: *Ego L.&c. prædictis omnibus, &c. ex commissione mihi facta, & data per D.N. iudicem, &c.*

Et facias subscribi dictos quattuor legales, & bonos viros, qui habeant in bonis valorem florenorum quingentorum, hoc modo, videlicet.

Io Martino fui presente a tutte le soprascritte cose, & alla celebratione, & confettione del soprascritto inuentario insieme con detti, & infrascritti N. L. & T. per vigore di commissione a noi data per il giudice del quartiere di S. Spirito, & di S. Croce del presente Podestà di Firenze: & però mi son sottoscritto di mia propria mano detto dì, &c. Et postea facias subscribi a tribus, vel quattuor notarijs, hoc modo, videlicet.

Ego Balthassar Alberti de Bondonibus ciuis, & notarius publicus Flo. suprascripto inuentario, vt supra facto, & eius confectioni interfui, & præsens fui vnà cum supranominatis ciuibus, & infrascriptis alijs notarijs, & ad fidem præmissorum de mandato dicti iudicis, & curiæ me suprascripsi hodie hac præsenti suprascripta die.

Aditio hæreditatis.

Annibal, & Laurentius fratres, & filij olim Gherardi de Centurionibus de Flor. Scientes dictum Gherardum eorum patrem mortuum esse, & decessisse ab intestato, & nullo prius per eum condito testamento, nec alia vltima voluntate iam sunt sex menses, vel circa, relictis post se, & adhuc hodie superuiuentibus dictis Annibale, & Lauren. & Bernardo fratribus & filijs dicti Gherardi, & nullis alijs relictis filijs masculis, vel fœminis, vel alijs descendentibus legitimis, & naturalibus habentibus, & qui habeant dicto Gherardo succedere, vel cum dictis Annibale, Laur. & Ber. in aliqua parte cõcurrere, & scientes, et cognoscentes dictam hæreditatẽ fuisse, & esse eisdem Annib. & Lau. pro duobus tertijs partibus delatã, et

esse sibi potius vtilem, & lucrosam, quam inutilem, & damnosam: Idcirco dicti Annib. & Lau. omni meliori modo, via, iure, & forma quibus magis, & melius potuerunt, & eis licuit, & licet dictæ hæreditati eisdem, vt supra ab intestato delatæ pro duabus tertijs partibus, & pro omni rata, & portione sibi quomodolibet tangente, & spectante se immiscuerunt, & illam adiuerunt: Si vero esset alius, quàm filius qui adiret hæreditatem: Dicas adiuerunt, & apprehendiderunt. Asserentes se velle commoda, & incommoda dictæ hæreditatis supportare: Rogantes, &c.

Repudiatio si hæreditatis.

Dominicus olim Francisci Alamani de Agolantibus de Florentia, constitutus in præsentia mei L. notarij infrascripti, & testium suprascriptorum: Sciens Galeazum eius patruum, et fratrem dicti olim Francisci, & filium dicti olim Alamanni iam est biennium vel circa mortuum esse, & decessisse ex testamento, & suo prius per eum condito testamento, & vltima voluntate. In quo sibi hæredem vniuersalem instituit dictum Dominicum eius nepotem. Si vero decessisset intestatus dicatur ab intestato vbi dicitur ex testamento. *Relicto post se dicto Dominico eius nepote, & nullis relictis filijs masculis, vel fœminis, legitimis, & naturalibus, vel alijs descendentibus, ascendentibus, & seu transuersalibus habentibus, & qui habeant dicto Galeazo succedere, vel cum eo in aliqua parte concurrere: & sciens, & cognoscens dictam hæreditatem fuisse, & esse, sibi insolidum ex testamento delatam, & esse sibi potius inutilem, & damnosam, quàm vtilem, & lucrosam: Idcirco dictus*

Domi-

Dominicus ex certa ſcientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, & poteſt, ſibi licuit, & licet dictam hæreditatem ex teſtamento vt ſupra delatam, repudiauit, & ab ea ſe abſtinuit, aßerens, ſe nolle commoda, vel incommoda dictæ hæreditatis ſunportare. Rogans, &c.

Nota quod ex forma ſtatutorum Florentinorum ad hoc vt valeat, in aliquo ex concilijs communis Florentię, debet notificari infra menſem a die repudiationis, ſi eſt facta in ciuitate, alias ſi facta extra ciuitatem debet notificari intra duos menſes, vel ſecundum loci diſtantiam, & ſolui debet certa taxa: & fiat notificatio in forma ſequenti videlicet.

Notificatio repudiationis hæreditatis in conſilio.

Domenico di Franceſco d'Alamanno Agolanti popolo, &c. rifiutò l'heredità di Galeazo ſuo zio, & figliuolo fu di detto Alamanno, ſoto di 12. di Luglio 1482. carta per mano di Ser Lorenzo &c. notaio, & Cittadino Fiorentino ſotto detto dì.

Inſtrumentum tranſactionis, & accollationis ſocietatis.

Certum eße dicitur, quod de anno Dominicæ incarnationis. 1470. & de menſe Auguſti dicti anni, Lucas olim Guilielmi de Spinis de Florentia ex vna, & Lambertus olim Anaſtaſij de Albizis de Florentia ex parte alia contraxerunt ſimul inuicem, & viciſſim quandam ſocietatem ad trafficandum, & mercantias faciendum in curia Romana, & per alia loca op-

portuna: Et quod dictus Lucas pro sua portione, & rata sibi tangente in capitali, & corpore dictæ societatis misit florenos mille auri largos, & dictus Lambertus misit, & posuit pro sua rata, & portione in dicta societate pro capitali, & corpore florenos 450. auri largos: Cum pacto quod de lucro faciendo in dicta societate, & similiter de damno, quod Deus auerteret, quilibet eorum participaret pro dimidia, & inspecta qualitate, & industria dicti Lamb. qui in similibus multum bene erat, & est practicus, & expertus: & cum alijs pactis, modis, & conditionibus prout constare dixerunt dictæ partes per quandam scripturam, & cautionem priuatam inter dictas partes confectam, manu Laurentij de Florenis Sensalis de ciuitate Florentiæ, & subscriptam manu propria dictarum partium sub dicta die, ad quam & contenta in ea relatio habeatur: & quod dictus Lambertus gessit, & administrauit facta, & negotia dictæ societatis, & quod de præsenti anno domini 1475. dicta societas expirauit, & est finita, & quod dictus Lucas egit in curia mercantiæ ciuitatis Florentiæ contra dictum Lambertum petendo ab eo, quod redderet computum administrationis suæ, & de gestis, & administratis per eum dicta in societate: & quod dictus Lambertus comparuit, & contradixit prædictis, & dixit, & dicit in dicta societate esse potius damnum, & perditam, quã lucrum, & quod dictus Lucas replicat hoc sua ipsius Lamberti culpa, & dolo, & negligentia euenisse, qui excessit fines mandati, & commissionis sibi datæ, & pacta, & conuentiones in dicta scripta contenta, maxime faciendo fidem de pretio, & seu credentiam

de

de dictis mercantijs, & quod est dubium, & incertum, an sit verum, quod dictus Lambertus excessit fines mandati, & commissionis sibi factæ, & contrafecerit pactis, & conuentionibus in dicta scripta, & cautione priuata contentis, maxime propter varias, & diuersas probationes, & genera probationum ab vtraque partium in dicta causa hinc inde facta, prout prædicta constare dixerunt in actis, & per acta dictæ curiæ mercantiæ, ad quod, & quæ omnia contenta in eis relatio habeatur: Vnde hodie hac præsenti suprascripta die, dictus Lucas ex parte vna, & dictus Lambertus ex parte alia, volentes parcere sumptibus, & expensis, & futuris litibus obuiare, per se, & eorum, & cuiuslibet eorum hæredes, & successores ex certa scientia, & noc per errorem aliquem iuris, vel facti solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus deuenerunt ad infrascriptam concordiam, pactum, conuentionem, & transactionem, videlicet. In primis, quod dictus Lambertus teneatur, & obligatus sit, & sic sponte promisit dictus Lambertus dare, soluere, & numerare dicto Lucæ florenos trecentos quadraginta auri, largos, in auro, hinc ad tres menses proxime futuros, in ciuitate Florentiæ pro omni, & toto eo quod dictus Lucas quomodolibet petere, vel exigere poßet a dicto Lamberto, vel ab alia quacunque persona vsque in præsentem diem, vel poterit in futurum occasione dictæ societatis.

Item, quod omne lucrum, & damnum, & omne bonum, & omne malum dictæ societatis spectet, et pertineat, & spectare, et pertinere intelligatur pleno iure

dicto, et ad dictum Lambertum ; et sic dictus Lucas eidem Lamberto remisit, dedit, cessit, transtulit, et mandauit omnia iura, et actiones reales, et personales, vtiles, et directas, meras, et mixtas, tacitas, et expressas, ciuiles, et prætorias, anormalas, et conuentionales, et quascunque alias sibi Lucæ quomodolibet pertinentes, et spectantes, et competituras quomodolibet in futurum in dicta societate, et occasione dictæ societatis contra omnes, et singulas, et quascunque personas, et debitores quomodolibet dictæ societati obligatos. Si vis latius extendere vt supra in instrumento cessionis poteris. *Et è conuerso dictus Lambertus promisit, et solemni stipulatione conuenit eidem Lucæ præsenti, et pro se, et suis hæredibus recipienti, et stipulanti, ipsum liberare, et conseruare indemnem, et penitus sine damno ab omnibus, et singulis creditoribus dictæ societatis, et se facturum, et curaturum ita, et taliter, quòd dicti creditores si qui extant, vel extabunt vllo vnquam tempore in futurum aliquid non petent, nec exigent a dicto Luca, vel eius hæredibus, nec ipsum Lucam, vel eius hæredes personaliter, vel in bonis molestabunt sub infrascripta pœna, et sub refectione damnorum, et expensarum, ac interesse litis, et extra: Item quòd stantibus firmis prædictis omnib. et singulis, dictæ partes, et quælibet earum intelligatur esse, et sit finita, absoluta, et liberata vna ab alio, et è conuerso.*

Et sic dicti Lucas, et Lambertus solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus, fecerunt sibi inuicem, et vicissim vnus alteri, et è conuerso finem, quietationem, refutationem, absolutionem, et pactum per-

perpetuum de vlterius aliquid non petendo vnus ab alio è conuerso generaliter de omni, et toto eo, quod vna pars ab alia, et è conuerso petere poßet vsque in pręsentem diem, quacunque ratione, iure, modo, vel causa, quomodolibet dicenda, vel excogitanda: et maxime specialiter, et nominatim occasione dictæ societatis: Ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec è conuerso: Cum scriptura vel sine, publica vel priuata, pure in diem vel sub conditione: Et hoc ideo fecerunt partes prædictæ, quia vocauerunt se ad inuicem, et viciſsim bene solutos, tacitos, et contentos saluis tamen prædictis: exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renuntiantes: Et prædictam finem fecerunt per Aquilianam stipulationem, et acceptilationem subsequentem legitime interpositã: Quæ omnia etc. Sequere clausulas generales vt supra in alijs instrumentis, vbi sunt mutuæ promissiones.

Compromissum.

Ioannes olim Gherardi de Canisianis populi sanctæ Luciæ supra Arnum de Florentia, per se, et suos hæredes ex parte vna: et Augustinus olim Pauli Amerigi de Frescobaldis populi sancti Fœlicis in platea de Florentia per se, et suos hæredes, ex parte alia sponte et ex certa scientia, et omni meliori modo via, iure, et forma, quibus magis, et melius potuerunt. Generaliter omnes, et singulas eorum, et cuiuslibet eorum lites, causas, quæstiones, controuersias, discordias, et differentias, inter dictas partes vertentes, et quæ verti, et oriri poſsent, vel poterunt in futurum, vsque in diẽ duraturi præsentis compromiſsi, quacunque ratione, iure,

iure, modo, vel causa, communi concordia commiserunt, & compromiserunt, & de eis compromißum generale fecerunt, in prudentes viros Orlandum Bartholomæi de Gherardis, & Mariottum Laurenty de Benuenutis ciues Florentinos, tanquam in eorum arbitros, & arbitratores, & amicabiles compositores, & bonos viros. Dantes, & concedentes dictæ partes dictis arbitris, & arbitratoribus ambobus in concordia, plenam licentiam, auctoritatem, potestatem, & baliam, in prædictis, & super prædictis litibus, causis, quæstionibus, controuersijs, & differentiis, & qualibet earum, & dependentibus, & connexis ab eisdem de iure, & de facto, & de iure tantum, & de facto tantum, semel, & pluries, & quotiescunque dictis arbitris, & arbitratoribus ambobus in concordia videbitur, & placebit cognoscendi, & producendi, laudandi, sententiandi, arbitrandi, pronuntiandi, & declarandi, componendi, absoluendi, & condemnandi, præcipiendi, & mandandi, & de bonis, rebus, & iuribus vnius partis, & econuerso alteri parti, dandi, & adiudicandi. Hæc clausula ponatur si est de voluntate partium. *Etiam cum constituto, constitutione procuratoris, cessione iurium, & promissione defensionis generalis, & de euictione bonorum adiudicatorum in forma plenissima iuris ordine seruato, vel non seruato, in scriptis, & sine scriptis, partibus præsentibus, vel absentibus, vel vna parte præsente, & altera absente, partibus citatis, vel non citatis, vel vna parte citata, & altera non citata, sedendo, vel recte stando, & omni iuris, & statutorum solemnitate omißa, & penitus non seruata, &*

breui-

breuiter, summarie, & de plano omni die, hora, loco, & tempore, non obstantibus aliquibus ferijs, & ipsorum arbitrorum, & arbitratorum lauda, arbitria, diffinitiones, sententias, & præcepta, & quamlibet eorum partem semel, & pluries, & quotiescunque voluerint mutandi, corrigendi, interpretandi, & declarandi. Apponatur hæc clausula si est de voluntate partium. *Omni hora, loco, & tempore, et quandocunque infra tempus, & terminum dicti præsentis compromissi: Cum pacto apposito in præsenti compromisso, & solemni stipulatione vallato inter ipsos compromittentes, de omnibus, & singulis his, quæ, seu de quibus per dictos arbitros, & arbitratores ambos in concordia laudari, & arbitrari contigerit, intelligatur fuiße litem, quæstionem, & controuersiam inter dictas partes, & de his expreße compromissum fuisse, & præsenti compromißo venire censeatur, & intelligatur, ac si de eis in præsenti compromißo facta foret mentio specialis. Nec non promittentes, & conuenientes dictæ partes sibi inuicem, & vicissim solemnibus stipulantibus hinc inde interuenientibus stare, parere, & obedire, obseruare, & cum effectu executioni mandare omnibus, & singulis laudis, sententijs, arbitrijs, diffinitionibus, & præceptis, & omnia, & singula lauda, sententias, diffinitiones, arbitria, & præcepta dictorum arbitrorum, & arbitratorum amborum in concordia modo, forma, loco, tempore, terminis, & conditionibus, dicendis, statuendis, & ordinandis, infra tempus præsentis compromissi per ipsos arbitros, & arbitratores ambos in concordia, & ab ipsorum laudis, senten-*

sententijs, arbitrijs, diffinitionibus, & præceptis, vel eorum aliquo, vel eorum, vel alicuius eorum parte, articulo, capitulo, vel membro non appellare, vel appellari facere, vel appellationis causam prosequi, nec de nullitate, vel iniquitatę dicere, vel apponere, nec petere, vel peti facere, ipsa vel eorum aliquod in totum, vel in partem corrigi, vel emendari, vel reduci ad arbitrium boni viri. Quinimo præsens compromissum, & omnia, & singula suprascripta, quæ sequerentur ex eis, vel aliquo eorum perpetuo firma, & rata habere, tenere, obseruare, & adimplere, & in nullo cõtra facere, vel venire per se, vel alium, seu alios aliqua ratione, iure, modo vel causa, de iure, vel de facto in iudicio, vel extra sub pœna florenorum ducentorum de moneta solemni stipulatione præmissa inter dictas partes in singulis, & pro singulis capitulis, pactis, mẽbris, siue articulis huius præsentis compromissi, & cuiuscunque laudi ex eo secuturi. Quæ pœna toties committatur, & peti, et exigi possit, & valeat cum effectu, quoties contrafactum fuerit siue ventum: vel vt dictum est cum effectu non fuerit obseruatum. Qua pœna commissa vel non, soluta vel non, exacta vel non, seu etiam gratis remissa prædicta, & infrascripta omnia, & singula, & quę laudari contigerit, vt supra nihilominus perpetuo firma maneant, & perdurent. Et sub refectione damnorum, & expensarum, ac interesse litis, & extra: Pro quibus omnibus & singulis obseruandis, & pro dicta pœna soluenda, si & quoties commissa fuerit cum effectu, dictæ partes obligauerunt sibi inuicem. & vicissim vna alteri, & è conuerso se ipsos, & eorum, & cuiuslibet eorũ

hære-

hæredes,& bona omnia, & singula præsentia, & futura: Renuntiantes in prædictis omnibus,& singulis exceptioni non sic facti, et celebrati contractus, rei non sic gestæ, aliter fuisse dictum, & recitatum quàm scriptum,& è conuerso doli mali, vis metus, fraudis, conditioni indebiti, sine causa,& ex iniusta causa. fori priuilegio, in factum actioni, omniq; alij iuris canonū, & statutorum beneficio priuilegio,& fauori, & iuri, & legi dicenti generalem renuntiationem non valere, nec sufficere nisi præceßerit specialis. Quibus quidem compromittentibus præsentibus, audientibus,& intelligentibus, volentibus,& cofitentibus, & cuilibet eorum præcepi ego L. iudex ordinarius, notariusq; publicus infrascriptus per guarantigiam vice,& nomine iuramenti prout mihi licuit,& licet ex forma statutorū communis Florentiæ, de guarantigia loquentium, quatenus prædicta omnia,& singula supra per eos, et quēlibet eorum promißa, attendant, faciant,& obseruent iuxta præsentis pub. instrumenti vim, formam, tenorem, seriem,& effectum: & prout supra promiserunt continetur,& scriptum est. Et hoc præsens compromissum durare voluerunt, et uires habere hinc ad tres annos proximè futuros: Rogantes, &c.

Et nota quod ad tollendas fraudes fuit ædita lex per opportuna consilia ciuitatis Florentiæ quod compromissa, quæ fiunt vltra tempus triennij debeant notificari in vno ex consilijs cum solutione taxæ prout in notificatione emancipationum, aliter non valeant.

Compromissum cum pluribus pactis.

Bartholomæus &c ex parte vna,& Antonius per se,&

se, & suos hæredes. Ita quod præsens compromissum transeat, & vires habeat, ac si extendat ad hæredes dicti Antonij, & post mortem dicti Antonij eius hæreditate adita, vel non adita, & seu iacente. Ita dicas in vtraque parte. *Et parte alia generaliter omnes, & singulas eorum lites, causas, quæstiones, contrauersias, & differentias inter dictas partes quomodolibet vertentes, & seu quæ verti, & oriri possent, vel poterunt in futurum, & tam ortas, quam oriundas inter dictas partes compromittentes, vsque in diem duraturi præsentis compromissi quacunque ratione, iure, modo, vel causa, quæ quomodolibet dici, vel excogitari posset communi concordia, & voluntate, & omni meliori modo, via, iure, & forma quibus magis, & melius potuerunt, & eis licuit, & licet commiserunt, & compromiserunt, & de eis, & de qualibet earum compromissum generale fecerunt in nobiles, & prudentes viros Donatum de Acciarolis, & Philippum de Strozzis ambos in concordia, tanquam in dictarum partium arbitros, & arbitratores, & amicos communes, & amicabiles compositores, & bonos viros. Dantes, & concedentes dictæ partes compromittentes, & quælibet ipsarum insolidum, & in totum dictis arbitris, & arbitratoribus ambobus in concordia plenam licentiam, auctoritatem, potestatem, & baliam, & mandatum, & liberum arbitrium inter dictas partes compromittentes, & quamlibet earum super huiusmodi causis, quæstionibus controuersiis, discordijs, & differentijs, & etiam super liquidis sententiatis, et claris, quib. ad cautelam ex nunc dictæ partes renuntiauerunt.* Sed hoc

non

non dicas nisi expressa voluntate partium.

Et qualibet, seu altera earum, & dependentibus, & connexis ab eisdem laudandi, sententiandi, arbitrandi, diuidendi, diffiniendi, adiudicandi, componendi, transigendi, absoluendi, & condemnandi, præcipiendi, & mandandi, & de bonis rebus, & iuribus vnius partis, & è conuerso alteri parti dandi, & adiudicandi, cedendi, & concedendi. Non apponas hanc clausulam nisi de voluntate partium.

Et quæ bona sic danda, & adiudicanda, ex nunc dictæ partes compromittentes, et qualibet earum vna pro altera, & è conuerso nomine alterius tenere, & possidere, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc constituit, & seu constituerunt, & laudum, sententiam, arbitrium, & arbitramentum inter dictas partes, & quamlibet earum semel, & pluries, & totiens quotiens dictis arbitris, & arbitratoribus ambobus in concordia videbitur, & placebit, durante tempore præsentis compromissi, dandi, & ferendi de iure, & de facto, simul, & de iure tantum, & de facto tantum, cum processu, causæ cognitione, & sine iuris ordine seruato, & non seruato, in scriptis, & sine scriptis, partibus præsentibus, vel absentibus, & vna parte præsente, & altera absente, partibus citatis, & non citatis, & vna parte citata, & altera non citata, diebus feriatis, & non feriatis. & locis prohibitis, et non prohibitis, sedendo, & recte stando, & aliter, & qualitercunq; manendo, alte, & basse, & non seruatis seruandis, & omni iuris, ac statutorum, & ordinamentorum cōmunis Florentię, vel alterius cuiuscunque loci solemnitate omissa, & penitus nō seruata, & breuiter summa-

summarie,& de plano,& sine strepitu, & figura iudicij, non obstantibus aliquibus ferijs, vel alijs quibuscunque quomodolibet in contrarium disponendibus,& ipsorum arbitrorum,& arbitratorum lauda, arbitria, sententias, diffinitiones,& præcepta,& quodlibet eorum,& quamlibet eorum partem semel,& pluries,& quotiescunque voluerint mutandi, corrigendi, reuocandi, delendi,& annulandi, interpretandi, & declarandi, omni die,& hora, loco,& tempore, & quandocunque intra tempus, & terminum duraturi præsentis compromissi. Cum pacto apposito in præsenti compromisso, & solemni stipulatione vallato inter dictas partes, quòd si dicti arbitri, & arbitratores non laudauerint intra tempus vnius mensis ab hac die possint & valeant, & eis liceat in concordia deinde intra decem dies proxime subsequentes eligere sibi tertium coarbitrum,& coarbitratorem. In quem coarbitrum,& coarbitratorem,& supranominatos et quoscunque duos ex eis in concordia cum eadem auctoritate, potestate, & balia quam habent dicti suprascripti arbitri, & arbitratores dictæ partes dictis modis,& nominib. compromiserunt vt supra. Quo coarbitro, & coarbitratore electo quicunque duo ex eis in concordia alio absente, vel præsente,& contradicente, vel mortuo, & seu quomodolibet impedito & illo etiã non citato possint cognoscere, procedere laudare, & sententiare & facere vt supra inter dictas partes cõpromittentes. Et ex nunc dictæ partes, & quelibet earum cõmuni concordia fecerunt, constituerunt, creauerunt, & solemniter ordinauerunt, dictos Donatum, & Philippum eorum arbitros, & arbitratores ambos in concordia di-

ctarum

ctarum partium procuratores, & certos nuncios speciales specialiter, & nominatim ad eligendum & nominandum sibi tertium coarbitrum, & coarbitratorem. Si vero partes vellent tertium extra si de bursa recursus dicas. *Cum pacto apposito, & solemni stipulatione vallato in præsenti compromisso inter dictas partes, quòd si dicti arbitri, & arbitratores intra tempus vnius mensis proxime futuri ab hac die non laudauerint extrahi debeat ad instantiam cuiusuis dictarum partium intra decem dies proxime subsequentes à fine dicti mensis vnus mercator de bursa recursus curiæ mercantię in tertium coarbitrum, & coarbitratorem: In quem coarbitrum, & coarbitratorem, sic vt supra extrahendum de dicta bursa recursus dictę partes ex nunc, vt supra pariter compromiserunt.*

Prorogatio compromissi.

Certum esse dicitur, quod de anno domini proxime præterito. 1465. de mense Iulij dicti anni: Adouardus, &c. ex parte vna, & Bartholomæus, &c. ex parte alia omnes eorum lites, causas, quęstiones, discordias, & controuersias, commisserunt, & compromiserunt: & de eis, & qualibet earum fecerunt generale compromissum in Bernardum de Rimerijs, & Piephilippum de Pandolfinis ciues, & mercatores Florentinos, tanquàm in eorum arbitros, & arbitratores & amicabiles compositores cum auctoritate & alijs de quibus in compromisso duraturo inde ad tres annos tunc proxime futuros, prout hæc, & alia latius constare dixerunt publico instrumento rogato manu ser Pierantonij de Vincio ciuis, & notarij Florentini

ad quod se retulerunt. Vnde hodie hac præsenti suprascripta die dicti Adouardus ex vna,& Bartholomæi ex parte alia,modis, & nominibus quibus supra, & in dicto compromißo contentis communi concordia suprascriptum compromißum, & terminum in eo contentum, & appositum, & dictis arbitris, & arbitratoribus,vt supra datum,& assignatum a dictis partibus prorogauerunt, et ad cautelã in eosdem arbitros, & arbitratores de nouo commiserunt, & compromiserunt, et compromissum generale fecerũt hinc ad per totum mensem Iulij,anni domini 1471.cum eisdem auctoritate, licentia, potestate, & balia pactis, modis, conditionibus,& formis, obligationibus, renuntiationibus,pœna,& pœnæ promißionibus & alijs, quæ,& prout,& sicut in dicto compromisso constat, continetur,& apparet. Rogans, &c.

Si volueris subdere clausulas generales, videlicet:quæ omnia, &c. poteris.

Electio tertij in compromisso.

Cum Galeazus,&c.& Ridolphus,&c.fecerint generale compromißum in Carolum, &c. & Damianum,&c. tanquam in eorum arbitros, & arbitratores, & amicabiles compositores ambos in concordia cum auctoritate, & alijs de quibus in compromißo. Et inter alia in dicto compromißo contenta, fuerit ex pacto appositum, & expressum per dictas partes, quod si dicti arbitri, & arbitratores non laudarent intra mensem, quod ipsis arbitris, & arbitratoribus liceret,& possent eorum propria auctoritate sibi eligere tertium coarbitrum,& coarbitratorem. Dictosque eorum arbitros, & arbitratores fecerint, & constituerint

tuerint eorum procuratores ad eligendum sibi dictum tertium coarbitrum, & coarbitratorem: prout prædicta, & alia plura ad prædicta facientia constare dixerunt dicti arbitri, & arbitratores in publico instrumento rogato manu ser Ioannis Francisci Nerij ciuis, & notarij publici Florentini, ad quod, & contenta in eo relatio habeatur. Vnde hodie hac præsenti suprascripta die, dicti Carolus, & Damianus arbitri, & arbitratores suprascripti, attento quod intra dictum tempus non laudauerunt. Idcirco omni meliori modo, via, iure, causa, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, & eis licuit, & licet, vigore dicti compromissi in eos, vt supra facti, & auctoritatis eisdem concessæ, & pacti prædicti in dicto compromisso appositi, communi concordia elegerunt, assumpserunt, & nominauerunt in tertium coarbitrum, & coarbitratorem ad laudandum vnà cum ipsis duobus, vel altero eorum in, & super dictis litibus inter dictas partes vertentibus, & cum eadem auctoritate, potestate, & balia eisdem a dictis partibus in dicto compromisso concessa, & attributa. Nobilem, & prudentem virũ Ginum Iuliani de Ginoris ciuem, & mercatorem Flor. absentem, sed tanquam præsentem. Rogantes, &c.

Laudum.

In Dei nomine Amen. Nos Donatus de Acciarolis, & Amerigus de Carnesecchis ciues, & mercatores Florentini, arbitri, & arbitratores, & amicabiles compositores, electi, assumpti, & deputati ex compromissaria conuentione a Damiano Hieronymi de Salutatis ex parte vna, & Carolo Leonardi de Balduccis ciue Florentino ex parte alia.

Si vero interueniret tertius electus vel extractus, ita scribes.

Et Petrusphilippus de Pandolfinis, etiam ciuis, & mercator Florentinus tertius coarbiter, & coarbitrator electus, & deputatus à dictis Donato, & Amerigo vigore commissionis eiusdem cōcessæ à dictis partibus in compromisso, de quo infra fit mentio vel dicas extractus de bursa recursus curiæ mercantiæ ciuitatis Florentiæ ad requisitionem dictorum Donati de Accia rolis, & Amerigi de Carnesecchis in tertium, & pro tertio prout de compromisso in nos facto constare vidimus publicum instrumentum rogatum manu ser N. icolai ser Antonij de Romena ciuis, & notarij Florentini, sub die: & de electione mei Pierphilippi tertij coarbitri, & coarbitratoris constat manu ser Ioannis Gasparis ser Ioannis de Monteuarchio notarij, & ciues Florentini sub tali die. Viso igitur dicto compromißo, & auctoritate, potestate, & balia nobis à dictis partibus concessa, & attributa: & visis pluribus prorogationibus dicti compromissi à dictis partibus factis rogatis manu. N. notarij sub tali die.

Non apponas hanc clausulam nisi sint factæ prorogationes.

Et visis, auditis, & intellectis litibus, quæstionibus, controuersijs, & differentijs, partium prædictarum: & visis earum petitionibus, & responsionibus: & visis eorum libris, & scripturis, & codicibus rationum: & omnibus quæ dictæ partes, & qualibet earum coram nobis dicere, proponere, & allegare voluerunt tam in scriptis, quàm verbotenus, & tam simul quàm de per se. Cupientes partes prædictas inuicem componere,

nere, et iustitia mediante earum lites dirimere, et terminare: Ipsasque ad concordiam reducere, et futuris litibus, et scandalis obuiare, pro bono pacis, et concordiæ dictarum partium, iustis, et rationabilibus causis moti; quæ nos, et nostrum animum merito mouere potuerunt, et debuerunt. Dei nomine repetito sedentes ad cautelam pro tribunali in infrascripto loco quem nobis eligimus in idoneum ad prædicta, et infrascripta viam arbitratorum, et amicabilium compositorum eligentes, et omni meliori modo, via, iure, et forma, quibus magis, et melius possumus, et seu debemus inter dictas partes laudamus, sententiamus, pronuntiamus, arbitramur, et arbitramentamur atq; componimus in hunc qui sequitur, modum, et formam videlicet.

Capitulum diuisionis.

In primis cum inueniamus, et nobis constet dictas partes stetisse in communione vsque ad præsens: et propterea ad non nullas lites, et differentias deuenisse, et processisse: et attento, quod plerumque ex communione lites oriuntur, et quòd illud, quod commune est sæpe negligitur: Volentes inter dictas partes omnes lites quo ad possumus sedare, et ne in posterum oriantur, secundum potestatem nobis datam, et attributam, et prouidere vnicuique, ac iustitiam ministrare, et suam portionem assignare: Iustis, et rationabilibus causis moti, quæ nos meritò mouere potuerunt, et debuerunt, laudamus, concedimus, adiudicamus, et assignamus dicto Damiano pro eius parte, et portione infrascripta bona videlicet. Vnam domum etc.

Ponas bona, & confines: *Cum omnibus suis habi-*

turis, adiacentijs, cohærentijs, & pertinentijs, ad habendum, tenendum, & possidendum, vtendum, fruendum, & alienandum, & quicquid deinceps dicto Damiano placuerit perpetuo faciendum sine contradictione, vel molestia dicti Caroli, vel alterius cuiuscunque personæ. Ipsumque Damianum hoc nostro præsenti laudo sententia, arbitrio, & arbitramento consolidamus in dominio, proprietate, & possessione dictæ domus: Dictumque Carolum condemnamus ad dandum, & tradendum eidem Damiano tenutam, & corporalem possessionem dictorum bonorum, & ad dimittendum, & relaxandum dicta bona vacua, libera, et expedita dicto Da. integraliter, & insolidum. Et ex nunc eidem Da. concedimus licentiam, potestatem, & liberã facultatem dicta bona intrandi, & ea deinceps retinendi sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ.

Item hoc nostro præsenti laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento laudamus, concedimus, adiudicamus, & consignamus dicto Carolo pro eius rata, & portione, infrascripta bona, videlicet. Vnum podere, &c. Ponas bona, & confines. *Cum omnibus, & singulis suis adiacentijs, cohærentijs, pertinentijs, & seruitutibus vsque in vias publicas, cum omnibus, & singulis, quæ dicta bona habent super se, infra se, seu intra se in integrum. Ad habendum, tenendum, & possidendum, vtendum, fruendum, & alienandum, & quicquid dicto Ca. deinceps placuerit perpetuo faciendum sine contradictione, vel molestia dicti Dam. vel alterius cuiuscunque personæ. Ipsumque Ca. consolidamus in dominio, proopriietate, & possessione dicti*

cti poderis, & bonorum. Ipsumque Da. condemnamus ad dandum, & tradendum eidem Ca. pro dimidia parte tantum, tenutam, & corporalem possessionem dicti poderis, & bonorum, & ad dimittendum, & relaxandum dicta bona libera, vacua, & expedita dicto Carolo integraliter, & insolidum. Et ex nunc dicto Carolo damus, & concedimus licentiam, & facultatem, & liberam potestatem dicta bona intrandi, eorumque tenutam, & corporalem poßeßionem accipiendi, & ea deinceps retinendi sua propria auctoritate, & sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ.

Item hoc nostro præsenti laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento, damus, cedimus, concedimus, & assignamus dicto Damiano ius, & actionem quamcunque petendi, & exigendi ab infrascriptis debitoribus dictarum partium infrascriptas quantitates, videlicet a Iuliano, & Nuccio, &c. Ponas nomina debitorum. *Et pro dictis exactionibus, condemnamus dictum Carolum ad dandum, cedendum, transferendum, & mandandum dicto, & in dictum Damianum omnia, & singula iura, nomina, & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, meras, & mixtas, tacitas, & expreßas, ciuiles, & prætorias, anormalas, & conuentionales, & quascunque alias eidem Carolo quomodolibet competentes, & competituras occasione dictarum quantitatum, quas spectare diximus dicto, & ad dictum Damianum, & eidem, vt supra assignauimus, & ad constituendum ipsum Da. procuratorem, vt in remsuam, & ponendum ipsum in locum, & vniuersum ius suum, quoad dictas quantitates eidem Da.*

vt supra per nos assignatas, & in omnibus, & per omnia ad sensum sapientis dicti Da. Et ex nunc hoc nostro præsenti laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento damus, cedimus, & concedimus, transferimus, & mandamus dictas actiones in omnibus, & per omnia, vt supra continetur, & scriptum est.

Si vis longius extẽdere, summas ab instrumento cessionis: & si assignentur debitores alteri parti ita etiam scribes vt supra.

Item cum inueniamus, & nobis constet, bona, vt supra per nos adiudicata d. Ca. esse pretiosiora, & maioris pretij æstimationis, & valutę, quam bona vt supra per nos data, & adiudicata d. Da. Idcirco hoc nostro præsenti laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento cõdemnamus dictum Carolum ad dandum, et soluendum d. Da. pro supplemento & seu coæquatione dictorum bonorum flor. 50. de moneta lib. septem pro flor. intra sex men. prox. futuros.

Item stantibus semper formis præmissis, vt supra per nos laudatis hoc nostro præsenti laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento laudamus, sententiamus, arbitramur, seu arbitramentamur. & condemnamus dictas partes sibi inuicem, & vicissim ad non inquietandum, vel molestandum modo aliquo in bonis, & super bonis, nec proprietate, vel dominio, vsu, vsufructu, vel fructibus dictorum bonorum, vt supra per nos assignatorum alteri parti, & ad non faciendum, vel mouendum, nec facienti vel mouenti consentiendum, aliquam litem, causam, quæstionem, controuersiam, brigam, vel molestiam super dictis bonis, vt supra assignatis dictis partibus: & ad tradendum tenutam, & corporalem

poralem possessionem dictorum bonorum sibi inuicem & vicissim, vt supra per nos laudatum extitit singula singulis congrue referendo:

Apponatur clausula defensionis vt supra in venditione, vel in diuisione.

Et ad manutendum, & conseruandum se adinuicem, & vicissim vnum alium, et è conuerso in tenuta, & corporali possessione dictorum bonorum: & si quo tempore aliqualis, quæstio, aut controuersia, vel molestia in iudicio, vel extra de iure, vel de facto inferretur, moueretur, vel fieret modo aliquo alicui ex dictis partibus super bonis vt supra adiudicatis pro dato, & facto, opere vel contractu vel quasi, delicto, vel quasi, & causa alicuius dictarum partium, ipsam partem condemnamus insolidum ad defendendum, & libe randum aliam partem à tali lite, vel molestia, & ab omni nouitate, & ab omnibus ipsius, cuius dato, & facto essent, expensis litis, & extra, & ad suscipiendum in se talem litem, & causam intra octo dies post notificationem sibi factam: & ad conseruandum ipsam par tem sic molestatam indemnem, et penitus sine damno, & tam in obtinendo, quàm in succumbendo, & ad restituendum ipsi parti sic molestatæ, omnia, & singula damna, expensas, & interesse litis, & extra, & in effe ctu condemnamus dictas partes sibi inuicem & vicissim vnam alteri, et è conuerso ad defensionem genera lem dictorum bonorum sic vt supra per nos inter eos diuisorum, & assignatorum secundum stilum notario rum ciuitatis Florentiæ, & in casu euictionis ad restitu tionem æstimationis eius vnde lis, & quæstio oriretur, vnà cum omnibus damnis expensis, & intereße litis, & ex-

& extra: Si vero huiusmodi lis, & quæstio moueretur, inferretur, vel fieret pro communi dictarum partium, vel eorum auctorum dato, & facto, opere, & contractu, vel quasi, delicto, vel quasi, tunc pro dimidia condemnamus eas sibi inuicem, & vicissim ad defensionẽ huiusmodi bonorum, & in casu euictionis, vel auocationis dictorum bonorum pro dimidia ad reficiendum, & restituendum alteri parti, cui sic bona euinci, vel auocari contigerit æstimationem rei, vnde lis, & quæstio orta eßet, & bonorum sic euictorum in dominio, proprietate, vel poßeßione, vsu, vsufructu, vel fructibus, & iuxta naturam diuisionum, vna cum dimidia damnorum, & expensarum, ac intereße litis, & extra singula singulis congrue referendo, & prout est de iure, & secundum naturam diuisionum requiritur.

Item hoc nostro præsenti laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento laudamus, sententiamus, pronunciamus, arbitramur, & seu arbitramentamur: quod de omnibus, & singulis debitoribus, & creditoribus dictarum partium, de quibus in præsenti laudo specifice non eßet facta mentio specialis, solutio, & satisfactio, ac etiam exactio spectet, et pertineat ad dictas partes pro rata, & sic condemnamus dictas partes, & quamlibet earum ad eorum solutionem, & satisfactionem, & exactionem pro dimidia, cum communibus expensis, damnis, & intereße litis, & extra.

Capitulum declarationis debitoris.

Item cum inueniamus, & nobis constet, ad dictum N. de ratione, & computo dicti Ioannis, & occasione

ne

ne societatis hactenus inter dictas partes contractæ, & factæ, & ad eiusdem N. manus deuenisse plures pecuniæ quantitates, & ipsas in sui vsum, & vtilitatem conuertiße. Volentes igitur indemnitati dicti Ioannis consulere, & prouidere hoc nostro præsenti laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento declaramus dictum N. fuiße, & eße, & restare verum, & legittimum debitorem dicti Ioannis, occasione dictæ societatis, & administrationis per dictum N. factæ de bonis rebus, & mercantijs dictæ societatis, in, & de summa, & quantitate florenorum ducentorum, de lib. 7. & condemnamus dictum N. ad dandum, & soluendum dicto Ioanni dictos florenos ducentos intra 30. dies proxime futuros a die ratificationis, vel notificationis præsentis laudi, libere, & sine aliqua exceptione.

Si in satisfactionem dictorum flor. 200. adiudicentur bona, prout in sequenti capitulo, non apponatur condemnatio ad soluendum.

Capitulum adiudicationis bonorum, & dationis in solutum.

Item cum inueniamus, & nobis constet dictum N. non habere de præsenti in pecunia numerata vnde cōmode soluere, & satisfacere possit dicto Ioanni de dicto eius credito florenorum ducentorum auri, largorū, de quibus supra in proximo præcedenti capitulo fit mentio. Idcirco prædictis, & alijs iustis, & rationabilibus causis moti, quæ nos, & nostrum animum meritò mouere potuerunt, & debuerunt, hoc nostro præsenti laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento damus, concedimus, & adiudicamus dicto Ioanni in solutum,

tum et satisfactionem, et pro solutione, et satisfactione dicti sui crediti florenorum ducentorum auri largorum infrascripta bona videlicet, Vnā domum etc. Ponas confines. *Cum omnibus, et singulis suis pertinentijs, adiacentijs, cohærentijs, et seruitutibus suis vsque in vias publicas: & cum omnibus, et singulis quæ intra prædictos continentur confines.* Extendatur vt supra. *Et cum omnibus, et singulis, quæ dicta bona habent super se, infra se, seu intra se in integrum, cum omni iure, et actione, vsu seu requisitione eidem N. in dictis, super dictis, aut pro dictis bonis quomodolibet competente, vel competituro, pro dicta æstimatione florenorum 200. auri largorum. Ad habendum, tenendum, vtendum, fruendum, et possidendum, et quicquid dicto Ioanni creditori deinceps placuerit perpetuo faciendum: Dictumq; N. condemnamus ad dandum, et tradendum dicto Ioanni tenutam, et corporalem posseßionem dictorum bonorum: Ipsumq; N, hoc nostro præsenti laudo constituimus tenere, possidere, et ad tenendum, et possidendum condemnamus dicta bona pro dicto Ioanne, donec, et quousque dictus Ioannes dictorum bonorum tenutam, et corporalem acceperit possessionem, quam accipiendi, intrandi, et deinceps retinendi sua propria auctoritate, et sine licentia, vel decreto alicuius iudicis, vel curiæ, ex nunc eidem Io. hoc nostro præsenti laudo, sententia, arbitrio, et arbitramento licentiam, et auctoritatem, ac omnimodam potestatem damus, concedimus, et conferimus: Ac etiam hoc nostro præsenti laudo sententia, arbitrio, et arbitramento condemnamus d. N. ad dandum, cedendum, transferendum, et*

man-

mandandum. Sicque hoc nostro præsenti laudo, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus, magis, & melius poßumus, damus, cedimus, transferimus, & mandamus d. Io. omnia iura & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, meras, & mixtas, tacitas, & expreßas, anormalas, & conuentionales, & quascunque alias, quas dictus N. habet, vel habere poßet in dictis bonis, vel aliqua eorum parte, tam contra eius auctores, quàm alios ad defensionem dictorum bonorum, quomodolibet principaliter, vel accessoriè obligatos, & ad constituendum, & seu substituendum ipsum Io. Sicq; eum constituimus, & seu substituimus procuratorem, vt in rem suam, & ad ponendum sicq; hoc nostro præsenti laudo eum ponimus in locum, & vniuersum ius suum: Ita quòd admodo valeat dictus Ioannes suo nomine proprio dictis actionibus, & iuribus vt supra cessis agere, excipere, & replicare, prosequi, consequi, & se, & dicta bona tueri, & omnia, et singula alia facere possit, quæ, & prout, & sicut, & quemadmodum facere potuißet dictus N. ante præsentem adiudicationem in solutum, & iurium cessionem, & ac si præsens adiudicatio in solutum, et iurium cessio facta non eßet: Dictumq; N. hoc nostro præsenti laudo condemnamus ad non molestandum, vel inquietandum modo aliquo dictum Ioannem in dictis suprascriptis bonis: Sed ad ipsum Ioannem manutenendum, & defendendum in tenuta, & corporali poßessione dictorum bonorum potiorem, priorem, anteriorem, & validiorem omnibus aliijs creditoribus dicti N. Et si quo tempore aliqualis questio, aut controuersia in iudicio, vel extra de iure vel de facto inferretur, moue-

retur,

retur, vel fieret modo aliquo dicto Ioanni, in, & super dictis bonis eidem, vt supra adiudicatis, vel aliquo eorum, vel aliqua eorum parte, vsu, vsufructu, vel fructibus dominio, vel proprietate condemnamus dictum N. ad defendendum, & liberandum dictum Ioannem, & dicta bona eidem, vt supra, per nos adiudicata in solutum, & satisfactionem ab huiusmodi lite, quæstione, molestia, & controuersia omnibus ipsius N. expensis damnis, & intereße litis, & extra: & ad conseruandum ipsum Ioannem indemnem, & penitus sine damno, & ad suscipiendum in se talem litem, & causam intra octo dies proxime futuros post notificationem sibi factam: & si, & casu, quo dicta bona in totum vel in partem eßent euicta, vel auocata dicto Ioanni ad restituendum sibi dictum eius creditum cum pœna in dicto compromißo contenta, & omnibus, & singulis damnis, expensis, & intereße litis, & extra intra octo dies a die huiusmodi euictionis secutæ, & notificationis de ea factæ, & in effectu condemnamus dictum N. ad defensionem generalem dictorum bonorum, & in casu euictionis ad restitutionem dicti crediti, cum omnibus damnis, expensis, & intereße dicti Ioannis, secundum stilum notariorum ciuitatis Florentiæ: Cum hac tamen lege, conditione, & reseruatione, quod si contigerit in futurum modo aliquo dicta bona eidem Ioanni tolli, euinci, vel auocari in totum, vel in partem, liceat eidem Ioanni redire ad iura dicti sui crediti, damnorum, expensarum, ac intereſſe, & ea prosequi, consequi, petere, & exigere, ac si præsens adiudicatio, & in solutum datio facta non eßet: Cum hac conditione etiam, & reseruatione,

seruatione, quod liceat dicto N. quandocunque intra tres annos proxime futuros reluere, & liberare dicta bona a dicto Ioanne hinc ad tres annos proxime futuros, pro æstimatione suprascripta florenorum ducentorum auri largorum. Sicque hoc nostro præsenti laudo reseruamus dicto N. ius, & facultatem reluendi, & redimendi dicta bona intra tres annos proxime futuros, & non vltra.

Item stantibus firmis præmissis, vt supra per nos patet laudatis hoc nostro præsenti laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento laudamus, sententiamus, arbitramur, & seu arbitramentamur, & condemnamus dictas partes ad faciendum sibi inuicem, & vicissim, vnam alteri, & è conuerso finem, quietationẽ, liberationem, absolutionem, & pactum perpetuum de vlterius non petendo, generaliter de omni, & toto eo, quod vna pars ab altera, vel è conuerso petere, consequi, vel exigere posset, vsque in præsentem diem cũ scriptura, vel sine, publica, vel priuata, purè in diem, vel sub conditione, & quacunque ratione, iure, modo, vel causa, quæ quomodolibet dici, vel excogitari posset: & sic ex nunc nos arbitri, & arbitratores suprascripti dictas partes, & quamlibet earum vnam ab alia, & è conuerso hoc nostro præsenti laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento finimus, & liberamus, & pro finitis, & liberatis haberi volumus, & mandamus ab omnibus, & singulis suprascriptis, saluo, quod de contentis in hoc nostro præsenti laudo: Ipsisque partibus imponimus perpetuum silentium de prædictis: Firmis tamen semper stantibus, & remanentibus suprascriptis, vt supra per nos patet in hoc præsenti laudo

do

do laudatis, declarantes tot esse lauda, quot sunt capitula.

Et prędicta omnia, & singula mandamus à dictis partibus, & qualibet earum obseruari, & executioni mandari, sub pœna in compromisso in nos facta, apposita & inserta: Reseruantes nobis auctoritatem, potestatem, & baliam iterum, semel, & pluries laudandi, & declarandi, & laudata, & declarata mutãdi, emendandi, corrigendi, & interpretandi durante tempore dicti compromissi in nos facti.

Hæc reseruatio non apponatur nisi de expressa voluntate arbitrorum.

Volentes, & mandantes executionem nostri præsentis laudi retardari non debere, nec posse propter dictum compromißum, vel eius dependentiam, vel reseruationem prædictam. Quinimo fieri posset executio dicti præsentis nostri laudi, non obstante pendentia dicti compromissi: & non obstante dicta reseruatione, ac si dictum compromißum non penderet, & ac si dicta reseruatio facta non eßet. Rogantes, &c.

Latum, datum, & lectum fuit suprascriptum laudũ sententia arbitrium, & arbitramentum, & omnia, & singula suprascripta facta fuerunt per dictos Donatum Americum, & Pierphilippum arbitros, & arbitratores, & tertium suprascriptos pro tribunali, vt supra ad cautelam sedẽtes Florentiæ, & in populo sancti Laurẽtij de Florẽtia, et in domo habitationis Mag. Lau. de Medicis ciuis Florentini sita in dicto populo, et in via dicta la via larga, cui à primo, secundo, & tertia via à quarto hæredum ser Iacobi de Lutiano intra prædictos confines, sub anno domini 1471. indictione

ne

ne tertia, die vero quinta mensis Augusti, absentibus dictis partibus. Et si sint præsentes, dicas. *Præsentibus audientibus, & intelligentib. dictis suprascriptis partibus: & dictum laudum, & omnia in eo contenta, ratificantibus approbantibus, & emologantib. & ex pacto in præsenti instrumento apposito, & solemni stipulatione vallato inter dictas partes sibi inuicem, & vicissim promittentib. obseruantiam dicti laudi, sententiæ, arbitrij, & arbitramenti, & oĩum, & singulorũ in eo contentorũ sub pęnis, obligationib. renunciationib. clausulis, & cautelis; in dicto instrumento compromissi contentis, & præsentibus testibus ab suprascripta omnia, et singula vocatis habitis & rogatis videlicet.*

Ponas nomina testium: Aduertas quod ex forma statuti nostri pluribus modis ratificatur vel notificatur laudum, de quibus omnibus hic ponam formam, præterquam de modo notificandi per acta & curiam potestatis: Tu videas in secundo volumine statutorum sub rubrica 68. Sufficit vno modo si feratur laudum partibus præsentibus etiam non ratificantibus: Tu scribas vt supra, & prout res se habebit in veritate, & subdas clausulam. Rogantes, &c.

Ratificatio laudi facta per ambas partes.

Ioannes ex vna, & Nicolaus ex parte alia, & quilibet eorum, audito, & intellecto quodam laudo, sententia, arbitrio & arbitramento lato, & dato per Donatum de Acciarolis, & Americum de Carnesiccis arbitros, & arbitratores, & amicabiles compositores electos assumptos, & deputatos per dictas partes, & Petrumphilippum de Pandolfinis tertium prout de

dicto laudo constare vidi publicum instrumentum manu ser Petri ser Andreæ de Cāpi ciuis & notarij Florentini, sub die, &c. & eisdem partibus ad eorum claram intelligentiam per me lecto, & vulgari sermone exposito dicto laudo, & omnibus, & singulis in eo contentis, de quibus omnibus dixerunt se plene certificatos, ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, & eis licuit, & licet, dictum laudum, sententiam, arbitrium, & arbitramentum, vt supra latum, & datum per dictos suprascriptos arbitros, & arbitratores electos inter dictas partes, & omnia, & singula in eo contenta communi concordia ratificauerunt, approbauerunt, & emologauerunt. Et ex pacto in præsenti instrumento apposito, & solemni stipulatione vallato inter dictas partes sibi inuicem, & vicissim, vnus alteri, & e conuerso solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus promiserunt, & conuenerunt obseruantiam dicti laudi, sententiæ, arbitrij, & arbitramenti, & omnium, & singulorum in eo contentorum. Sub pœna, obligationibus, renunciationibus, pactis, promissionibus, cautelis, & alijs in instrumento compromissi in dictos arbitros, & arbitratores, et tertium, facti per dictas partes, contentis, & insertis. Rogantes, &c.

Vel dicas. *Quæ omnia, et singula suprascripta, etc. et subdas generalitates, vt in alijs instrumentis.*

Ratificatio

Ratificatio laudi in præsentia partis.

Martinus olim Efruosini constitutus personaliter in præsentia mei L. notarij infrascripti, & testium suprascriptorum, ac etiam Tomasij Galeazi præsentis, audientis, & intelligentis, omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, & ei licuit, & licet, alta, & intelligibili voce. Ita quod ab omnibus circunstantibus audiri, & intelligi posset, ratificauit, acceptauit, approbauit, & emologauit quoddam laudum, sententiam, arbitrium, & arbitramentum latum, & datum de præsenti anno domini. 1478. & die quinta præsentis mensis Augusti, per Franciscum Iacobi de Baroncelis, & Ridolph. Alex. de Lottis ciues, & mercatores Florentinos, arbitros, & arbitratores, & amicabiles compositores electos, assumptos, & deputatos, a dicto Martino ex parte vna, & a dicto Thomasio ex parte alia, rogatum manu ser Benedicti de Tempis ciuis, & notarij Florentini, sub anno, indictione, & die prædictis, & ex pacto promisit obseruantiam dicti laudi, & omnium in eo contentorum: Et omnia, & singula alia dixit, & fecit, dictus Martinus in prædictis, & circa prædicta, quæ, & ad quæ, & prout, & sicut facere tenebatur, & debebat de iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ ad validitatem, & pro validitate dicti laudi. Rogantes, &c.
Posset etiam fieri notificatio.

Notificatio laudi facta domi.

Certum esse dicitur, quod de præsenti anno domini 1478. indictione tertiadecima, die vero vigesimasexta mensis Aprilis proximè præteriti, per Bernar-

dum de Raineriјs ciuem, & mercatorem Florentinum tunc arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compositorem electum, aßumptum, & deputatum à Siluestro de Lapis ex parte vna, & à Lau. de Ridol. ex parte alia, fuit latum, & datum laudum, sententia arbitrium, & arbitramentum publicè scriptum, rogatum & publicatum manu ser Thommasij Petri Ioannis de Blondis ciuis, et notarij Florentini: Et cuiusquidem laudi, sententiæ, arbitrij, & arbitramenti, tenor talis est videl. In dei nomine amen. Nos Bernardus de Raineriјs &c. Ponas totum tenorem laudi. *Prout prædicta constant, & apparent in dicto laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento de quo rogatus fuit conficere, & confecit publicum instrumentum dictus Ser Thomasius de Blondis. Vnde hodie hac præsenti suprascripta die, dictus Laurentius de Ridolfis asserẽs se perquisiße præsentiam dicti Siluestri, & non potuisse nec posse ipsum recipere: & non valens ipsum personaliter alloqui: Et propterea dictus Lau. constitutus ad, & apud domum habitationis, & solitæ habitationis dicti Siluestri positam in populo sancti Bartholomæi de Florentia, & in via quæ dicitur il canto del Giglio, cui à primo via &c.* Ponas confines.

Et in præsentia Ioannis Augustini, & Nicolai Antonij amborum de conuicinia, & populo dicti Siluestri videlicet de dicto populo sancti Bartholomei de Florentia: Et habens in manibus copiam dicti laudi, & totum eius tenorem: Omni meliori modo, via, iure, forma, quibus magis, & melius potuit, dictum laudum, sententiam, arbitrium, & arbitramentum latum, & datum vt supra per dictum

Bernar-

Bernardum de Raynerijs inter dictum Laurentium, et Siluestrum partes prædictas, de quo vt supra rogatus fuit dictus ser Thomasius, & omnia, & singula in eo contenta notificauit, intimauit, & ad memoriam reduxit dicto Siluestro: Ipsumque laudum, & omnia in eo contenta ratificauit, approbauit, & emologauit: Dictumque laudum, arbitrium, & arbitramentum, & eius copiam, & tenorem dimisit, & affixit, & affixum dimisit hostio, & ad hostium domus dictæ habitationis, & solitæ habitationis dicti Siluestri: Et omnia, & singula alia dixit, & fecit dictus Laurentius in prædictis, & circa prædicta necessaria, consueta, requisita, & opportuna, de iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ de materia disponentis: Et quæ facere tenebatur, & debebat de iure, & secundum ordinamenta communis Florentiæ ad validitatem, & pro validitate dicti laudi. Rogans, &c.

Vltra dictos duos de vicinia, & populo ponas etiam alios duos testes.

Instrumentum pacis.

A. Ex parte vna, & B. ex parte altera eorum pro prijs, & priuatis nominibus, ac etiam pro, vice, & nomine omnium, & singulorum eorum, & cuiuslibet ipsorum filiorum, fratrum, nepotum, consortium, & coniunctorum per lineam masculinam, vsque in quartum gradum inclusiue, secundum ius canonicum, pro quibus, & quolibet eorum de rato, & ratihabitione promiserunt, & quilibet eorum promisit, & se facturos, & curaturos ita, & taliter omni iuris, & facti exceptione, & cauillatione remota, etiam quod

faciendo possibilia non excusentur, quod dicti eorum, & cuiuslibet eorum filij, fratres, nepotes, consortes, & coniuncti per lineam masculinam, vsque in quartum gradum, vt supra attendent, facient, & obseruabunt cum effectu omnia, & singula infrascripta in præsenti instrumento eorum nominibus facta, gesta, & contenta, alias de eorum, & cuiuslibet ipsorum proprio facere, attendere, obseruare, & adimplere promiserunt, & quilibet ipsorum promisit, vnus alteri, & e conuerso solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus sub infrascripta pœna, & quolibet dictorum modorum, et nominum simul insolidum, & de per se, & eorum, & cuiuslibet ipsorum spontanea, & libera voluntate, non vi, dolo, vel metu, neque aliqua alia machinatione circumuenti, seducti, & decepti, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & omnibus modo, via, iure, causa, & forma quibus potuerunt, & debuerunt validioribus, & efficacioribus fecerunt, reddiderunt sibi inuicem, & vicissim, vnus alteri, & e conuerso pacem, concordiam, remissionem, absolutionem perpetuam, & bonam voluntatem, osculo pacis interueniente, generaliter de omnibus, & singulis iniurijs, offensionibus, assaltis, percussionibus, & vulneribus per vnam dictarum partium contra aliam quomodolibet illatis, factis, commissis, & perpetratis occasione brigarum, rixarum, et controuersiarum quarumcunque. Et si fuerit causa homicidij dicas. *Et præsertim de hohomicidio commisso per N. in personam F. Quæ omnia dictæ partes dictis nominibus inter se remiserunt, & pactum perpetuum de vlterius non iniuriando, offenden-*

offendendo, aut offendi faciendo, ex causis suprascriptis fecerunt. Promittentes, & conuenientes dictæ partes dictis modis, & nominibus sibi inuicem, & vicissim vnus alteri, & è conuerso, solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus, prædictam pacem, concordiam, remissionem, & absolutionem semper firmam, incorruptam, & illæsam perpetuis temporibus duraturam fore, & quam pacem, concordiam, remissionem, absolutionem, & omnia, & singula suprascripta dictæ partes dictis modis, & nominibus solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus, vt supra, promiserunt sibi inuicem, & vicissim perpetuo firmam, ratam, gratam, & firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, & obseruare, & contra non facere, dicere, vel venire, per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte, aliqua ratione, iure, causa, vel ingenio, in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto, sub pœna florenorum centum. Sine sub pœna statutorum. *Applicanda pro dimidia fisco, & cameræ suæ Celsitudinis, & pro quarta parte parti offensæ, & prædicta seruanti, & pro alia quarta parte Rectori dictam pœnam exigenti, &c. Quæ pœna, &c. qua pœna, etc.* Vt supra in alijs.

Instrumentum Treguæ.

A. ex parte vna, & B. ex parte altera eorum proprijs, & priuatis nominibus, ac etiam pro, vice, & nomine omnium, & singulorum eorum filiorum, fratrum, consortium, & coniunctorum, per lineam masculinam, vsque in quartum gradum inclusiue, secundum ius canonicum, pro quibus, & quolibet eorum

de rato, & ratihabitione promiserunt, et quilibet eorum simul, et de per se promisit, & se facturos, & curatoros ita, & taliter omni iuris, & facti exceptione, & cauillatione remota, etiam quod faciendo possibilia non excusentur, quod dicti eorum, & quilibet ipsorum filij, fratres, consortes, coniuncti, & affines per lineam masculinam, vsque in quartum gradum, vt supra, præsentes inducias, & securitatem, & omnia, & singula infrascripta, & in præsenti instrumento contenta, firma, rata, & grata habebunt, tenebunt, obseruabunt, & adimplebunt, & contra non facient, vel venient, per se, vel alium, seu alios, aliqua ratiotione, iure, modo, causa, vel ingenio, dolo, fraude, machinatione, directè, vel indirecte, tacitè, vel expreßè, in iudicio, vel extra, de iure, vel de facto, intra tempus, & terminum infrascriptum, alias de eorum, & cuiuslibet ipsorum proprio attendere, obseruare, & adimplere promiserunt, & quilibet ipsorum vnus alteri, & e conuerso solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus sub suprascripta pœna, & quolibet dictorum modorum, & nominum de per se promisit omni meliori modo, via, iure, causa, & forma, quo, qua & quibus magis, melius, & validius de iure potuerunt, & poßunt, & eis, & cuilibet eorum licuit, & licet fecerunt, inierunt, & contraxerunt inter se ad inuidem, & vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus, treguam, induciam, & securitatem duraturam per tres annos proxime futuros ab hodie: Generaliter de omnibus, & singulis inimicitijs iniurijs, insultibus, percussionibus, & vulneribus, illatis, factis, commissis, & per-

& perpetratis per aliquem, seu aliquos vnius dictarum partium contra alteram partem aliqua ratione, iure, modo, vel causa quomodolibet excogitata, & præsertim de homicidio, vt dicitur cōmisso in personā N. Si interuenerit homicidium. *Promittentes, & conuenientes dictæ partes & quælibet earum sibi inuicem, & vicissim vnus alteri, & è conuerso dictis modis, & nominibus solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus durante termino suprascripto se ad inuicem, & vicissim alter alterum non offendere, neque offendi facere in personam tantum cum armis, & sine armis. Sed præsentem treguam, inducias, & securitatem (dicto termino durante) firmam, ratam, gratamque habere, tenere, attendere, & obseruare, & contra non facere, dicere, vel venire, per se, vel alium, seu alios aliqua ratione, iure, modo, causa, vel ingenio directè, vel indirectè, tacitè, vel expreßè sub pœna florenorum ducentorum, solemni stipulatione præmissa in singulis, & pro singulis capitulis, pactis, membris, siue articulis præsentis contractus applicanda pro dimidia fisco, & cameræ suæ Celsitudinis, & pro quarta parte, parti offensæ, & prædicta seruanti, & pro alia quarta parte rectori dictam pœnam exigenti, licet absentibus me notario publico infrascripto vt publica persona recipiente, & stipulante pro dicta camera, & pro omnibus, & singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum. Quæ pœna, &c. qua pœna, &c.* Vt supra in alijs instrumentis.

Instrumen-

Instrumentum societatis.

Auerardus de Saluiatis de Florentia per se, et suos hæredes, et successores ex parte vna, et Paulus ser Ioannis ser Taddei de Colle ciuis, & mercator Florentinus per se, & eius hæredes, & successores ex parte alia: & quilibet eorum ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & omni meliori modo, via, iure, causa, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, & eis licuit, & licet communi concordia ad inuicem, & vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientib. fecerunt in simul, & contraxerunt societatem in arte, & exercitio lanæ duraturam quinque annis proxime futuris: In qua quidem societate pro sua sorte, & capitali dictus Auerardus posuit atque contulit duo milia florenorum auri de lib. septem pro flor. prout ipse Paulus publice confessus, & contentus fuit tantam esse quantitatem: Renuncians dictus Paulus exceptioni non sic positæ, & non sic collatæ, nec consignatæ pecuniæ, & quantitatis ab ipso Auerardo: Et ex altera parte dictus Paulus in dicta societate posuit, atque contulit pro sua sorte, & capitali florenos mille similes, prout dictus Auerardus publice confeßus, & contentus fuit tantam esse quantitatem, exceptioni, etiam non collatæ, & non positæ, & non consignatæ dictæ pecuniæ, & quantitatis ab ipso Paulo omnino renuncians. Quapropter dicti Auerardus, & Paulus, & quilibet eorum promiserunt, & solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus conuenerunt sibi inuicem, & vicissim vnus alteri, & econuerso, dictam societatem, & eorum personas, & industriam fideliter diligenter, &

studio-

studiose exercere, & promouere, & pro dicta societate solicite negociari, mercari, & procurare, & res, & bona dictæ societatis diligenter, & bona fide, & sine fraude custodire, manutenere, & saluare, & vtilia pro dicta societate facere, & inutilia prætermittere: & quicquid ex dicta societate, vel eius occasione ad manus eorum, vel alicuius eorum peruenerit, dictæ societati ad integram dare, & consignare debita, vel credentias aliquas non facere vel contrahere sine ipsorum vnanimi concordia, consensu, & voluntate. Necnon omnia commoda, & lucra, & expensas, & damna (quòd Deus auuertat) communicare, & participare ad inuicem, & vicissim ad libram, & soldum secundum quòd pro rata capitalis, & sortis vnicuique contigerit, & accesserit: & in fine dictorum quinque annorum. vel ante, si de communi processerit concordia, & voluntate Deducto, & detracto primo, & anomnia ab vno quoque dictorum sociorum sorte, & capitali suo, lucrum, & damnum, quod in dicta societate artis lanæ superErit ad inuicem, & vicissim fideliter diuidere, & partiri, eo modo, & forma vt supra dictum est: Ita, quòd ad quemlibet dictorum sociorum perueniat, & peruenire debeat id totum, & quantum pro rata, & capitali suo contingere & pertinere videbitur promittentes se inuicem indemnes, & penitus sine damno conseruare pro ratis respectiue pro quibus participant in dicta societate ab omni damno prædicto. Quæ omnia, &c.

Subdas alias clausulas generales vt supra in alijs.

Instru-

Instrumentum appellationis diffinitiuæ.

Certum esse dicitur quòd de præsenti anno domini 1479. indictione 12. & die quinta præsentis mensis Maij, Dominus Caterinangelus de Vitellensibus de Fol gineo legum doctor, & iudex causarum ciuilium, & mixtarum primarum instantiarum quarteriorum sancti Spiritus, & sanctæ Crucis ciuitatis Florentiæ: In quadam causa, & quæstione cuiusdam petitionis, et libelli tunc temporis coram eo, & eius curia vertente inter Iulianum Francisci de Alamanneschis ciuem Florentinum, & seu ser Simonem Grazini Iacobi de Stag gia ciuem, & notarium Florentinum procuratorem, & procuratorio nomine dicti Iuliani ex parte vna agente, & Leonardum Pancratij de Berardis ciuem Florentinum & seu ser Migliorem Manetti Masini ciuem, & notarium Florentinum procuratorem, & procuratorio nomine dicti Leonardi se defendentem ex parte alia, dedit, & pretulit, imo potius fulminauit contra dictum Iulianum, & ser Simonem eius procuratorem dicto nomine in fauorem, & seu ad petitionem dicti Leonardi, & dicti ser miglioris eius procuratoris prædicti dicto nomine quandam assertam sententiam, & pronunciationem, & expensarum condemnationẽ, licet sententiæ, & pronunciationis, & expensarum condemnationis nomen habere non mereatur in parte, & partibus facientibus, & quatenus faciant contra dictum ser Simonem dicto nomine & dictum Iulianum eius principalem: Cuiusquidem sententiæ, & pronunciationis tenor talis est, videlicet. In Dei nomine amen. Nos, &c.

Ponas tenorem sententiæ. Non nulli more no-

nouissimo ponunt solum conclusionem. *Vnde hodie hac præsenti suprascripta die, dictus ser Simon procurator prædictus dicto nomine sentiens se grauatum, & timens etiam in futurum magis grauari a dicta asserta sententia, & pronunciatione, & expensarum condemnatione, licet tale nomen habere non mereatur: Constitutus personaliter in iudicio, & coram dicto domino Caterinangelo asserto iudice prædicto pro tribunali sedente ad eius solitum iuris banchum positum Florentiæ, & in palatio residentiæ domini Potestatis ciuitatis Fl. sito partim in populo S. Apollinaris, & partim in populo S. Stephani Abbatiæ Flor.*

Potest etiam appellari coram iudice ad quem & ad banchum iuris D. Iudicis a quo vel D. Iudicis ad quem ac etiam in palatio D. Potestatis etiam iudicibus absentibus.

Dixit & dicit dictam assertam sententiam, & pronunciationem, & expensarum condemnationem in parte, & partibus prædictis facientibus, & quatenus faciant contra dictum ser Simonem dicto nomine, & dictum Iulianum eius principalem fuisse, & esse ipso iure nullam, & nullas, & nullius valoris efficaciæ vel effectus, & non valuisse, et non tenuisse, & nõ valere, & non tenere de iure, & secundum ordinamenta communis Florentiæ causis, & rationib. infrascriptis vel saltem aliqua ex eis. Apponas hic causas nullitatis. *Et si qua fuit vel est quod negatur, dictus ser Simon dicto nomine, dixit, & dicit dictam assertam sententiam, & pronunciationem, & expensarum condemnationem, licet tale nomen habere non mereatur in parte, & partibus prædictis fuisse, & esse*

iniquam, & iniustam, & inique, & iniuste latam, & datam, & contra ius, & iustitiam dicti ser Simonis dicto nomine, et dicti Iuliani eius principalis. Apponas hic causas iniquitatis. *Et pluribus alijs rationibus, & causis suis loco, & tempore si & cum opus fuerit deducendis. Et propterea dictus ser Simon procurator prædictus dicti Iuliani dicto nomine constitutus, vt & vbi supra à dicta aßerta sententia, & pronunciatione, & expensarum condemnatione in parte, & partibus prædictis de nullitate dixit, & opposuit, & dicit, & opponit, & si qua est quod non credit, appellauit, & appellat ad dominum iudicem, & officialẽ primarum appellationum, & nullitatis oppositionum ciuitatis, comitatus, et districtus Florentię, & ad quem libet alium iudicem competentem dictæ ciuitatis Florentiæ, petens sibi dicto nomine apostolos, & literas dimißorias dari, & tradi instanter, & instantissime, & cum maxima instantia, & sæpe sæpius postulans præsenti appellatione, & nullitatis causa pendente, et causa indecisa nihil innouari, & sibi dicto nomine ius, & iustitiam fieri, & fauorabiliter ministrari.*

Si vis etiam posses hic in fine allegare causas iniquitatis & nullitatis hoc modo:

Pro causis autem nullitatis, et iniquitatis dictæ aßertæ sententię dictus Ser Simon dicto nomine dicit, et allegat: in primis, etc. Subdas rationes.

Forma literarum qnando appellatur a sententia lata extra ciuitatem Florentiæ.

Nos Guilielmus Ioseph de Francia legum doctor,

necnon

necnon iudex, & officialis cognitor, & decisor primarum appellationum, & nullitatis oppositionum ciuitatis Florentiæ, eiusque comitatus, & districtus. Tenore præsentium tibi significamus qualiter coram nobis, & nostra curia pro parte Alberti de Tebalduccis de Volaterris fuit appellatum, & de nullitate dictum, & appositum à quadam sententia, & pronunciatione, expensarum condemnatione per te, & tuam curiam lata, & data in fauorem, & ad petitionem Iusti Leonardi de Maffeis de Volaterris contra dictum Albertum de præsenti mense Iulij, & ab omnibus inde secutis, & factis vsque in præsentem piem, vt latius constat instrumento publico dictæ anpellationis, in actis, & per acta nostræ curiæ. Qua appellatione pendente nil nouari potest, vel debet per te, & tuam curiam, tam contra ipsum Albertum, quam eius fideiussorem, & eorum bona, & si contra fieret non valeret, & pars aduersa à iure suo caderet. Tu in maximas pœnas incideres prout ex forma statutorum communis Florentiæ latius disponitur. Quam appellationem tibi, & tuæ curiæ per præsentes notificamus, & ad memoriam reducimus: Teque, & officiales tuos requirimus, & hortamur, quatenus leges, & statuta communis Florentiæ, & tuæ curiæ obseruare debeas, de quorum statutorum obseruantia tibi protestamur: & quòd pendente huiusmodi appellatione, & causa indecisa nil noui fiat, vel innouetur per te, & tuam curiam. In quorum omnium fidem, & testimonium, has nostras litteras fieri, & registrari fecimus, nostrique soliti sigilli impressione muniri. Datum Florentiæ in palatio nostræ solidæ residen-

tiæ,

tiæ sub anno dominicæ incarnationis 1481. indiction e quartadecima, & die 4. mensis Augusti.

Notificatio, & susceptio litis per instrumentum.

Certum esse dicitur, quod anno dominicæ incarnationis 1472. & mense Aprilis dicti anni: Franciscus olim Laurentij de Caccinis ciuis Florentinus, iure proprio, & in perpetuum vendidit Amerigo Leonardi de Saluiatis ciui Florentino infrascripta bona, videlicet, Vnum podere, &c. Ponas bona. *Pro pretio florenorum quingentorum auri de moneta: & promisit defensionem generalem dictorum bonorum, & in casu euictionis, vel auocationis dictorum bonorum, vel alicuius eorum partis restitutionem dicti pretij, cum pœna dupli, & damnis, expensis, interesse, & cũ alijs pactis obligationibus, renunciationibus, & præcepto guarantigiæ, & alijs in dicto instrumento emptionis, & venditionis contentis, publice scripto, rogato, & publicato manu ser Leonardi ser Roberti de Martinis ciuis, et notarij Florentini, ad quod, & contenta in eo dictus Amerigus se retulit, & refert, & quod postea, & de præsenti anno domini 1483. & de præsenti mense Septembris in fauorem, & ad petitionem ser Ioannis Gasparis ser Ioannis ciuis, & notarij Florentini procuratoris, & eo nomine Petri Ioannis de Tartaglia ciuis, & mercatoris Florentini per tunc, & nunc dominum Iudicem quarteriorum sancti Ioannis, & sanctæ Mariæ Nouellæ ciuitatis Florentiæ fuit pronunciata tenuta in bonis, de bonis, & super*

super bonis quibuscunque dicti Fran. obligatis, & hypothecatis dicto ser Ioanni dicto nomine, & d. Petro eius principali, & seu executionem, & immissionem patientibus, pro iuribus, rationibus, causis, & quantitatibus, de quibus in dicta pronunciatione tenutæ, & commissione de immittendo fit mentio, & quod postea, & de dicto præsenti anno 1483. *& de dicto præsenti mense Septembris d. Petrus vigore, & pro executione dictæ pronunciationis tenutæ, & commissionis de immittendo per nuncium publicum communis Florentiæ fuit positus, & immissus in tenutam, & corporalem possessionem dictorum bonorum infra, & in relatione dictæ tenutæ hoc modo contentorum, & confinatorum, videlicet, Vnum podere, &c.* Ponas bona. *Et quæ bona supra primo loco, & in dicta venditione, & in secundo loco, & in dicta relatione tenutæ contenta, & confinata sunt vna, & eadem bona, & vnum, & idem corpus bonorum, & non diuersum non obstante aliqua varietate confinium, vel vocabulorum, & quod dicta immissio in tenutam prædictam fuit legitime relata in actis dicti iudicis, & curiæ. Fuitque ex commissione dicti iudicis, & curiæ, & ad petitionem dicti ser Ioannis dicto nomine factum præceptum de disgumbrando dicta bona inter alios dicto Ame. & eius vxoris, filijs, & familiæ, & dicta præcepta fuerunt pro parte d. ser Io. dicto nomine relata, & quod d. A. per medium ser Iacobi Martini ciuis, & notarij Floren. eius procuratoris constituti ab eo modis, nominibus, & formis in eius mandato in dicta causa producto contentis intra tempus, & terminum eidem Ame. dicto præcepto statutum, &*

assignatum comparuit, & dictis pręceptis contradixit, & plures exceptiones dedit, & capitulauit, & articulauit, & induxit testes ad probandum quædam sibi incumbentia: prout prædicta, & alia, & plura ad prę dicta facientia sic, vel aliter in effectu tamen prædicto plenius, & latius constare dixit d. Amer. in actis & per acta dicti iudicis, & curiæ ad quę omnia, d. Ame. se retulit, & refert.

Si alio modo fuerit lis mota narres prout res se habet.

Vnde hodie hac præsenti suprascripta die, d. Ame. constitutus personaliter in præsentia mei L. notarij infrasctipti, & testium suprascriptorum, necnon dicti Francisci præsentis, audientis, & intelligentis, notificauit, & ad memoriam reduxit dicto Francisco dictum instrumentum emptionis, & venditionis, & dicta acta, & causam, & causas, & litem motam eidem Amerigo per dictum ser Ioannem procuratorem prædictum dicti Petri de Tartaglia in dictis, & super dictis bonis eidem Amerigo venditis per antedictum Franciscum ne vllam valeat de prædictis ignorantiæ causam prætendere, vel allegare, eundemque Franciscum præsentem, andientem, & intelligentem instanter, & instrantissime requisiuit, monuit, & interpellauit, quatenus intra tempus, & tempora in dicto instrumento emptionis, & venditionis contenta, sin autem intra quindecim dies proxime futuros ab hac die, dicta suprascripta bona liberet, eximat, & defendat, auctorizet, & disbriget dicto Amerigo a dicta lite, causa, controuersia, & molestia eidem Amerigo, & eius vxori, filijs, & familiæ mota, & illata

per

per dictum ser Ioannem procuratorem prædictum dicto nomine, & dictorum bonorum defensioni se offerat: & dictam litem, causam, quæstionem, & controuersiam in se, & super se suscipiat, & transferat animo nouandi iudicium, & omnia, & singula alia dicat, faciat, & obseruet dictus Fran. in prædictis, & circa prædicta, quæ, & ad quæ tenetur, & obligatus est de iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ, & vt supra promisit in dicto instrumento venditionis per eum factæ d. Amer. Alias si secus aut contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecit, ve lvt dictum est cum effectu non obseruabit prædicta, dictus Ame. protestatus fuit, & protestatur eidem Francisco de omnibus, & singulis suis damnis, expensis, & interesse: & quod aget contra d. Fran. & eius hæredes, & bona ad restitutionem precij, & ad pœnam dupli, & ad emendationem damnorum expensarum, & interesse litis, & extra ad omnia alia iuris, & statutorum remedia sibi quomodolibet competentia, & competitura, & tam ciuiliter, quam criminaliter, & tam realiter, quam personaliter, & tam ordinarie, quam extraordinarie, & eo modo, forma, prout, & sicut eidem Amerigo permissum fuerit de iure, vel secundum ordinamenta communis Florentiæ.

Si venditor aliquid respondet, scribatur, & si suscipiat litem, in se ita scribes.

Qui Franciscus visis, & auditis prædictis, sciens se ad prædicta teneri, & volens agnoscere bonam fidem, & veritati locum esse, ex certa sciẽtia, & nõ per errorem aliquẽ iuris, vel facti, & omni meliori modo,

via, iure, & forma quibus magis, & melius potuit, & potest, & ei licuit, & licet publice confessus; & contentus fuit prædicta omnia, & singula vera esse, & dictam litem, causam, & quæstionem eidem Amerigo, & eius vxori filijs, & familiæ, vt supra motam, & illatam in dictis bonis, per dictum ser Ioannem dicto nomine, in se, & super se suscepit, & dictorum bonorum defensioni se obtulit, & offert. Eidemque Amerigo ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus recipienti, & stipulanti, promisit, & solemni stipulatione conuenit dictum Amerigum, & dicta bona defendere, & liberare, auctorizare, & disbrigare a dicta lite, causa. quęstione, & controuersia, omnibus, & singulis ipsius Francisci damnis, & expensis procuratorum, aduocatorum, & aliorum: Nec non dictum Amerigum promisit conseruare indemnem, & penitus sine damno a prædictis omnibus, & singulis, & omnia, & singula alia facere, & obseruare promisit dictus Fran. quæ, & ad quę tenetur, & obligatus de iure, & secundum ordinamenta communis Florentiæ, & dicti instrumenti, & prout, & sicut in dicto instrumento venditionis promisit dictus Fran. dicto Amer. & protestatus fuit, & protestatur, quod per eum non stetit, & non stat. Quæ omnia, &c.

Sequere vt in alijs instrumentis.

Renunciatio puellæ ante ingressum monasterij.

Hoc publico declaratur instrumento qualiter honesta puella Dorothea filia legitima, & naturalis Iacobantonij de Geris de Florentia, ætatis annorum 17. in circa, prout ipsa asseruit, & ex aspectu eius corporis verisimiliter dignoscitur, volens se Deo dicare, &

ea quæ

ea quæ mundi sunt, mundo relinquere, & ad æterna bona aspirare, & denique stante promissione facta de solita, & condecenti elemosyna per dictum Iacobantonium Monasterio vulgariter nuncupato Annalenæ, in quo intendit se monachari dicta Dorothea, omnibus alijs bonis tam præteritis, quam futuris, & demum omni spe succedendi se spoliare, & a se abdicare. Constituta in præsentia Mag. D. Petripauli Spinosij de Vrbe I. V. Doct. & ad præsens vnius ex iudicibus Almæ rotæ iustitiæ Florentinæ in quarterio S. Spiritus, & S. Crucis, nunc residentis, & iusdicentis, cum consensu, auctoritate, & decreto dicti Domini Iudicis eidem in omnibus, & singulis infrascriptis consentientis, & auctorantis, & decretum, & auctoritatem communis Florentiæ interponentis, & non solum vt Iudicis ordinarij prædicti, sed etiam loco mundualdi, & legitime certificata, tam a me notario, quam a dicto Domino Iudice de importantia præsentis contractus, & renunciationis, & quid agebat, & quantum sibi præiudicare poterat, non vi dolo, &c. sed ex certa scientia, & non per errorem, &c. omni meliori modo, &c. asserens in effectu dicta sua elemosyna pro monachatione prædicta se esse contentam, & ea demum soluta, & non aliter renunciauit, & renunciat hæreditatibus tam patris, quam matris, vel fratrum, & cuiuslibet eorum, de consensu tamen dicti Iacobantonij, & dominæ Lenæ eius vxoris parentum dictæ dominæ Dorotheæ præsentium, &c. quia intentio sua, vt ipsa pluries dixit, est, vt bona prædicta semper restent successoribus sanguinis quibuscunque, & in eis se nihil velle participare, & ideo promisit omnibus

habentibus intereße, & mihi notario, &c. se vllo vnquam tempore in futurum per se vel alium directe, vel indirecte, dicta bona non petere aliquo prætextu, vel causa. Quæ omnia, &c. vt in alijs: *Iurans, &c. Quibus omnibus dictus D. Iud. suam, & communis Florentiæ auctoritatem, interposuit pariter, & decretum.*

Testamentum.

Adhibeas septem testes, & dicas proprio ore dicti testatoris ad infrascripta omnia, & singula vocatis habitis, & rogatis.

Quoniam nil est certius morte, & nil incertius hora mortis. Animoque prudentis hoc pertinet vt mortis semper cogitetur euentus, & hoc potissime cum corpus infirmitate tenetur: Cum statutum sit hominem semel mori: Hinc est quod prudens vir Alex. olim Dominici de Agolantis sanus per Dei gratiam mente, sensu, visu, & intellectu, licet corpore languens: Volens circa suam substantiam, vt sapientem decet, dum mens integra est, & in sua bona, integra, & perfecta dispositione consistit prouidere, & de bonis, & rebus suis disponere, ne post eius mortem scandalum oriatur, & maxime pro salute eius animæ omnibus meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius potuit, & potest, & ei licuit, & licet hoc præsens suum vltimum nuucupatiuum testamentum, quod sine scriptis dicitur, condidit, et facere procurauit, & fecit in hunc qui sequitur modum, & formam, videlicet. Vel si voles vti ornatiori procemio, potes.

In primis quidem animam suam humiliter, ac deuotè omnipotenti Dei, eiusq; gloriosæ matri Mariæ sem-

per

per virgini, ac beato Io. Baptistæ, totique cæle sti curiæ commendauit, & corporis sui cum anima, & spiritus ab eo erit separata sepulturam elegit in ecclesia S. Crucis de Floren. cum illa impensa funeris, & prout videbitur infrascriptis eius hæredibus.

Item iure legati reliquit, & legauit opere sanctæ Mariæ Floris de Florentia, & sacrario nouo dictæ ecclesiæ, & pro constructione murorum ciuitatis Florentiæ in totum libras tres solidos decem Florentinorum paruorum.

Item pro rimedio animæ suæ reliquit, & legauit monasterio Muratarum de Flor. florenos 25. auri de moneta de lib. septem pro flor. erogandos in vtilitatem dicti monasterij.

Item iure legati, & pro remedio animæ suæ reliquit, & legauit nouitijs fratribus S. Spiritus de Flor. ordinis Eremitarum beati Augustini florenos vigintiquinque similes.

Item iure legati reliquit, & legauit Laurentio Francisci de Perusio eius famulo florenos quinquaginta similes eidem Laurentio dandos, & soluendos per infrascriptos eius hæredes intra vnum mensem proxime futurum a die mortis dicti testatoris.

Legatum manumissionis sclauæ.

Item iure legati, & pro remedio animæ suæ reliquit, & legauit Martę sclauæ, seruæ, & ancille dicti testatoris de partibus Rossiæ liberationem, propterea, quod eidem A. testatori liberaliter seruiuit, & sic in futurum durante eius vita sperat ipsam esse facturam, & eam liberauit, & liberat, & a sua potestate

exemit, & manumisit, eamque pristinis natalibus restituit: Ita, quod possit agere, contrahere, pacisci atque testari, & in iudicio stare, & omnia, & singula alia facere, quæ, & prout faciunt, & facere possunt alij homines sui iuris liberi, & ciues Romani: ac eidem remisit, & donauit omne eius peculium, et omnia, & singula vestimenta, & pannos lineos, & laneos ad vsum, & dorsum dictæ Martæ, tam factos, quam faciendos vsque ad tempus mortis dicti testatoris.

Legatum dotis filiæ spuriæ.

Item iure legati reliquit, & legauit Margheritæ eius filiæ spuriæ natæ ex se, & ex quadam Nastasia sclaua dicti testatoris florenos 300. similes pro ipsa maritando, & dot. eidem Mar. & pro ea eius futuro viro dandos, & persoluendos per infrascriptos eius hæredes cum nubet & statim consumato matrimonio.

Legatum de dotibus vxoris.

Item iure legati reliquit, & legauit D. Angelę vxori suæ & filiæ Iuliani de Tancredis dotes suas, quas dixit & confessus fuit fuiße florenos mille ducentos de moneta de lib. septem pro flor.

Mulier relicta vsufructuaria.

Item iure legati reliquit dictæ D. Angelæ eius dilectissimæ vxori propter mutuum amorem, & dilectionem, quam adinuicem inter se habuerunt plenum, liberum, & integrum vsufructum omnium, & quorumcunque bonorum dicti testatoris toto tempore eius vitæ, donec, & quousque vidua steterit, & vitam vidualem, & honestam seruauerit. Ita tamen quod non importet alimenta tantum, sed consequatur, & cum effectu habeat plenum liberum, & integrum vsufructum

ctum omnium bonorum dicti testatoris.

Non est apponenda hæc clausula nisi quando sunt instituti liberi,& de expressa voluntate testatoris.

Legatum rei alienæ.

Item iure legati reliquit, & legauit Francisco de Amieris equum album, qui est Augustini de Tedaldis, quem quidem equum emi iussit, & mandauit dictus testator à dictis suis hæredibus, & dicto Francisco tradi.

Legatum rei alienæ.

Item iure legati reliquit, & legauit Sinibaldo de Rinuccinis quandam vestem velluti nigri Alamanni filij d. testatoris: Et sic dictum Alamannum filium dicti testatoris grauauit ipsique mandauit dictus testator vt tradat dictam vestem ipsi Sinibaldo.

Legatum reditus domus.

Item iure legati reliquit, & legauit Camillę, & Annæ eiusdem testatoris filiabus, et quæ Camilla est vxor Leonardi de Ridolfis, & Anna est vxor Ioannis de Cauallereschis, & cuilibet earum in casu viduitatis, & donec viduæ steterint reditum in domo dicti testatoris.

Prælegatum factum vni ex hæredibus.

Item iure prælegati reliquit, & legauit Iannotto eius filio legitimo, & naturali omnes libros, & volumina librorum, quos ad præsens habet, & tempore mortis dicti testatoris habebit dictus testator tam Gręcos, quam Latinos, quàm etiam vulgares exceptis libris, & codicibus rationum debitorum, & creditorum.

Lega-

Legatum liberationis debitoris.

Item iure legati reliquit, et liberauit Dominicum de Carnesecchis debitorem dicti testatoris ab omni, & toto eo, quod dictus Dominicus debet dicto testatore quacunque de causa. Et iussit, & mandauit dictus testator infrascriptis eius hæredibus vt nullo nunquam tempore aliquid à dicto Dominico petant vel exigant.

Et si testator velit liberare debitorem de aliqua summa particulari exprimatur.

Legatum restitutionis vsurarum.

Item iure legati pro exoneratione conscientiæ suæ dictus testator reliquit, & legauit Siluestro de Pictis florenos 190.

Legatum nominis.

Item iure legati reliquit, & legauit dictus testator Paulo Antonio de Lanfranchis nomen, & creditum florenorum quinquaginta, ad quod tenetur, & obligatus est dicto testatori Ladislaus de Lamberteschis occasione vnius panni rosati finis de sancto Martino per dictum Ladislaum empti à dicto testatore, vt apparere dicitur in libro dicti testatoris vocato Dare, & hauere, segnato A. 16. & in libro dicti Ladislai vocato Debitori & creditori segnato D. 26. & ob id etiam dedit, cessit, transtulit, & mandauit dictus testator dicto Pauloantonio omnia iura, &c. Et constituit eum procur. vt in rem suam.

Si vis extendere istas clausulas, vide supra in instrumento cessionis.

Lega-

Legatum de bonis immobilibus.

Item iure legaui reliquit, & legauit Gregorio dilecto fratri dicti testatoris vnum podere dicti testatoris positum in comitatu Florent. & in populo plebis sanctæ Mariæ Imprunetæ infra suos cofines loco dicto Ripalbello : Ponas confines . *Cum omnibus suis pertinentijs, & cum bobus capris, et pecoribus, & omnibus alijs bestijs, & præsta laboratoris quæ, & quas contigerit tempore mortis dicti testatoris esse super dicto podere, & apud laboratorem dicti poderis.*

Exhęreditatio.

Item hoc suo præsenti testamento dictus testator exhæredauit, & eius hæreditate penitus priuauit, Galeazum filium legitimum, & naturalem dicti testatoris natum ex se & ex domina Angela eius vxore legitima, quia dictus Galeazus manus atroces, & violentas in dictum testatorem (proh dolor) iniecit, & immisit, & pluries sibi venenum parauit, & de crimine famoso ipsum accusauit, eiusque vitæ insidiauit, vt eradicaretur de terra viuentium.

Apponas causam exhæredationis & caueas quod sit vera, & legitima.

Relictum iure institutionis factum filio prodigo.

Item iure institutionis reliquit, & legauit dictus testator Laurentio filio dicti testatoris florenos quingentos auri de moneta, & alimenta condecentia in domo dicti testatoris pro omni, & toto eo, quod petere posset in hæreditate & bonis dicti testatoris quacūque de causa: Mandans, & iubens dictus testator eidē

Lau-

Laurentio præsenti institutioni stare, & esse contentum, & nil vlterius petere de bonis, rebus, & iuribus hæreditarijs dicti testatoris: Et hoc ideo fecit dictus testator, quia dictus Laurentius est lusor, & dilapidator bonorum, & accepit in vxorem quandam meretricem contra voluntatem dicti testatoris, & in graue damnum, & dedecus dicti testatoris totiusque suæ familiæ. Et quia dictus Laurentius pluries monitus à dicto testatore eius patre nunquam redire voluit ad meliorem frugem.

Generalis hæredum institutio.

In omnibus autem alijs suis bonis præsentibus, & futuris sibi hæredes vniuersales instituit, fecit, & esse voluit: Iannottum, Alamannum, Pandolfum, & Sigismundum eius filios legitimos, & naturales, natos ex ipso testatore, & ex dicta D. Angela eius vxore legitima, & quoscunque alios filios masculos nascituros ex dicto testatore, & ex d. D. Angela eius vxore, & ex quacunque alia eiusdem testatoris vxore legitima, & quemlibet eorum, æquis portionibus.

Prohibitio detractionis Falcidiæ.

Item non ignarus dictus testator de qualitate, & quantitate patrimonij sui expressim voluit, & mandauit, atque prohibuit dictis eius hæredibus, & cuilibet eorum, ne quoquo modo detrahant Falcidiam de legatis suprascriptis vt supra per dictum testatorem factis vel per eundem in futurum quandocunque faciendis.

Prohibito alienationis bonorum immobilium.

Item dictis suis hæredibus, & eorum descendentibus masculis legitimis, & naturalibus per lineam masculinam, & cuilibet eorum in perpetuum dictus testator

ſtator prohibuit,& vetuit alienationem, vẽditionem, donationem,& ad longum tempus locationem, & conceſſionem in totum vel in partem omnium, & quorun cunque bonorum immobilium dicti teſtatoris: Et hoc ideo fecit quia voluit omnia,& ſingula eius bona permanere continuo apud dictos eius hæredes, & eorum deſcendentes prædictos, & in eius,& eorum familia in perpetuum donec durabit eius linea maſculina prædicta. Et ſi quo tempore in futurum per dictos ſuos hæredes,& ſeu eorum deſcendentes contrafactum,vel ventum fuerit,tunc,& in eo caſu omnis alienatio,venditio, donatio, & ad longum tempus locatio, & conceſſio, ſit ipſo iure nulla, & nullius valoris efficaciæ, vel effectus,& bona alienata, vel ad longum tempus locata deueniant, & ſic ea in dicto caſu deuenire voluit in ſucceſſiue vocatos non contrafacientes, & ita ea in dicto caſu dictis non contrafacientibus reliquit.

Prohibitio huiuſmodi alienationis poſſet fieri etiam ad tempus,& vſque ad certos gradus tu in hoc ſemper aduertas,& ſis cautus,vt apponas cauſam,& rationem quare prohibet.

Prohibitio diuiſionis ad tempus.

Item voluit,& mandauit dictus teſtator, quod dicti Iannottus, Alamannus, Pandolfus, & Sigiſmundus eius filij legitimi, & naturales vt ſupra inſtituti, & omnes, & ſinguli alij filij legitimi, & naturales naſcituri ex dicto teſtatore communiter viuant,& ad diuiſionem bonorum dicti teſtatoris,quoquomodo non perueniant, donec & quouſque minor ipſorum perueniet ad ætatem legitimam decem, & octo annorum completorum. Et ſi aliquo modo contrafecerint, vel

alter

alter eorum contrafecerit in casu talem vel tales sic contrafacientes damnauit in florenis centum de moneta pro quolibet contrafaciente dandis, & soluendis pro vna dimidia obseruanti vel obseruantibus, & pro alia dimidia hospitali sanctæ Mariæ nouæ de Florentia, quos florenos eisdem iure legati reliquit, & legauit in casu prędicto, singula singulis congrue referendo, et sub pœna nullitatis, & irritationis eiusmodi diuisionis.

Tutorum datio.

Tutores autem, & pro tempore curatores dictorum Pandolfi, & Sigismundi filiorum minorum dicti testatoris, & omnium, & quoruncunque aliorum filiorum nasciturorum ex dicto testatore, & qui tempore mortis dicti testatoris erunt pupilli, & in minori, & pupillari ætate constituti tam nati, quam nasciturì, & tam masculi quam fœminæ reliquit, fecit, constituit, & esse voluit dictam D. Angelam eius vxorem, & Gregorium dilectum fratrem dicti testatoris, & Lodouicum de Adouardis ciues Florentinos, & quoscunq; duos ex eis in concordia, & superuiuentem ex eis. Et confidens de bonitate, & legalitate dictorum tutorum, & fide, et beniuolentia quam semper habuit erga præfatos tutores ex nunc ipso, & quemlibet ipsorum liberauit, exemit, & penitus absoluit ab omni, & quacunque inuentarij confectione nisi si & quatenus eisdem tutoribus libere videbitur, & placebit aggrauando in hoc eorum conscientias.

Non apponas ſupraſcriptam clauſulam niſi de voluntate expreſſa teſtatoris.

Creatio executorum fideicommiſſorum.

Executores autem & commissarios huius præsentis

tis testamenti, & vltimæ voluntatis & contentorum in eo fecit, constituit, & ordinauit Nicolaum de Peruzis, & Gasparem de Paulis ciues Flor. & quemlibet eorum insolidum, & superuiuentem ex eis: Dans, & concedens dictus testator dictis executoribus, & cuilibet eorum insolidum plenum, et liberũ arbitrium, potestatem, auctoritatem, et baliam vendendi, & alienandi de bonis ipsius testatoris cum subbastatione vel sine illi vel illis, cui vel quibus, et pro eo precio, & precijs, & eo modo, & forma, & prout, & sicut eisdem libere videbitur & placebit. Omniaque iura, & bona, nomina, & actiones, et pecunias, seu pecuniarum summas dicti testatoris in quibuscunq; rebus, & locis consistant petendi, exigendi, leuandi, recipiendi, & recuperandi. Et de receptis, leuatis, & recuperatis quietandi, & finiendi, pactumque perpetuum, tam reale, quam personale de vlterius nõ petendo, faciendo vsq; ad integram satisfactionẽ præmißorum, & pro ipsius testatoris voluntatem adimplendo: Et pro præmissis omnibus, & singulis, & eorum occasione coram quibuscunque iudicibus ecclesiasticis, vel sæcularibus comparendi, agendi, & defendendi in iudicio, & extra. Et generaliter omnia, et singula alia faciẽdi, gerendi, exercendi pro executione, & implemento voluntatis dicti testatoris, quæ quomodolibet libere, & plenarie concedi poßent quibuscunque executoribus testamentarijs cum plena, libera, generali, & speciali administratione, & mandato in prædictis, & circa prædicta, & prout, & sicut licuißet, & liceret dicto testatori, & facere posset dictus testator si viueret & præsens esset, & prædicta executioni mandari

vellet,

vellet, & cum illis obligationibus, pactis, premissionibus, capitulis, clausulis, & cautelis, & prout, & sicut dictis executoribus libere videbitur, & placebit: Volens insuper, & expreße declarans dictus testator, quod dicti eius executores prædicti nequeant ab executione præsentis sui testamenti, & vltimæ voluntatis excludi, vel aliqualiter impediri, donec, & quousque præmissa omnia, & singula fuerint executioni plenarie demandata.

Substitutio vulgaris expressa.

In omnibus autem aliis suis bonis præsentibus, & futuris sibi hæredem vniuersalem instituit, nominauit, fecit, & eße voluit Arrigum eius filium: & si dictus Arrigus eius hęres non erit, vel esse voluerit, & seu non potuerit, tunc, & eo casu eidem substituit Siluestrum, &c.

Substitutio expressa pupillaris.

In omnibus autem aliis, &c. suos hæredes vniuersales instituit, fecit, & eße voluit Carolum, & Petrũ eius filios legittimos, & naturales impuberes, & pupillos, & pupillari ætate constitutos, & si aliquis eorũ decesserit in pupillari ætate substituit superuiuentem, & si ambo decesserint in pupillari ætate, tunc, & eo casu eisdem substituit Iannotum, &c.

Substitutio breuiloqua, & seu reciproca.

In omnibus autem aliis suis bonis, &c. suos hæredes vniuersales fecit, &c. Dominicum, & Alexandrũ eius filios legittimos, & naturales, eosque ad inuicem substituit.

Compendiosa.

In omnibus autem aliis, &c. suos hæredes instituit,

tuit, fecit, & esse voluit Antonium eius filium legitimum, & naturalem: & si dictus Antonius quandocunqae decesserit in pupillari ætate, vel quandocunq; sine liberis legitimis, & naturalibus eidem substituit Cornelium, &c.

Exemplaris.

In omnibus autem &c. sibi hæredum vniuersalem instituit, fecit, & esse voluit Carolum de Capris eius filium legitimum, & naturalem nunc furiosum, vel mente captum, & si decesserit dictus Carolus antequam mente, & cerebro sanus fiat eidem substituit Ioannem.

Substitutio fideicommissaria, vel institutio.

In omnibus autem alijs suis bonis, &c. suum hæredem fecit, & esse voluit, &c. Cammillum eius filium, & Galeottum, Petrum, & Aldobrandinum eius nepotes ex filio in stirpes, & non in capita, & eos, & quemlibet eorum grauauit restituere hæreditatem prædictam si deceßerint sine liberis, hospitali Sanctę Mariæ Nauæ de Florentia, quod hospitale in casu prædicto eisdem substituit.

Diuiditur autem hæreditas in stirpes, vt ad dictum Cammillum filium dimidia pertineat, & ad reliquos nepotes alia dimidia.

Et hanc dixit, & aßeruit dictus testator eße, & esse velle suum testamentum, & suam vltimam voluntatem, quam, & quod præualere voluit omnibus alijs testamentis, codicillis, & donationibus causa mortis, & quibuscunque alijs vltimis voluntatibus per eum hactenus factis: Et si iure testamenti non valeret, valeat, valeret, vel valebit, & valere voluit di-

ctus testator iure codicillorum: Et si iure codicillorum non valeret, valeat valeret vel valebit, & valere voluit dictus testator iure donationis causa mortis, vel cuiuscunque alterius vltimæ voluntatis, quo, qua, & quibus magis, & melius, et validius de iure subsistere, & valere potest: Cassans, irritans, & annullans dictus testator omne aliud testamentum, codicillos, donationem causa mortis, & omnem aliam vltimam voluntatem per dictum testatorem actenus factam, & conditam manu cuiuscunque notarij.

Non apponas dicta verba codicillos donationẽ causa mortis, & omnem aliam vltimam voluntatem nisi prius bene audita voluntate testatoris.

Non obstantibus quibuscunque verbis derogatorijs, pænalibus, vel præcisis in dicto testamento vel alia vltima voluntate appositis, vt puta Pater noster Auemaria, vet alijs quibuscunque similibus de quibus dixit se ad præsens non recordari, & omnino se pænituisse, et pęnitere huiusmodi verba apposuiße. Rogans me L. notarium infrascriptum quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum.

Codicillus ante testamentum.

Adhibeas ad minus quinque testes. *Quoniam nil certius morte, & nil incertius hora mortis hinc est, quòd Michael sanus per Dei gratiam mente, sensu, visu, & intellectu: licet corpore languens, volens suæ vltimæ voluntati prouidere omni meliori modo, via, iure, causa, & forma quibus magis, & melius potuit, & potest, & sibi licuit, & licet hac particulari*

culari dispositione de bonis suis per hos præsentes codicillos disposuit, & ordinauit in hunc modum, & formam, & prout inferius continetur videlicet. In primis quidem animam suam recommendauit omnipotenti Deo, eiusque gloriosæ matri Mariæ semper virgini, totique cælesti curiæ, corpus autem suum, quando ex hac misera vita migrare contigerit sepeliri voluit in ecclesia sancti Stephani ad Pontem de Florentia, & in sepulcro suorum ascendentium.

Item amore Dei, & pro remedio animæ suæ iure legati de bonis suis reliquit, & legauit fratribus obseruantiæ ordinis fratrum minorum beati Francisci extra mœnia ciuitatis Florentiæ, & super costam sancti Miniatis duo petia panni bigelli florenorum viginti ad minus pro indumentis dictorum fratrum.

Item reliquit, & legauit iure satisfactionis D. Maritanæ eius vxori, & filiæ Simonis Deiphebi de Florentia dotes suas per eum confeßatas manu ser Manni Raineri de Mannis ciuis, & notarij Florentini sub suo datali, quas dixit, & afferuit & confeßus fuit in veritate fuiße florenos mille.

Executores, & commißarios suos, & huius præsentis codicilli, & vltimæ voluntatis, & ad prædicta omnia singula facienda. Dic vt supra in testamento.

Insuper Ioannem, & Franciscum filios legitimos, & naturales dicti codicillatoris eidem ab intestato succedentes, & venientes, & quoscunque alios filios masculos, tam natos, quàm nasciturus ex dicto Michaele codicillatore, & ex domina Maritana eius vxore, & ex qualibet alia eius vxore legitima

 roga-

rogauit, & grauauit dictus codicillator iure fideicommissi per hos præsentes codicillos: quatenus si decedent sine filijs masculis legitimis, & naturalibus hæreditatem dicti Michaelis codicillatoris insolidum reddant, & restituant Andreæ fratri carnali dicti codicillatoris, si superuixerit, sin autem eius filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus tunc superuiuentibus.

Dicens, & asserens dictus codicillator hanc suam vltimam particularem voluntatem eße, & esse velle, quam valere voluit iure codicillorum, quod si iure codicillorum valere non potest, valeat, valeret, vel valebit, & eam valere voluit dictus Michael iure donationis causa mortis, vel cuiuscunque alterius vltimæ voluntatis, quæ de iure melius, & efficacius valere potest seu poterit, & tenere. Rogans, &c.

Codicillus post testamentum.

Certum eße dicitur, quod de anno domini 1472. & de mense Ianuarij dicti anni, Alfonsus de Pandolfinis, &c. tunc corpore languens, sanus tamen per gratiam Iesu Christi mente, visu, & intellectu suum sine scriptis nuncupatiuum condidit testamentum, in quo plura disposuit, & de dicto testamento apparere dixit dictus Alfonsus manu ser Balthaßaris Alberti de Bondonibus ciuis, & notarij Florentini. Vnde hodie hac presenti suprascripta die dictus Alfonsus per gratiam Dei sanus mente, sensu, corpore, visu, & intellectu: Cum voluntas hominis ambulatoria sit vsq; ad mortem, post testamentum prædictum circa quædam, quæ in eo continentur mutata voluntate hac particulari dispositione de bonis suis per hos præ-

sentes

sentes codicillos disposuit, et ordinauit, & fecit in hunc modum, & formam, videlicet.

In primis cum ipse Alfonsus sciat, & recordetur in dicto testamento se legasse Petro olim Ioannis de Alamannis florenos 60. vt latius in dicto testamento apparere dicitur, pœnitentia ductus, & iustis de causis animum suum mouentibus dictus Alfonsus codicillator prædictus, dictum legatum ademit, & subtraxit, & penitus reuocauit, nolens ad dictam Petrum, dictum legatum quoquo modo peruenire.

Item per hos præsentes codicillos iure legati de bonis suis reliquit, & legauit D. Leoni Baptistæ de Albertis vsum, & vsumfructum vnius prædij dicti testatoris positi in comitatu Florentiæ, & in populo plebis Ripoli loco detto in Bisarno intra suos confines toto tempore vitæ dicti D. Leonis Baptistæ, & eius vita durante, & donec naturaliter vixerit. Liberans ex nunc dictus codicillator dictum D. Leonem ab omni onere cauendi, & satisdandi.

Non apponas istam clausulam, nisi de voluntate codicillatoris, & seu testatoris, licet parum releuent: Sequere legata, quæ vult codicillator.

Cætera autem omnia, & singula in dicto testamento, & codicillo precedentibus contenta in omnibus, & singulis eorum partibus confirmauit, approbauit, & valere voluit: Asserens, et affirmans hanc suam vltimam voluntatem esse, & esse velle, quam valere voluit iure codicillorum, quod si iure codicillorum non valeret, valeat, valeret, vel valebit, & eam valere voluit dictus codicillator iure donationis causa mortis, vel cuiuscunque alterius vltimæ voluntatis, & eo

modo, & forma, prout magis, & melius valere potest. Rogans, &c.

Testamentum Cæci.

Adhibeas octo testes, qui subscribant, & proprio eorum sigillo signent, & dicas.

Præsentibus testibus &c. proprio ore infrascripti testatoris vocatis habitis & rogatis.

Gherardus olim Laurentij de Ripalballo ciuis Florentinus sanus per Christi gratiam sensu, corpore, mente, & intellectu, licet cæcus, & oculis captus volens de bonis suis vt infra disponere hoc præsens nuncupatiuum testamentum, quod sine scriptis dicitur in hunc modum facere procurauit, & fecit & condidit videlicet.

In primis quidem animam suam humiliter ac deuote recommendauit omnipotenti Deo, eiusque gloriosæ matri Mariæ semper virgini totique cælesti curiæ, cumque animam suam ex corpore migrari contigerit cadaueri suo elegit sepulturam in ecclesia sancti Laurentij de Florentia.

Item iure legati &c.

Apponas primo legata operæ sacrestiæ & murorum, deinde subdas alia legata, quę faciet, & si sunt similia suprascriptis apponas.

Institutio hæredis.

In omnibus autem alijs suis bonis præsentibus, & futuris sibi hæredes vniuersales instituit, nominauit, fecit, & esse voluit Iacobũ, & Gabrielẽ eius filios masculos, legitimos, & naturales. Et hæc dixit, & asseruit testator prædictus &c. Sequere vsq; ad finem vt supra in alijs vsq; ad illud. Rogãs &c. postea dicas.

Igitur

Igitur prædictis omnibus & singulis suprascriptis, & quolibet eorum in dicto testamento contentis corã dictis, & infrascriptis testibus recitatis, narratis, & lectis dictus Gherardus testator prædictus protestatus fuit hoc eße, et eße velle suum testamentum, & vltimam voluntatem, seu elogium ex sui animi, & sani intellectus sententia, & voluntate dispositum, & ordinatum: Rogans infrascriptos testes, & quemlibet eorum ad testimonium vt supra adhibitos ad prædicta omnia, & singula suprascripta testes eße, & subscriptiones suas, & sigilla secundum iuris ordinem subijcere, & apponere.

Et hoc infrascripto modo facies subscribere testes latine, vel vulgariter.

Subscriptiones testium testamento cæci.

Ego Ioannes olim Simonis aromatarius populi sancti Petri Scheradij de Florent. vna cum infrascriptis Blasio, Petro, Gabriele, Floriano, Dominico, Baptista, & Bernardo omnibus testibus proprio ore dicti testatoris vocatus, adhibitus, & rogatus cum eis in testem huic præsenti testamento, & vltimæ voluntati, & eius recitationi interfui, & in fidem omnium præmissorum subscripsi, solitoq; meo sigillo signaui, sigillum meum proprium habens sculptum in eius circulo caput saraceni, & in vna ex cordulis ceræ pendentis cum salimbacha imprimens, & apponens. Ego Blasius Francisci de Gherardis populi S. Simonis de Flo. vnà cum supra scripto Ioanne & infrascriptis Petro Gabriele Floriano Dominico Baptista, & Bernardo omnib. testib. proprio ore dicti Gherardi testatoris, vocatus, adhibitus,

& rogatus in testem huic præsenti testamento, & vltimæ voluntati, & eius recitationi interfui, & in fidē omnium præmissorum subscripsi, solitoque meo sigillo signaui, sigillum meum proprium habens sculptum in eius circulo scutum cum armis meę familiæ, videlicet, crucem cum quattuor stellis, in vna ex cordulis ceræ prudentis cum salimbacha imprimens, & apponens.

Et sic successiue subscribant reliqui testes vocando in contestes suos tam supra subscriptos, quam infra se subscribendos, nec refert si omnes eodem signo, & sigillo signarent.

Ego L. ciuis, & notarius publicus Floren. imperialique auctoritate iudex ordinarius, notariusque publicus, prædictis omnibus, & singulis dum sic agebantur interfui, & proprio ore dicti testatoris vocatus, adhibitus, & rogatus, prædicta omnia, & singula suprascripta de eius voluntate, & mandato scripsi, & publicaui, & in hanc publicam formam redegi, & coram dicto testatore, & dictis testibus ad eorum claram intelligentiam recitaui, & legi, & in fidem omnium, & singulorum præmissorum subscripsi signumque meum, & etiam sigillum apposui consuetum, & proprium habens sculptum in eius circulum scutum cum armis meæ familię, videlicet, tria capita boum ad vnam ex cordulis ceræ prudentis in salimbacha imprimens, & apponens.

De testamento inscriptis.

Et nota, quod si quis vellet conficere testamentum solemne inscriptis, facias quod testator si sanus est, vel scit, aut potest propria manu in membra-

membranis ſcribat voluntatem ſuam, in quibus vndique remaneant margines, & ſeu ſpatia quattuor digitorum per latitudinē: Si verò infirmus, aut ignarus literarum, vel non poteſt ſcribere alicui committat vices ſuas: Et poſtea ipſum claudat, & apponat ſuum ſigillum, & ſic clauſum ſubſcribant, & ſigillent teſtes, ſed hoc eſt periculoſum, quia tot ſolemnitates de iure requiruntur, vt etiam peritiſſimi in eis celebrandis errauerint, & in forma peccauerint omittendo ſolemnitates debitas, & ideo te conſulo, vt potius vtaris teſtamento nuncupatiuo ſine ſcriptis, vel conſulas aduocatos.

Reuocatio teſtamenti.

Adhibeas ſeptem teſtes. *Gherardus, &c. Conſtitutus perſonaliter in præſentia ſupraſcriptorum teſtium, & mei L. notarij infraſcripti dicens, & aſſerens ſe omnino pœnitere de quodam teſtamento, & vltima voluntate per dictum Gherardum facto, & condito, vt dixit rogato manu ſer Iuliani ſer Domi. de Ripa ciuis, & notarij Flor. de anno domini proximè præterito* 1574. *die* 10. *menſis Iulij dicti anni, ſeu alio veriori tempore in dicto teſtamento contento, omni meliori modo, via, iure, cauſa forma, quibus magis, & melius potuit, & ei licuit, & licet, deliberatè, & ex certa ſcientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, ipſum teſtamentum, & omnia, & ſingula in ipſo contenta, & diſpoſita, nec non omnia, & ſingula, & quæcunq; alia teſtamenta, codicillos, & vltimas voluntates per ipſum vſq; in præſentem diem factas, & celebratas, & facta, & celebrata manu cuiuſcunque*

notarij,

notarij & omnia, & singula in ea, & eis contenta, & quodlibet eorum, & quamlibet eorum partem cassauit, reuocauit, irritauit, & annnullauit, & cassa irrita, & nulla, & nullius valoris efficaciæ, vel effectus esse voluit, declarauit & mandauit. Non obstantibus quibuscunque verbis degoratorijs, pœnalibus, vel præcisis in dictis testamentis, codicillis, & vltimis voluntatibus quomodolibet appositis, de quibus dixit & asseruit dictus Gherardus se ad præsens non recordari, & se omnino pœnitere huiusmodi verba apposuisse. Dicens asserens protestans, & affirmans pro nunc dictus Gherardus se velle decedere intestatum. Rogans, &c.

Donatio causa mortis.

Annibal olim Camilli de Dalfinis ciuis Flor. sanus per Dei gratiam mente, sensu, corpore, visu, & intellectu. Vel si egrotat dicas. *Sanus per gratiam Dei, mente, sensu, visu & intellectu, licet corpore languens, non vi dolo vel metu seu aliqua alia machinatione circumuentus, sed ex eius mera, & libera voluntate, & ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris, vel facti, & omni meliori modo, via, iure, causa, & forma, quibus magis, & melius potuit, & ei licuit & licet, ex titulo donationis causa mortis, & post eius mortem dedit, donauit, tradidit, & concessit Bindaccio Rainery de Ricasolis ciui Florentini ibidem præsenti, et pro se, & suis hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus iura sua concesserit recipienti, & stipulanti: Vnam domum &c.* Ponas confines bonorum. *Adhabendum, tenendum, vtendum, fruendum, et possidendum, & quicquid dicto Bindaccio donatario*

notario, & eius hęredibus, & successoribus deinceps secuta morte dicti Annibalis donatoris placuerit perpetuo faciendum: Quæ bona supra donata dictus Annibal constituit se precario nomine, & iure tenere, & possidere pro dicto Bindaccio, & eius hæredibus, & successoribus, donec dictorum bonorum tenutam, & corporalem acceperit, & seu acceperint possessionem, quam accipiendi, adipiscendi, intrandi, & deinceps retinendi, etiam sua propria auctoritate, & sine licentia, auctoritate, vel decreto alicuius iudicis, officialis, vel curiæ eisdem licentiam omnimodam contulit, atque dedit statim secuta morte dicti Annibalis: Et ex causa dictę donationis causa mortis, dictus Annibal dedit, cessit, & concessit, transtulit, & mandauit dicto Bindaccio, vt supra recipienti & stipulanti pro se & suis hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus iura sua concesserit omnia, & singula iura &c.

Extende vt supra in venditionibus, & in cessionibus, & alijs similibus instrumentis.

Volens atque paciscens dictus Annibal donator prædictus quàm primum secuta eius morte dictam domum, & bona vt supra donata pleno iure dominij, proprietatis, & possessionis pertinere & spectare dicto, & ad dictum Bindaccium donatarium prædictum quæ omnia &c.

Extende generalitates vt supra & non apponas promissionem de non reuocando, nec pœnam nisi de expressa voluntate donatoris cum sit causa lucratiua.

Deposi-

Depositum gratia deponentis.

Cum sit quod Aloysius Francisci de Grifonis emerit quædam bona immobilia sita in populo Abbatiæ Fesularum in instrumento emptionis rogato manu ser Francisci ser N. ciuis, & notarij publici Florentini sub die 20. Aprilis proxime præteriti descripta, & & confinata a Bernardo N. pro florenis mille de libris septem paruorum pro floreno, et conuenerint dicti contrahentes, quod intra sex menses tūc proxime futuros dicta summa deponeretur penes idoneum depositarium ad illam conuertendum in emptionem bonorum immobilium cautorum, & securorum, ad declarationem partium, & in casu discordiæ Dominorum Officialium Montis, cum præambula hypotheca pro defensione dictorum bonorum.

Et si appositæ sint aliæ conditiones in instrumento venditionis narres, vt ibi.

Et volens dictus Aloysius emptor promissa seruare coram me notario, & testibus supra, & infrascriptis soluit, & actualiter numerauit Federico I. ciui, & mercatori Florentino præsenti, & ad se actualiter trahenti, & accipienti dictos florenos mille in tot monetis argenteis Florentinis ad effectum, & cum conditionibus de quibus supra. Suscipiens etiam dictus Federicus ex pacto in præsenti instrumento apposito, & solemni stipulatione vallato super se omnem casum fortuitum, & euentum quemcunque tam diuino, quam humano iudicio, ruinæ, rapinæ, violentiæ, incendij, naufragij, fori interdicti eius culpa, vel non, aut leui, vel leuissima culpa, vel alio quolibet modo prouenientem: Cum pacto insuper solemnibus stipulationi-

pulationi-

pulationibus hinc inde interuenientibus, quod dictum depositum de consensu partium, videlicet dictorum Aloysii, & Bernardi semper, & quandocunque possit amoueri a dicto Federico, & penes alium idoneum depositarium deponi cum eisdem conditionibus: Quam summam florenorum mille dictus Federicus se, suosq; heredes, & bona omnia præsentia, & futura, iura, nomina, & actiones insolidum, & in totum obligando promisit, & solemni stipulatione conuenit eisdem Aloysio, & Bernardo præsentibus, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus, &c. recipientibus, & stipulantibus, & restituere, & soluere, & cum effectu numerare casibus suprascriptis, & pro conditionibus, de quibus supra adimplendis Florentiæ, &c.

Sequere vt instrumento mutui.

Forma sumpti instrumenti.

In Dei nomine amen: Anno domini nostri Iesu Christi ab eius salutifera incarnatione 1480. &c.

Hoc est exemplum, & seu sumptum cuiusdam publici, & authentici instrumenti, priuilegij rescripti, & imperialis indulti Sereniss. principis, & domini D. Roberti diuina fauente clementia Romanorum Imperatoris, & semper Augusti, ac Boemiæ regis vera bulla cerea ad filum sirici azzurri, & crocei coloris more imperialis curiæ prudente sani, & integri, non vitiati, nec abrasi, nec in aliqua sui parte suspecti, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentis, concessi per dictum serenissimum Principem dominum Robertum generoso militi, ac egregio legum doctori domino Philippo domini Thomæ de Corsinis de Flor. suisq; filijs, & descendentibus masculis, & legitimis, & naturali-

bus

bus in perpetuum, prout in ipso priuilegio, & rescripto imperiali continetur, sumptum, exemplatum, & insinuatum ad perpetuam rei memoriam ad instantiam, petitionem, & requisitionem Bonaccursii, olim Pancratij de Benitijs de Florentia per me. L. ciuem, & notarium publicum Florent. ex dicto authentico, et originali instrumento indulti, rescripti, & priuilegij imperialis prout in ipso inueni nil addēs, vel minuens, quod sensum mutet, vel variet intellectum suum, cuiusquidem priuilegij, rescripti, & indulti Imperialis prædicti tenor inferius seriatim, & per ordinem de verbo ad verbum describitur, qui sequitur, & est talis, videlicet.

In nomine indiuiduæ trinitatis &c. Rubertus &c.

Ponas totum tenorem cum subscriptionibus originalis instrumenti, deinde subdas subscriptiones infrascripto modo.

Ego L. ciuis, & notarius publicus Florentinus, imperialique auctoritate iudex ordinarius, notariusque publicus, suprariptum sumptum, copiam, & exemplū suprascripti priuilegij, & rescripti, & imperialis indulti ex suo, & à suo publico, & authentico originali, bulla cerea ad filum sirici azurri, & crocei coloris more imperialis curiæ munito sano, & integro, & omni prorsus vitio. & suspicione carente de commissione, & mādato magnifici, & strenui militis domini Laudouici de Malauzis de Regio dignissimi Potestatis ciuitatis Flor. de qua commissione, & mandato in actis suis, & suæ curiæ latè patet. Et coram ipso domino Potestate sedente ad cautelam pro tribunali ad eius solitum iuris banchum fideliter sumpsi, & in præsenti membrana scripsi,

scripsi,& de verbo ad verbum copiaui,et exemplaui, prout in dicto suo authentico,& originali scriptum,& signatum inueni, nihil addito, vel mutato, quod sensum mutet,vel variet intellectum: Ipsumq; sumptum, & exemplum,& copiam suprascriptam coram præfato domino potestate cum dicto suo authentico,& originali instrumento vnà cum ser Bartholomæo ser Francisco,ser Angelo,& ser Carolo eximijs,et fidelibus notarijs fideliter,& diligenter auscultaui,& ad inuicem vnum cum alio rescontraui: Et quia præfatum exemplum,& seu sumptum cum dicto suo originali concordare inueni: Et idem dominus potestas concordare audiuit: Ipse dominus potestas pro tribunali sedens vt supra ad eius solitum iuris banchum pro iure reddendo, vt moris est sito in palatio suæ solitæ residentiæ: Visa primò citatione,& relatione citationis ex parte, commissione, & mandato supradicti domini potestatis,& ad petitionem dicti Bonaccursii factis de omnibus, & singulis volentibus prædictis contradicere, vel se opponere, aut sua dicere, vel putare quomodolibet intereße, vel interesse poße, prout in actis dicti domini potestatis latius continetur,& apparet. Et ipsorum omium citatorum contumacia, & cõtemptu: Et omnibus visis,& consideratis,quæ videnda, & cõsideranda fuerunt: Et omni meliori modo, via iure,& forma, quibus magis, & melius potuit suprascripto sumpto, & exemplo, suam, & communis Florentiæ, quibus fungitur auctoritatem interposuit pariter, & decretum. Et pronunciauit, & declarauit dicto suprascripto sumpto, & exemplo sic vt supra per me sumpto,& copiato, & exemplato sicut origi-

nali, & authentico instrumento dicti rescripti, & indulti, & priuilegij imperialis fore, & esse in perpetuum de cætero in iudicio, & extra, & per quemlibet indifferenter ab omnibus fidem plenariam adhibendam in omnibus, & per omnia: Ideoque ad fidem perpetuam, & robur omnium prædictorum de mandato dicti domini potestatis me subscripsi, signumq; meum apposui consuetum, Ista die Iouis in vesperis hora causarum die 26. mensis Ianuarij anno dominicæ incarnationis. 1480. *inditione* 15.

Forma subscriptionis notariorum, qui auscultant.

Ego Bartholomæus ciuis, & notarius Florentinus, imperialique auctoritate iudex ordinarius, notariusq; publicus, suprascriptum sumptum, copiam, siue exemplum sic, vt supra per dictum ser L. ex dicto, & de dicto suo authentico, & originali instrumento priuilegij, indulti, & rescripti imperialis per me etiam viso, & lecto, scriptum, & copiatum de mandato præfati domini potestatis, vt supra per dictum ser L. facta est mentio vna cum dicto ser L. & infrascriptis ser Francisco, & ser Angelo, & ser Carolo de mandato, & commissione dicti domini potestatis, & coram ipso domino potestate pro tribunali sedente, vt, & vbi supra fideliter, & diligenter cum dicto suo originali, & authentico priuilegio rescripto, & indulto imperiali auscultaui, & de verbo ad verbum adinuicem rescontraui: Et quia dictum sumptum, & exemplum cum dicto suo authentico, & originali in omnibus, & per omnia concordare inueni, & inuenimus: Et dictæ interpositioni auctoritatis, & decreti, & pronun-

ciationi,

ciationi, & declarationi dicti domini potestatis, & omnibus prædictis, & infrascriptis interfui: Ideoque de mandato dicti domini potestatis ad fidem perpetuam, & robur omnium prædictorum me subscripsi, signumque meum apposui consuetum dicta die Iouis de sero in vesperis hora causarum 26. mensis Ianuarij, anno dominicæ incarnationis 1480. & indictione de qua supra.

Et sic sequere tres subscriptiones: Et aduertant subscribentes quod de primis dicant suprascriptis, & de sequentibus notarijs dicant infrascriptis.

Sumptum, & exemplum partitę cuiusdam libri, &c.

In Dei nomine Amen. Hoc est sumptum, exemplum, & seu copia cuiusdam partitæ, & seu partitarum cuiusdam libri publicè sumptum, copiatum, & exemplatum ex quodam libro foliorum mediocrium Bononiensium, cooperto corio rubeo signato litera B. intitulato dare, & hauere infrascripti Leonar. de Palarcionibus, & Vannelli de Vannellis, & sociorum de Florentia vnà cum titulo dicti libri per me L. notarium infrascriptum vigore commissionis mihi datæ, & factæ, de qua infra cuiusquidem tituli, & quarum partitarum dicti libri tenor, & seu tenores sunt hi, videlicet: Al nome di Dio, &c. Questo libro è, &c. Ponas titulum prout iacet. *Item ad car. 25. dicti libri constat, apparet, & scripta est infrascripta partita, videlicet: Philippo, &c. debbe hauere, &c.* Ponas partitas quas velis de verbo ad verbum.

Quod quidem sumptum, copia, & seu exemplum

tituli suprascripti libri, & partitæ, & seu partitarum prædictarum sumptum, & scriptum per me L. notarium infrascriptum ex suo originali, & authentico libro dicti Leonardi, & Vannelli rescontratum fuit coram egregio legum Doctore D. Bernaba de Gherardis de Amelia iudice collaterali quarteriorum sancti Spiritus, & sanctæ Crucis Mag. militis Domini Christophori Maluicini de Viterbio præsentis D. Potestatis ciuitatis Florentiæ pro tribunali sedente ad eius solitum iuris banchum pro iure reddendo, vt moris est, situm in Palatio residentiæ dicti domini Potestatis posito partim in populo sancti Apollinaris, & partim in populo sancti Stephani Abbatię Florentiæ, cui vndique sunt viæ publicæ dictæ ciuitatis in dicta curia, & coram dicto iudice, & curia productum per dictum L. & lectum, & diligenter per ordinem auscultatum, & rescontratum dictum sumptum, & exemplum cum dicto suo authentico, & originali libro, & partitis prę dictis per me L. notarium infrascriptum.

·Procœmium prothocolli notarij.

In Dei nomine amen &c. Hic est liber & prothocollus primus rogituum, & imbreuiaturarum mei L. ciuis, & notarij publici infrascripti continens in se omnes, & quoscunque contractus inter viuos, & vltimas voluntates de quibus rogatus fuero conficere publica documenta, quæ omnia, & singula inferius adnotabo sub annis, indictione, mensibus, & diebus infrascriptis: Et ad prædictorum omnium, & singulorum fidem subscripsi, & solito meo signo signaui.

Procu-

Procuratio cæterata, prout communiter fit in prothocollo.

In Dei nomine amen. Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo quinto indictione tertia, die vero prima mensis Septembris. Actũ Florentiæ in audientia artis iudicum & notariorum in populo sancti Stephani præsentibus testibus etc. Domina Lucretia &c.

Ponas consensum, & decretum magistratus, vel rectoris loco munduali vt supra a car.1.

Citra tamen reuocationem &c. Et omni meliori modo &c. fecit &c. suos procuratores &c. Ser Franciscum ser Nicolai parentes & ser Petrum Ludouici de Gemmarijs notarios Florentinos, & quemlibet eorum insolidum &c. absentes &c. Ita tamen quod occupantis conditio non sit melior, &c. specialiter &c. In omnibus, & singulis causis &c. Ad agendum &c. Item ad intrandum in tenutam &c. Item ad petendũ bona insolutum &c. Item ad faciendum capi &c. Itẽ ad accusandum &c.

Ponas omnes actus quos volueris faciendo mentionem de primo verbo per gerundium vt supra.

Et generaliter &c. Dans &c. promittens &c. sub hypotheca &c. renuncians &c. cui &c. per guarantigiam &c. Rogans &c.

Et si procuratio fieret per forensem aut per Florentinum, quæ deberet mitti extra territoriũ, subdas post illam clausulam, promittens &c. Releuans &c. ante illud sub hypotheca.

Venditio prout communiter scribitur in prothocollo.

Antonius, &c. Caueto vt semper subdas nomen patris, & aui, & etiam artem, vel nomen familiæ, & populum. *Omni meliori modo, &c. per se, & suos hæredes iure proprio, & in perpetuum dedit, & vendidit, &c. Dominico, &c. præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus, &c. & nominandis ab eo, &c. recipienti, & ementi, &c. Vnam domum, &c.* Ponas latera vocabula confines. *Vnà cum omnibus, & singulis, &c. & cum omnibus, & singulis accessibus, &c. Ad habendum, &c. Quæ bona dictus Antonius constituit se tenere pro dicto emptore, & eius hæredibus, & nominandis ab eo, &c. Et constituit procuratorem, &c. quemcunq; nominandum per dictum emptorem, &c. specialiter, &c. ad immittendum in tenutam, &c. dictum Dominicũ emptorem, &c. Et insuper ex causa venditionis prædictæ, dictus Antooius venditor cessit, &c. eidem Dominico emptori, vt supra recipienti, & stipulanti, &c. omnia iura, &c. Ipsumque Dominicum fecit procuratorem, &c. vt in rem suam, &c. posuitq; ipsum in locum, & vniuersum ius suum: Et promisit, &c. dictus Antonius venditor dicto Dominico emptori, vt supra recipienti, &c. dicta bona, &c. non molestare, &c. sed dicta bona, &c. de iure, & de facto defendere, &c. ab omni persona, &c. Et si quo tempore aliqua lis, &c. mota fuerit dicto Dominico emptori, vel nominandis ab eo, & eorum hæredibus, & successoribus, &c. in, de, vel super dictis bonis, &c. omnem huiusmodi litem, &c. in se, & super se animo*

nouandi

nouandi iudicium suscipere, &c. intra quintam diem proximè futuram à die notificationis, &c. Ita tamen, quod ex pacto, &c. notificatio semel tantũ facta, &c. valeat, &c. Et in casu euictionis, &c. promisit, &c. dictus Antonius dicto Dominico emptori, vt supra recipienti, & stipulanti intra octo dies proximè futuros a die huiusmodi euictionis, &c. vel postquam eidem venditori, vel eius hæredibus notificatum fuerit personaliter, & ad domum, &c. Cum pacto, &c. quod denunciatio demi, & etiam minus legitime facta, &c. valeat, & reddere, & restituere infrascriptum pretium cum pœna dupli, & omnia damna, expensas, & interesse litis, & extra: Cum pacto, &c. quod eidem Dominico emptori, & nominandis ab eo, &c. non possit obijci quod eius negligentia, &c. vel iudicis imperitia, bona fuerint euicta, &c. Et in effectu promisit defensionem generalem in forma plenissima secundum stilum notariorum ciuitatis Florentiæ: Et prædictam venditionem, & omnia, & singula suprascripta fecit dictus Antonius pro precio florenorum quadringentorum septuagintaquinque auri largorum, quod pretium dictus Dominicus emptor in præsentia mei L. notarij infrascipti, & testium suprascriptorum dedit, soluit, & numerauit dicto Antonio venditori præsenti, & ad se trahenti in pecunia numerata, &c. de quibus vocauit se bene pagatum, &c. Si vero non interueniret solutio precij, dicas. *Quod precium, dictus venditor fuit confessus, & contentus habuisse, & recepisse a dicto emptore, & de quo precio dictus venditor vocauit se bene pagatum, tacitum, & contentum, exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino*

renuncians. Quæ omnia &c. promisit &c. perpetuo firma & rata habere &c. sub pœna dupl. &c. Quæ pœna &c. qua pœna &c. pro quibus &c. dictus Antonius venditor obligauit &c. Renunciauit &c. cui &c. præcepi per guarantigiam &c. Rogantes &c.

Si in véditione opus esset apponere aliqua pacta scribas illa quam clarius potes, & aduertas qđ pauca poterunt interuenire de quibus supra non sit facta mentio, & illa de voluntate partium semper scribas in prothocollo. Vnam cautelam non omittam quod si contingeret venditionem fieri cum pacto quod bona vendita sint prius obligata alicui creditori emptoris, vel alicui qui alia bona emisset a præsente emptore quod facias primo instrumentum de per se ante venditionem quod præsens venditor obligat dicta bona pro tuitione, & securitate illius primi emptoris de cuius pecunia soluitur præsens precium.

Locatio.

Nicolaus &c. per se, & suos hæredes, & omni meliori modo &c. locauit ad affictum &c. Laurentio &c. præsenti, & pro se, & suis hæredibus conducenti vnum podere &c. pro tempore, & termino quinque annorum proxime futurorum incipiendorum die prima Octobris proxime futuri, & vt sequitur finiendorum pro affictu, & mercede &c. florenorum 25. anni de libr. septem pro quolibet promittens &c. dictus Nicolaus locator dicto Laurentio conductori præsenti, & vt supra recipienti, & stipulanti &c.

dicta

dicta bona durante tempore præsentis locationis non vendere &c. nec aliquem alium contractum facere in præiudicium præsentis locationis &c. Sed dicta bona durante dicto tempore dicto conductori &c. defendere &c. Et ex aduerso dictus cōductor promisit &c. dicto Nic. locatori præsenti, & pro se, & suis hæredibus &c. recipienti, & stipulanti dictis bonis vti ad arbitrium boni viri. Et dicta bona pro dicto Nicolao tenere, & pro alio non recognoscere, & eidem Nicolao, & eius hæredibus respondere de dicto affictu &c. quolibet anno cum pacto &c. resolutiuo in defectum solutionis dicti affictus ad beneplacitum tantum dicti locatoris: Et finito dicto tempore, dicta bona eidem locatori, & eius hæredibus &c. dimittere libera, vacua, & expedita, & potius meliorata quàm deteriorata: Quæ omnia promiserunt &c. attendere &c. sub pœna florenorum quinquaginta.

Vt supra in generalitatibus, & aliquando subiungitur hypotheca specialis ad obuiādum alienationi interea faciendę.

Confessio dotis in pecunia cæterata in prothocollo.

Laurentius, & Leonardus &c. & quilibet eorum insolidum, & in totum se obligando, vnica tamen solutione sufficiente, per se, & eorum, & cuiuslibet eorum hæredes &c. ex certa sciētia &c. & omni meliori modo &c. fuerunt confessi, & contenti habuisse, & recepisse partim ab officialibus montis communis Florent. & partim à Dominico &c. dantibus, & soluentibus in dotem, & dotis nomine dominæ Mariet. filiæ dicti Dominici, et vxoris dicti Lau. inter donatarios, & res

mobiles communi concordia dictas partes æstimatas florenos octingentos auri largos hoc modo, videlicet florenos sexcentos quinquaginta a dictis officialibus, & residuum, videlicet florenos centum quinquaginta a dicto Dominico: de quibus vocauerunt se bene pagatos, &c. Et propterea fecerunt eidem dominæ Mariette, licet absenti, & mihi Io. notario infrascripto, vt publicæ personæ pro dicta D. Mariet. & eius hæredibus, & successoribus, &c. recipienti, & stipulanti donationem propter nuptias de lib. 50. fl p. secũdum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ. Quas dotem, & donationem propter nuptias promiserunt, &c. dictæ dominæ Mariettæ, licet absenti, & mihi Io. notario infrascripto, vt supra recipienti, & stipulanti reddere, &c. eidem dominæ Mariettæ, & eius hæredibus, & successoribus, &c. in omnem casum, & euentum dictæ dotis reddendæ, & donationis soluendæ constante matrimonio, vel soluto Florẽtiæ, &c. Et generaliter vbiq; locorum, &c. Cum pacto dotali, &c. promittentes, &c. de dicta dote, &c. non opponere solutionem, &c. nisi per hoc instrumentum sibi redditum: Quæ omnia, &c. promiserunt, &c. perpetuo firma, & rata habere, &c. pro quibus, &c. obligauerunt, &c. quæ bona obligata constituerunt se præcario nomine pro dicta domina Marietta, & eius hæredibus possidere. Renunciauerunt, &c. quibus per guarantigiam, &c. Rogantes, &c.

Cessio iurium cæterata.

Certũ esse dicitur quod Cæsar, &c. Narres priùs instrumẽtum de quo fit cessio, & ad illud facias, quod

quod partes se referant, & postea dicas. *Vnde hodie hac præsenti suprascripta die Augustinus, &c. titulo, & causa venditionis, & ante infrascripti precij solutionem dedit, & cessit, &c. dicto Alexandro fideiussori præsenti, & pro se, & suis hæredibus, &c. recipienti, &c. ius, & nomen dicti debiti, &c. Et omnia, & singula alia iura, &c. sibi Aug. quomodolibet competentia, constituens dictum Ale. procuratorem, & dominum, vt in rem suam, ponensque eum, in locum, & vniuersum ius suum: Ita quod admodo dictus Al. possit, &c. vti, &c. dictis iuribus, &c. promittens, &c. dictus Augustinus dicto Alexandro, vt supra recipienti, & stipulanti, &c. se esse verum creditorem: Et dicta iura, &c. apud se esse illæsa, &c. & dicta iura alteri non cessisse, &c. Et cõtra non facere, &c. Et predictam cessionem, & omnia, & singula suprascripta fecit dictus Aug. pro precio flor. centum auri largorum, &c. quos flor. centum dictus Alex. in præsentia mei notarij infrascripti, & testium suprascriptorum dedit, & soluit, & numerauit dicto Augustino præsenti, &c. Quæ omnia, &c. promisit, &c. attendere, &c. sub pœna dupli, &c. quæ pœna, &c. qua pœna, &c. pro quibus, &c. obligauit, &c. renunciauit, &c. cui per guarantigiam, &c. Rogantes, &c.*

Instrumentum finis in prothocollo.

Petrus, &c. non vi, dolo, vel metu, &c. sed ex eius certa scientia, &c. & omni meliori modo, &c. fecit finem, &c. Miniati, &c. ibidem præsenti, & pro se, & suis hæredibus recipienti, & stipulanti de omni, et toto eo, &c. & omnibus, & singulis his ad quæ dictus

ctus Minias dicto Petro hactenus teneretur,&c. qua cunque de causa,etiam quomodolibet excogitanda.

Non apponas ista verba nisi de consensu partium.

Cum scriptura,vel sine &c. Et hanc finem &c. fecit dictus Petrus,quia sibi à dicto Miniate integre solutum,& satisfactum esse asseruit de omnibus,& singulis his ad quæ d.Minias tenebatur dicto Petro: & de quibus vocauit se bene pagatum &c. Quam finem voluit extendi &c. etiam ad incognita &c.

Non apponas hanc clausulam nisi de consensu partium.

Liberans &c. quæ omnia &c. promisit &c.perpetuo attendere &c. sub pœna &c. quæ pœna &c. qua pœna &c. pro quibus &c. obligauit &c.renunciauit &c. cui præcepi per guarantigiam &c. Rogantes &c.

Compromissum in prothocollo.

Ioannes &c. per se, & suos hæredes ex parte vna Augustinus &c. suo nomine proprio & pro & vice & nomine Matthæi eius fratris carnalis, pro quo de rato promisit &c. & se facturum & curaturum ita, & taliter cum effectu omni iuris, & facti exceptione remota; quod dictus Matthæus ratificabit &c. præsens compromißum, & omne laudum exinde ferendum &c. intra vnum mensem proxime futurum per publicum instrumentum &c. manu mei notarij infrascripti,vel alterius cuiuscunque notarij dummodo si manu alterius notarij deueniat, & deuenire debeat intra dictum tempus ad notitiam dicti Ioannis, vel mei notary infrascripti, alias de suo proprio facere,

&

& obseruare promisit sub infrascripta pęna. Et quolibet dictorum modorum, & nominum ex parte alia &c. Et omni meliori modo &c. generaliter omnes, & singulas eorum lites &c. commiserunt, & compromiserunt &c. in Orlandum, & Mariottum tanquam in eorum arbitros &c. ambos in concordia. Dantes &c. dictis arbitris &c. plenam licentiam &c. in prædictis &c. laudandi &c. de iure, & de facto &c. etiam super liquidis &c.

Non apponas istam clausulam, nisi de consensu partium.

Et de bonis rebus & iuribus vnius partis, & è conuerso alteri parti dandi, & adiudicandi, &c. cum constituto &c. & obligatione defensionis generalis, & euictionis in forma secundum stilum notariorum Flo. & cum clausulis solitis. Cum pacto &c. quod de omnibus & singulis his, de quibus per dictos arbitros, &c. ambos in concordia laudari contigerit &c. intelligatur fuisse litem, & quęstionem inter dictas partes &c. Nec non promittentes &c. dictæ partes &c. stare &c. omni laudo &c. & ab ipsorum laudis &c. non appellare &c. quinimo præsens compromissum, & omne laudum &c. exinde ferendum &c. perpetuo firma, et rata habere &c. sub pęna florenorum ducentorum &c. quæ pęna &c. qua pęna, &c. pro quibus &c. obligauerunt &c. renunciauerunt &c. quibus præcepi per guarantigiam &c. Et hoc præsens compromißum durare volunt, & vires habere hinc ad tres annos proximos futuros Rogantes &c.

Instru-

Instrumentum pacis cæteratum.

Bernardus, &c. ex parte vna, et Hieronymus, &c. ex parte altera eorum proprijs nominibus, ac etiam pro, vice, & nomine omnium, & singulorum eorum, & cuiuslibet ipsorum filiorum, fratrum, nepotum, consortium & coniunctorum per lineā masculinam vsq; in quartum gradum inclusiue, secundum ius canonicum, pro quibus, & quolibet eorum, de rato, &c. promiserunt, &c. & quilibet eorum promisit, &c. & se facturos, &c. alias de suo proprio facere, attendere, & obseruare promiserunt; & quilibet eorum promisit, &c. sub infrascripta pœna: Et quolibet dictorum modorum, & nominum simul insolidum, & de per se, & quilibet eorum deliberate, & ex certa scientia, &c. & omni meliori modo, &c. fecerunt, & reddiderunt sibi inuicem, & vicissim vnus alteri, & econuerso solemnibus stipulantionibus hinc inde interuenientibus pacem, & concordiam, &c. osculo pacis vicissim interueniente, generaliter de omnibus, & singulis iniurijs, aßaltis, percussionibus, &c. vni per alium, vel econuerso vsque in præsentem diem illatis, &c. cum armis, vel sine, &c. occasione brigarū, &c. quæ erāt, vel esse dicebantur inter dictas partes, &c. Et si fuerit causa homicidij dicas. *Et præsertim de homicidio commißo per N. in personam F. quæ omnia dictæ partes dictis modis, & nominibus inter se remiserunt, &c. Et promiserunt dictæ partes dictis modis, & nominibus sibi inuicem, & vicissim, &c. solemnibus stipulationibus, &c. prædictam pacem, &c. semper firmam, & incorruptam habere, &c. & perpetuis temporibus duraturam fore. Quæ omnia, &c.*

promi-

promiserunt,&c.perpetuo firma,& rata habere,&c. & attendere, &c. sub pœna florenorum mille auri largorum,applicanda pro vna dimidia cameræ, & fisco communis Florentiæ, licet absenti, & mihi L. vt publicæ personæ pro dicta camera, & fisco recipienti, & stipulanti,&c. & pro quarta parte parti offensæ,& prædicta seruanti, & pro alia quarta parte rectori exigenti. Quæ pœna,&c. qua pœna, &c. pro quibus,&c. obligauerunt, &c. renunciauerunt, &c. quibus præcepi per guarantigiam,&c. Rogantes,&c.

Instrumentum treguæ prout communiter fit in prothocollo.

Alfonsus,&c. ex parte vna, & Gabriel, &c. eorum proprijs nominibus,& pro,vice,& nomine omnium, & singulorum eorum filiorum, fratrum, consortium, & coniunctorum per lineam masculinam vsque in quartum gradum inclusiue, secundum ius canonicum. Pro quibus,& quolibet eorum da rato,&c. promiserunt,& quilibet eorum promisit,&c. & se facturos,&c. etiam quod faciendo possibilia non excusentur, quod omnes supra nominati præsentem treguam,&c.& omnia infrascripta,&c. firma,&c.habebunt,&c.& contra non facient &c,aliqua ratione, &c. intra tempus infrascriptum, alias de suo, & cuiuslibet ipsorum proprio obseruare, &c. promiserunt, & quilibet ipsorum, &c. solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus sub infrascripta pœna, & quolibet dictorum modorum, & nominum de per se promisit,&c.omni meliori modo,&c. fecerunt, inierunt,& contraxerunt inter se ad inuicem, & vicissim dictis modis, & nominibus solemnibus stipulationibus

bus hinc inde interuenientibus &c. trieguam & inducias & securitatem duraturam hinc ad per totum mensem Ianuarij proxime futuri inclusiue generaliter de omnibus & singulis iniurijs offensionibus insultibus &c. illatis &c. per aliquam dictarum partium, aut aliquem ex dictis partibus contra aliam partem, vel aliquem ex ea in persona vel in bonis &c. cum armis vel sine &c. promittentes &c. dictæ partes dictis modis & nominibus solemnibus stipulationibus &c. se ad inuicem & vicissim vnum alium, & è conuerso nō offendere &c. durante tempore & termino suprascripto, se dictam trieguam &c. firmam & ratam habere &c. sub pœna florenorum octingentorum auri largorum &c. applicanda pro vna dimidia fisco, & cameræ suæ celsitudinis, & pro quarta parte parti offensæ &c. pro alia quarta parte rectori dictam pęnam exigenti licet absentibus, me notario publico infrascripto, &c. recipiente & stipulante &c. quæ pęna &c. qua pęna &c. pro quibus &c. obligauerunt &c. renunciauerunt &c. quibus præcepi per guarantigiam &c. Rogantes &c.

COPIA.

Subscriptio notarij alicuius copiæ instrumenti non publicati.

Ego L. ciuis, & notarius publicus Florentinus de prædictis rogatus ad fidem me subscripsi.

Subscriptio notarij qui publicat instrumentum de quo est rogatus.

Ego L. ciuis, & notarius Florentinus, Imperialique auctoritate iudex ordinarius, notariusque publicus prædictis omnibus, & singulis dum sic agebantur inter

terfui, eaque rogatus scribere scripsi, & publicaui, & in hanc publicam formam redegi, & ad prædictorum omnium, & singulorum fidem subscripsi, & solito meo signo signaui.

Si vero instrumentum publicaretur in duobus aut pluribus petijs chartharum membranarum dicas post illud verbum omnibus & singulis suprascriptis.

Et hoc præsenti, & alijs præcedentibus petijs chartarum membranarum simul sutis, & in eorum futuris meo legitimo solito signo signatis, & inter lineatis, & subdas postea dum sic agebantur &c.

Si vero notarius de instrumento rogatus alteri notario publicandum committeret dicas ante illud verbum scripsi.

Et alijs negocijs occupatus prædicta omnia, & singula suprascripta publicanda commisi infrascripto ser Benedicto Andreæ de Ginis ciui, & notario publico Florentino. Et postea subdas. *Et ad prædictorum omnium &c.*

Et si contingeret te inter scribendum aliquos errores committere corrigas secundum legem Archiuij Florentini in materia ædictam.

Subscriptio notarij, qui publicauit instrumentũ vigore commissionis sibi factæ per alium notarium.

Ego Benedictus Andreæ de Ginis ciuis, & notarius Florentinus, Imperialique auctoritate iudex ordinarius, notariusque publicus, prædicta omnia, & singula suprascripta rogata, & imbreuiata per ser L. ciuem, et notarium publicum Florentinum ex ipsius ser L. rogi-

tibus

quarum occasione sunt introducta per illa iuuentur, ne teneantur de illis obligationibus, quas fecerint: Verum quamuis regulariter tradatur quod licitum est renunciare his quæ pro se introducta sunt. Aliquæ tamen sunt defensiones, exceptiones, & beneficia, quibus renunciari non potest: Et si renunciatur, renunciatio non impedit quo minus ipsa beneficia, & exceptiones opponi possint: Aliquæ vero sunt, quibus renunciari potest, & renunciatio facta tenet. Et illæ personæ, quæ ante renunciationem per ipsa beneficia iuuabantur renunciatione facta postea non iuuantur. Aliquæ autem sunt, quibus quo ad quid renunciari potest, quo ad quid non: Est igitur de singulis videndum: Et primo de illis quibus renunciari non potest.

Beneficium Macedoniani senatus consulti competit filio familias, qui pecuniam mutuo accepit sine voluntate patris, & non solum competit ei interim dum est in potestate patris, verum etiam post quam factus est sui iuris, et etiam competit hæredi ipsius filij familias, & eius fideiussori: Et huic beneficio, quia introductum est in odium feneratorum renunciari non potest.

Beneficium restitutionis competit minoribus toto tempore minoris ætatis, & etiam ea finita intra quadriennium continuum si in minori ætate decepti fuerint eorum facilitate, vel aduersarij calliditate, & huic beneficio renunciari non potest, quia eo ipso deciperetur minor si renunciaret.

Beneficium vt quis condemnetur in quantum facere potest, & non vltra idest habita ratione, ne egeat, competit marito, & eius patri quando conuenitur ab vxore, & cōpetit vxori, et eius patri quādo cōuenitur

a viro: Item competit patrono quando conuenitur a liberto: Item competit socio quando conuenitur a socio: Item competit patri, quando conuenitur a filio, vel a filia, & huic beneficio non potest renunciari.

Beneficium quoddam est quod dicit, ne liber homo ob æs alienum obligetur, id est pignoretur, & huic beneficio renunciari non potest, quia renunciatio esset damnosa, & contraria libertati.

Beneficium seu priuilegium fori quod competit forensi dicit quod reus debet conueniri sub suo iudice, quia actor sequitur forum rei, & non reus forum actoris, nisi in quibusdam casibus, & huic priuilegio fori solo pacto non renunciatur, sed ad hoc vt reus possit alibi quam in suo foro conueniri promittet solutionem facere vbicunque fuerit petitum ab eo, quia ibi tenetur facere solutionem vbi conuenitur.

Beneficium seu priuilegium fori, quod competit clericis dicit, quod licet clericus subiectus sit de iure communi iudici seculari, per priuilegium tamen potest declinare, & dicere, quod velit tantum sub suo episcopo respondere: Et huic beneficio iure canonico non renunciatur, quia est introductum in fauorem totius clerici, & non alicuius clerici singularis.

Exceptio non numeratæ pecunię, siue non traditæ, vel redditæ rei aliquando competit intra duos annos, aliquando intra triginta dies, aliquando intra annum: aliquando intra tres menses: Ecce enim debitor, qui confitetur pecuniam eccepiße, quam si recepit potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ intra duos annos a die solutionis, & confessionis factæ, creditor vero qui confeßus fuit sub spe futuræ numerationis

rationis creditum suum recepisse a debitore habet exceptionem non solutæ pecuniæ infra 30.dies. Maritus autem, qui confessus fuit sub spe futuræ numerationis dotem accepiße habet exceptionem non numeratæ dotis quæ opponenda est intra annum post solutum matrimonium: et hoc si matrimonium durauit minus duobus annis: vel est opponenda intra tres menses si matrimonium durauit plus biennio, sed minus decennio: Et prædictis exceptionibus renunciari etiam non potest: Et si renunciatur, renunciatio non inpedit quo minus intra dicta tempora opponi possit. Veruntamen in hoc prodest renunciatio, quia facta renũciatione debet probare aduersarius confitens se pecuniam ipsam soluisse, at postquam facta est renunciatio incumbit confitenti, & renuncianti probare pecuniam non eße solutam: Et ita renunciatio conuertit onus probationis, in renunciantem.

Lex illa, Rubri, & Nigri tituli Codicis, ne fideiussores, vel mandatores dotium dentur, probibet fideiussorem dari pro dote restituenda in euentum restituendę dotis: Vnde licet nunc quidam faciant huiusmodi fideiussorem renunciare rubro, & nigro titulo codicis, ne fideiussores, vel mandatores dotium dentur: Ipsa renũciatio non valet, quia talem fideiussorem dari probibetur a lege, & illud quod fit contra legem pro infecto haberi debet.

Est, & quoddam beneficium, quod vocatur noua constitutio de pluribus reis debendi hoc est debitores plures, dicitur enim reus a re, quam debet, qui omnes sunt idonei, & soluendo habens beneficium diuisionis, quia potest dicere vnusquisque, quod pro sua tan-

tum parte tenetur. Sed ad hoc, vt vnusquisque teneatur insolidum, duo necessaria sunt, scilicet quod promittant, & se obligent insolidum, & renuncient dicto beneficio, scilicet nouæ constitutionis de pluribus reis debendi.

Epistola diui Adriani est quædam lex, cuius beneficium competit pluribus fideiussoribus. Et dicit, quod si plures fideiussores sunt, & sunt idonei soluendo, debet vnusquisque conueniri pro parte sibi contingente, id est pro rata, sed ad hoc vt vnusquisque teneatur in solidum oportet, quod renuncietur beneficio epistolæ diui Adriani.

Est beneficium quoddam, quod competit fideiussori, seu fideiussoribus quod quidem dicit, quando principalis, & fideiussor ambo, videlicet sunt idonei, & soluendo debet primo conueniri principalis quam fideiussor, sed ad hoc vt fideiussor possit quandocunque voluerit creditor conueniri renunciet beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus. Et nota, quod quandocunque tres, vel plures principales principaliter, & insolidum se obligant habent locum vbi essent tres prędictæ renunciationes, & debent poni hoc modo renunciantes nouarum constitutionum, & epistolæ diui Adriani beneficio. Vnus enim pro altero intercedit quando se obligant vltra partem sibi contingentem.

Conditio indebiti dicit quod si quis indebitè soluit, vt quia non tenebatur soluere, potest illud petere, & huic conditioni bene potest renunciari,

Conditio sine causa dicit quod si aliquis ab initio obligationis obligatus est sine causa, vel ex iniusta causa non teneatur, & huic beneficio potest renunciari,

nisi

nisi fieret propter dolum.

Exceptio doli mali est quando aliquis dicat se dolo, & calliditate alicuius inductum esse, & huic exceptioni ob dolum, præteritum potest renunciari.

Est beneficium fori quod competit scholaribus, scholaris enim qui Bononiæ moretur subiectus est de iure communi iudici Bononiensi eo quod Bononiæ habitat.

Est beneficium quod dicitur conditio incerti, quod habet locum quando aliquis institutus hæres rogatus est hæreditatem vel certam partem alteri restituere, siue quando aliquis institutus est hæres, & si ipse decesserit sine liberis substitutus est alius, quia substitutus habet ius in ipsa hæreditate eo quod adueniente cõditione debet in eum venire hæreditas. Et hoc tale fideicommissum dicitur incertum conditionis, quia incertum est an institutus decedat sine liberis, & huic conditioni potest substitutus renunciare.

Beneficium iuris hypothecarum competit vxori in bonis viri, quia omnia bona mariti sunt tacitè obligata vxori pro dotibus suis, & huic beneficio potest vxor renunciare, & viro & contractibus si tamen certificatur mulier quod illud beneficium competit sibi, et dicatur ei expressim quid in eo continetur. Debet enim mulier semper certificari de iure suo, quia licitum est mulieri ignorare iura: Item prædictum beneficium iuris hypothecarum competit etiam creditori si bona debitoris sint ei expresse vel tacite obligata: Et huic beneficio potest creditor renunciare.

Beneficium Velleiani senatus consulti competit mulieribus intercedentibus, seu se obligantibus pro alio, & dicit illud beneficium quod si mulier fideiubet, vel

pro alio se obligat non tenetur regulariter, & huic beneficio potest mulier renunciare. Et nota etiam quod quando mater recipit tutelam filij vel auia tutelam nepotis debet renunciare secundis nuptijs: Cæterum videndum est de beneficijs illis, quibus quoad quid renunciari potest, & quoad quid non.

Est quoddam beneficium redibitoriæ quod competit ei, qui ignorans emit rem morbosam, vel vitiosam, ex hoc enim beneficio potest agere contra venditorẽ, vt reddat sibi precium, & recipiat rem, & hæc redibitoria competit intra sex menses.

Item est aliud beneficium, quod appellatur quanto minoris quod dicit, quod si aliquis emit animal, vel rẽ vitiosam, quam nesciebat vitiosam esse, potest agere contra venditorem petendo illam partem precij sibi reddi, quam non dedisset si sciuisset illud animal adeo vitiosum: Et hoc beneficium competit intra annum: Et beneficio prædictarum exceptionum potest emptor renunciare, & renunciatio prodest venditori si ipse venditor rei morbum vel vitium ignorabat: Si autem rei morbum vel vitium sciuit, & illud subticuit, nec emptorem certificauit ratione dotali à venditore commissi non valet renunciatio prædictarum actionum.

Est quoddam beneficium, ne quis vocetur in his diebus feriatis, & aliquando contigit, quod potest renunciari ferijs & diebus feriatis, aliquando non, nam si dies feriati sunt ratione messium vel vindemiarum voluntate litigantium potest ipsis ferijs renunciari, sed si sunt feriati in honorem dei vt dies pascales &c. non potest renunciari, quia pacto priuatorum reuerentia diuini nominis remitti non potest: Et hæc de renunciatio-

ciationibus dicta sufficiant.

Nunc subdam quædam breuissime facientia pro notarijs, qui per comitatum officijs funguntur, & birrarias exercent. Et primo.

Exhortatio prætoris officium ineuntis.

Consueuisti in cęteris magistratibus tuis prętor ornatissime, vt tanta iusiurandi religio in te foret vt nihil vnquam, quod æquitas, aut leges voluerint abste prætermissum quisquam nouerit: Proinde non opera precium est, vt te ad iustitiam obseruandum excitem qui tua ab meunte ætate bonitate quadam iustus semper potius quam videri esse voluisti. Noui equidem iustitiam tuam, noui æquitatem, noui prudentiam, noui intelligentiam, noui & animi tui magnitudinem: Exinde quis ambigit, hanc tuam præturam, quam nuperrime aditurus es, huic ciuitati non parum momenti allaturam fore. Facies vt quidem pro maximis virtutibus tuis, vt boni omnes te colant, obseruent, venerentur, augurentur, & contemplentur, & ardeant: Mali vero, si qui sunt, te vereantur, ac metuant, te tanquam Draconis faciem expauescant: Erit vtique amplitudini tuæ maximum decus, et ornamentum, si sub tuo sceptro iustitiæ vnionis federe omnes vixerint: Quod cũ feceris illud ipsum rectum, integrum, illæsumque tuebere: Et apud hunc populum summa cum laude tua fies acceptior. Ad laudem dei &c. Vel dicas.

Oratio in assumptione magistratus.

Licet enim prętor ornatissime: Cæterique patres circumspecti humanum genus ex se mortale existat: Viri tamen præditi, & virtute pollentes mea quidem sententia immortales fiunt, & fama decora in æternum eluce-

elucescunt. Eas itaque virtutes summo studio, omniq; conatu omnes amplecti debemus: Præsidētes vero, & electi ad gubernandos populos, aliisque iustitiam mini strandam ex ea tanquam matre cæterarum virtutum in animo sibi habitum fecisse conentur, vt eum segreget ab omni nebula iustitiæ & nulla glacies timiditatis, nullusque appetitus, neque fumus terrestris libidinis eum corrumpat: Nam qui rectè inspexerit, ipsa iustitia non pars sed tota, integraque virtus est, atque aliarum virtutum loculus, & domicilium. Et qua remota ciuitatis nil aliud quàm latrocinia esse dicuntur. Iustitia quidem, vt mihi videtur, nil aliud continet, nil aliud mandat nisi solum secundum leges viuere: Vnde vir iustus, & iustitiam obseruans patet legibus mandantibus opera fortitudinis, videlicet audacter tueri patriam: Et propterea si opus est propriam deponere vitam: Ac etiam opera temperantiæ, vt est inhonestos temperare appetitus, & à flagitiosis contineri lasciuijs, opera prudentiæ hoc est ipsam curam gerere opportunitatum reipublicæ prouidendo futuris cum præmeditatione preteritorum: Cuius iustitiæ tria sunt præcepta omnes in se alias virtutes continentia honeste viuere, alterum non lædere, & vnicuique ius suum tribuere. Hoc igitur præstantissime præses erit tibi studium, hoc tuum erit officium. Egregia vestigia insequeris eius, qui nuper præsidatum deposuit, quem tu aditurus es, qui adeo se gessit, vt merito de illo cantatur quod scribitur Genesis sexto capitulo: Etenim vidi iustum coram me in generatione hac. Ad laudem dei.

F I N I S.

SEQVVNTVR INSTRVMENta quędam in quibus de materijs clericorum, & ad ecclesiasticas personas, & loca pro maiori parte pertinentibus agitur.

REVERENDO D. SEBASTIANO Medice Vicario Reuerendissimi D. D. Archiepiscopi Florentini suadente seorsum impressa.

Constitutio procuratoris ad resignandum ecclesiam simpliciter, & sine aliqua reseruatione in fauorem certæ personæ.



IN DEI nomine Amen. *Anno Domini nostri Iesu Christi ab eius salutifera incarnatione, Millesimo quingentesimo septuagesimo, &c. Indictione, &c. Die vero, &c. Pontificatus Sanctissimi D. N. Domini Gregorij Diuina prouidentia Papæ* XIII. *Anno quinto, & Serenissimo Francisco Medice Dei gratia Magno Hetrurię Duce feliciter dominante.*

Per hoc præsens publicum instrumentum pateat omnibus euidenter, & sit notum qualiter in mea notarij publici, & testium infrascriptorum ad hæc vocatorum, & rogatorum præsentia, præsens, & personaliter constitutus venerabilis vir Dominus N. &c.

Rector parrochialis ecclesiæ Sancti F. Si dicta ecclesia habet alias ecclesias vnitas, dicas: *Cum eius annexis, non vi, dolo, vel metu, aut aliqua alia sinistra machinatione, & fraude circumuentus, sed sponte, & ex eius certa scientia, & libera voluntate, ex certis rationabilibus causis ad id animum suum, vt asseruit, mouentibus citra reuocationem suorum procuratorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum, omnique modo, via, iure, causa, & forma, quibus potuit, & potest validioribus, & efficacioribus, eidemque licuit, & licet, fecit, constituit, creauit, & solemniter ordinauit eius verum, certum, legitimum, & indubitatum procuratorem, actorem, factorem, negociorumque suorum infrascriptorum gestorem, & certum nuncium specialem, & generalem, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec è cōtra, videlicet, Magnificum D. &c. licet absentem, tāquam præsentem, scilicet specialiter, & expresse ad ipsius Domini constituentis nomine, & pro eo dictam ecclesiam S. F. &c. quam ipse D. constituens obtinet cum eius annexis.* Dicas hæc verba, si dicta ecclesia habeat alias ecclesias vnitas: *Et cum iuribus, & pertinentijs illius vniuersis in manibus prælibati Sanctissimi D. N. Papæ, aut eius, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vicecancellarij, & cancellariam Apostolicam regentis, aut cuiuscunque alterius personæ ad id potestatem habentis in fauorem tamen, & commodum D. N. &c. clerici Florentinæ diœcesis, & non alias, aliter, neque alio modo sponte, & libere cedendum, resignandum, & renunciandum, cessionemque resignationem, & renunciationem huiusmodi recipi, & admitti*

mitti petendum, & obtinendum, & cuicunque collationi, & prouisioni, & literarum desuper conficiendarum expeditioni, iuxta illarum continentiam, & tenorem consentiendum, suumque opportunum consensum, & assensum in præmissis præstandum, iurandumque in animam dicti Domini constituentis, quod in prædictis non interuenit, neque interuenire speratur dolus, fraus, simoniæ, labes, aut quæuis alia illicita pactio, siue etiam corruptela, vnumque, vel plures procuratorem, siue procuratores loco sui, cum simili, aut limitata potestate substituendum, eumque vel eos reuocandum, & onus procurationis huiusmodi in se sponte reassumendum toties quoties opus fuerit, & dicto procuratori suo videbitur expedire præsenti procuratorio nihilominus in suo robore duraturo: & generaliter ad omnia, & singula alia faciendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, & quæ ipsemet D. constituens faceret, & facere posset si præmissis omnibus, & singulis præsens, & personaliter interesset, etiam si talia forent, quę mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus sit expressum. Promittens insuper idem D. constituens mihi notario publico infrascripto tanquam publicæ, & authenticæ personę solemniter stipulanti, & recipienti vice, & nomine omnium, & singulorum quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum se ratum, gratum, atque firmum perpetuo habiturum totum id, & quicquid per dictum procuratorem suum constitutum, & substituendos ab eo actum, dictum, factum, gestum, procuratumue fuerit in

præmissis, siue aliquo præmissorum sub hypotheca, & obligatione sui, suorumque bonorum omnium, præsentium, & futurorum, & sub omni iuris, & facti renunciatione adhæc necessaria pariter, & cautela, de, & super quibus omnibus, & singulis idem D. constituens sibi a me notario publico infrascripto, publicum fieri petijt instrumentum, & instrumenta, vnum, vel plura. Actum, &c. præsentibus, &c.

Constitutio procuratoris ad resignandum cum reseruatione pensionis cui apponatur principium suprascriptum vsque ad verba quę sequuntur.

Ad ipsius D. constituentis nomine, & pro eo dictã ecclesiam Sancti F. &c. quam ipse D. constituens obtinet cum annexis illius.

Non dicas hæc verba nisi dicta ecclesia habeat aliam, vel alias ecclesias vnitas.

Et cum eius iuribus, & pertinentijs vniuersis in manibus Sanctiss. D. N. Papæ, aut eius, & S. R. E. Vicecancellarij, & cancellariam Apostolicam regentis, aut cuiuscunque alterius personæ ad id potestatem habentis in fauorem, & commodum D. N. &c. clerici diœcesis Floren. Reseruata tamen sibi D. constituenti valide pensione anuua, libera, immuni, & exempta ab omni decima, quarta, media, & quauis alia fructuum parte: Necnon studio Pisano, subsidio etiã charitatiuo, aut alio quouis tam ordinario, quam extraordinario onere, & impositione tam ordinaria, quam extraordinaria, & etiam apostolica, vel quauis alia, ecclesiastica, vel mundana auctoritate pro tempore impositis, & imponendis: Necnon belli, pestis, grandinis,

dinis, incendij, alluuionis, & cuiusuis alterius amissionis, aut nō recollectionis fructuum, etiam omnium, aut non existentium illorum, libera, immuni, & exempta, cum libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, clausulis, & cautelis ipsi procuratori suo, & substituendis ab eo bene visis, ac alias iuxta formam, & tenorem supplicationis desuper signatæ, vel signandæ in omnibus, & per omnia scutorum centum auri in auro super dictæ ecclesiæ Sancti F. fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis, qui fructus ad scutos ducentos similes, vt asseruit, ascendunt eidem Dom. constituenti quoad vixerit, vel suo procuratori legitimo per ipsum D. N. &c. & suos in dicta ecclesia successores eius rectores pro tempore existentes annis singulis, pro vna in B. beati Ioannis Baptistæ, pro altera vero medietatibus pensionis huiusmodi in D. N. Iesu Christi natiuitatum festiuitatibus, etiam literis Apostolicis, eidem D. N. &c. minime intimatis, qui illas pro sibi legitime intimatis habet, & illarum sibi faciendæ intimationi expresse renunciat sub solitis sententijs, censuris, & pœnis integre, & absque vlla defalcatione proprijs d. D. N. & successorum suorum periculo sumptibus, & expensis Florentiæ persoluendæ.

Si solutio huiusmodi pensionis esset in alio loco quam in ciuitate Florentiæ facienda, dicas.

Locum prædictum, & non Florentiæ: Et quod pro solutione pensionis huiusmodi modo, & forma præmissis facienda dictus D. N. &c. seipsum, & eius bona omnia mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, vbicunque existentia in ampliori forma cameræ

nis huiusmodi in D.N. Iesu Christi natiuitatum festiui tatibus, etiam literis Apostolicis eidem D.N. constituenti minime intimatis, qui illas pro sibi legitime intimatis habet, & illarum sibi faciendæ intimationi expresse renunciat sub solitis sententiis, censuris, & pœnis integre, & absque vlla defalcatione propriis d. D.N. constituentis, & successorum suorum periculo sumptibus, & expensis Florentiæ, vel alibi persoluendæ, & pro dictę pensionis solutione, modo, & forma prædicta facienda dictum D.N. constituentem, & omnia eius bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura vbicunq; existentia in ampliori forma cameræ Apostolicæ, cum submissionibus, renunciationibus, procuratorum constitutionibus, promissionibus, iuramento, & aliis clausulis in simili obligatione in forma cameræ Apostolicæ apponi solitis, & consuetis solemniter obligandum, & hypothecandum: Necnon quod eodem D. constituente, aut aliquo ex eius in dicta ecclesia successoribus in solutione dictæ pensionis modo, & forma præmissis facienda in totum, vel in partem deficiente, vel cessante, aut illam ad minorem summam reduci, vel annullari petente, aut male, & nulliter assignatam esse allegante, seu pensione prædicta ex quavis causa nulla, & inualida existente, &c. liceat præfato D.N. &c. ad ipsam ecclesiam accessum, ingressum, seu regressum liberum habere, illiusque corporalem possessionem, per se, vel alium, siue alios eius nomine sua propria auctoritate libere apprehendere, & quoad vixerit, tam sui prioris tituli, quam super præsentibus conficiendarum literarum vigore, absque alia sibi desuper de nouo facienda prouisionem, vt prius

retinere

retinere in omnibus,& per omnia, perinde, ac si minime cessisset, vel resignaßet, & expeditioni quarumcunque literarum desuper conficiendarum, siue alias iuxta formam, continentiam, & tenorem supplicationis desuper signatæ, vel signandæ in omnibus,& per omnia in eisdem manibus spōte,& libere constituendum, suumque optimum consensum pariter; & assensum in præmissis præstandum, iurandumque &c. vnumque, &c.& generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. super quibus, &c. Extendantur clausulæ cęteratæ, vt supra.

Constitutio procuratoris ad resignandum ecclesiā ex causa permutationis.

Ad ipsius D. constituentis rectoris prædicti, nomine, & pro eo in euentum in quem sibi de ecclesia Sancti,&c. per liberam cessionem, resignationem, & renunciationem a Venerabili viro D.B. illius vltimo, & immediate rectore, & poßessore in manibus Sanctiß. D.N. Papæ, vel alterius ad id potestatem habentis in fauorem,& commodum dicti A constituentis factam, & admißam vacatura prouideatur, seu prouideri mandetur, tunc, & eo casu, & non aliter ecclesiam prædictam S. &c. quam ipse D. A. obtinet ex causa permutationis in fauorem,& commodum ipsius D.B. in eisdem manibus sponte, & libere, cedendum, resignandum, & renunciandum, cessionemque resignationem,& renunciationem huiusmodi recipi, & admitti petendum,& obtinendum,& cuicunque collationi,& prouisioni ipsi B. de dicta ecclesia factæ, seu faciendæ, & literarum desuper conficiendarum expeditioni, iuxta, & secundum formam supplicationis desuper signatæ,

tæ, vel signandæ in omnibus, & per omnia, & prout, & sicut ipsi procuratori suo constituto, & substituendis ab eo videbitur consentiendum, suumque opportunum consensum, & assensum in præmissis præstandũ, iurandumq; in animam dicti D. constituentis, quod in præmissis non interuenit, neq; interueniet dolus, fraus, simoniæ labes, &c. vnumq;, &c. & generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. super quibus omnibus, & singulis petijt a me notario, &c.

Constitutio procuratoris ad resignandum simpliciter ecclesiam in manibus ordinarj. In quo est cauendum, vt non nominetur is, qui ecclesia prædicta sit prouidendus, quia si nominaretur non posset fieri prouisio via ordinaria.

Ven. vir D. N. &c. Rector parrochialis ecclesiæ S. F. &c. Flor. diæcesis, non vi, dolo, vel metu, aut aliqua alia sinistra machinatione, & fraude circunuentus, sed sponte, & ex certa eius scientia, & libera voluntate, ex certis rationabilibus causis animum suum ad id, vt asseruit mouentibus citra reuocationem, &c. omni meliori modo, &c. fecit, constituit, &c. suum verũ, certum, &c. procuratorem, actorem, &c. Extende vt supra in alijs instrumẽtis, clausulas cæteratas prę sentis instrumenti: *egregium virum N. &c. præsentem, & acceptantem, &c.* Vel dicas si abfuerit. *licet absentem, tanquam præsentem, scilicet specialiter, & expresse ad ipsius D. constituentis nomine, & pro eo dictam parrochialem ecclesiam S. F. &c. quam ipse D. constituens obtinet cum iuribus, & pertinentijs illius vniuersis in manibus Reuerendiss. D. D. Archiepiscopi Flor. ordinarij loci collatoris, vel eius in spirituali-*

bus

bus Vicarij generalis: Si fuerit alterius diœcesis, non dicas Archiepiscopi Flor. sed illius Episcopi in cuius diœcesi ea ecclesia est posita: *Vel cuiuscunque alterius ad id potestatem habentis sponte, & libere cedendum, resignandum, & renunciandum, cessionemque resignationem, & renunciationem huiusmodi recipi, & admitti petendum, & obtinendum, &c. iurandũque, &c. & generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. super quibus, &c. rogans, &c.*

Cõstitutio procuratoris patroni ecclesiæ ad consentiendum collationi, & prouisioni de eadẽ ecclesia alicui faciẽdę.

Hon. vir P. patronus parrochialis ecclesiæ S. &c. Vel si parrochialis non fuerit dicas: *Simplicis ecclesiæ S. P. &c. & in poßessione, vel quasi iuris eligendi nominandi, & præsentãdi, rectorem ad ipsam ecclesiam pro tempore vacantem, & cuicunque collationi, & prouisioni de illa faciendæ, consentiendi notorie existens ab immemorabili tempore, & citra.* Vel dicas breuius, videlicet. *Et ĩ poßessione, vel quasi dicti iuris patronatus, & exercitij illius ab immemorabili tẽpore, et citra habita nuper scientia qualiter Ven. vir. D. Fr. &c. prædictæ eccl. S. &c. modernus rector, & poßessor ecclesiã ipsam in manibus S. D. N. Papę, aut eius, & S. R. E. Vicecancellarij, & cancellariam Apostolicam regentis, aut cuiuscunque alterius ad id potestatem habentis in fauorem, & commodum Ven. viri D. N. &c. clerici Flor. diœcesis reseruata sibi annua pensione, libera, immuni, & exempta ab omni decima, quarta, media, & qualibet alia fructuum parte, &c. scutorum centum auri in auro, &c. &*

reseruatio sibi libero regressu, accessu, & ingressu in dictam, & ad dictam ecclesiam in euentum cessationis solutionis dictæ annuæ pensionis, & in certos alios euentus sponte & libere cedere, & renunciare proposuit, & volens, & intendens, quantum in eo est, cessionem, resignationem, & renunciationem huiusmodi suum debitum sortiri effectum. Ideo vt, & tanquam patronus prædictus circa reuocationem, &c. omni meliori modo, &c. fecit, constituit, &c. suum verum, certum, &c. procuratorem, actorem, &c. prudentem virum D. Io. &c. licet absentem, tanquam pręsentem: Vel dic, *Præsentem, & acceptantem, scilicet specialiter, & expreße ad ipsius D. constituentis patroni prædicti nomine, & pro eo in euentum in quem dictus D. Fr. &c. dictam S. &c. in manibus S. D. N. Papæ, vel cuiuscunque alterius ad id potestatem habentis, in fauorem, & commodum supranominati D. N. &c. resignauerit, & renunciauerit, & resignatio, & renunciatio prædicta admissa fuerit, & propterea dicta ecclesia vacauerit. Tunc, & eo casu cuicunq; collationi, & prouisioni de dicta ecclesia dicto venerabili viro D. N. &c. faciendæ, & literarum desuper conficiendarum expeditioni in eisdem manibus sponte, & libere consentiendum, suumq; opportunum consensum, & assensum in præmissis præstandum, iurandumque, &c. vnumq; &c. et generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. super quibus, &c. & petijt, &c.*
Extende, vt supra in primo instrumento.

Consti-

Constitutio procuratoris ad acceptandum collationem, & promissionem cuiuscunq; beneficij ecclesiastici.

Scilicet specialiter, & expreße ad ipsius D. constituentis nomine, & pro eo quodcunque ecclesiasticum beneficium ipsi D. constituẽti ordinaria, siue Apostolica auctoritate hactenus collatum, & in posterum conferendum, acceptandum iuramentum fidelitatis, & obedientiæ, atq; etiam professionis catholicæ fidei, & quodcunque aliud licitum, & honestum iuramentum in animum ipsius D. constituentis præstandum, & subeundum, & generaliter, &c. promittentes, &c. sub hypotheca, &c. super quibus, &c. petijt, &c. Extende, vt supra.

Constitutio procuratoris ad capiendum possessionem ecclesiæ.

Venerabilis D. &c. cui nuper, siue alias Apostolica fuit auctoritate prouisum de parochiali ecclesia S. &c. Si est ecclesia sine cura dic, de simplici ecclesia. *Tunc vacanti per liberam illius cessionem, & renunciationem a venerabili viro D. N. &c. prædictæ eclesiæ tunc rectore, & poßeßore de illa quam ipse tunc obtinebat in manibus D. N. Papæ, &c. factam, & admißam.* Et si vacat per mortem alicuius præsbyteri, &c. dicas. *Tunc vacante per obitum Venerabili, viri D. N. &c. illius vltimi, & immediato rectoris, & poßessoris extra Rom. cur. defuncti, prout constat de prouisione prædicta per lineras Apostolicas S. D. N. Papæ, &c.* Vel dicas. *Reuerendi D. Vicarij Reuerendissimi D. episcopi, &c.* Si dicta prouisio facta fuerit via ordinaria: *Datas, &c.* Apponas

ponas datam literarum : *citra reuocationem, &c. omni meliori modo, &c. fecit, constituit, &c. suum verum, certum, &c. procuratorem, actorem, &c. Prouidum virum D. Ant. &c. licet absentem, tanquam praesentem, siue praesentem, et acceptantem, scilicet specialiter, & expresse ad ipsius D. constituentis nomine, et pro eo resignationem, & renunciationem praedictam, & illius admissionem, atq; etiam collationem, & prouisionem sibi constituenti de dicta ecclesia factam iuxta, & secundum constitutionem felicis recordationis Pij Papae quinti & vt est moris, rite, & solemniter publicandum, intimandum, & notificandum* . Haec publicatio non requiritur, nisi quando beneficium ecclesiasticum vacat per resignationem, & renunciationem. *Tenutamque, & corporalem possessionem d. ecclesiae sibi, vt supra dicitur collatae, iuriumq;, & pertinentiarum eius intrandum, capiẽdum, & apprehẽdendum, dictamq; possessionem continuandum, ac dictam ecclesiam in spiritualibus, & temporalibus regi, & gubernari faciendum Capellanum, & seu Vicarium, qui ei in spiritualibus deseruiat constituendum, & in ea ponendum, & constitutos amouendum, & aliud de nouo ponendum iuramentum de obseruandis constitutionibus ecclesiae praedictae, atque etiam professionis catholicae fidei, & quodcunq; aliud licitum, & honestum iuramentum in animam praefati D. constituentis praestandum, & subeundum recognitionem, et promissionem responsionis fructuum bonorum d. eccl. ab eorundem bonorum colonis recipiẽdum, & super praemissis quaecunque publica instrumenta, cum pactis, promissionibus, protestationibus, obligationib.*

& re-

& renunciationibus ipsi procuratori suo, & substituendis ab eo, bene visis fieri, & rogari petendum, & faciendum, item absubstituendum, &c. & generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. rogans, &c.

Constitutio procuratoris ad resignandum officium portionis Ripæ almæ vrbis.

In Dei nomine Amen, &c. D. Talis, &c. portionarius Ripæ almæ vrbis citra reuocationem suorum procuratorum, &c. omni meliori modo, &c. fecit, constituit, &c. suum verũ, certũ, &c. procuratorem, actorem, &c. Talem, &c. licet absentem, tanquam præsentem: vel dicas: *præsentem & acceptantem, s. specialiter, & expreßè ad ipsius D. constituentis nomine, & pro eo d. officium portionis Ripæ, quod ipse D. constituens obtinet in manibus S. D. N. Papæ, vel cuiusuis alterius ad id potestatem habentis in fauorem, & commodum personæ per ipsum procuratorem suum nominandæ anticipata tamen ab illa ea pecuniarum summa, & quantitate de qua, & prout, & sicut ipsi procuratori suo videbitur, & placebit, & non aliter, neque alio modo sponte, & liberè cedendum, resignãdum, & renunciandum, cessionemq; resignationẽ, & renunciationẽ huiusmodi recipi, & admitti petendũ, et obtinendũ, siue ad vendẽdum d. officiũ portionis Ripæ, cui, vel quib. & pro eo pcio de quo, & prout, & sicut ipsi procuratori suo videbitur, & placebit, & precium prædictum, atque etiam omnes, & quoscunque fructus, redditus, & prouentus tam debitos, siue, decursos, quam debendos, & decurrendos, vsque in diem venditionis prædictæ a quibuscunque dictorum fructuum depositarijs, & a quibuscunque alijs eos soluere habẽtibus*

peten-

præmissis, siue aliquo præmissorum sub hypotheca, & obligatione sui, suorumque bonorum omnium, præsentium, & futurorum, & sub omni iuris, & facti renunciatione adhæc necessaria pariter, & cautela, de, & super quibus omnibus, & singulis idem D. constituens sibi a me notario publico infrascripto, publicum fieri petijt instrumentum, & instrumenta, vnum, vel plura. Actum, &c. præsentibus, &c.

Constitutio procuratoris ad resignandum cum reseruatione pensionis cui apponatur principium suprascriptum vsque ad verba quę sequuntur.

Ad ipsius D. constituentis nomine, & pro eo dictã ecclesiam Sancti F. &c. quam ipse D. constituens obtinet cum annexis illius.

Non dicas hæc verba nisi dicta ecclesia habeat aliam, vel alias ecclesias vnitas.

Et cum eius iuribus, & pertinentijs vniuersis in manibus Sanctiss. D N. Papæ, aut eius, & S. R. E. Vicecancellarij, & cancellariam Apostolicam regentis, aut cuiuscunque alterius personæ ad id potestatem habentis in fauorem, & commodum D. N. &c. clerici diœcesis Floren. Reseruata tamen sibi D. constituenti valide pensione anuua, libera, immuni, & exempta ab omni decima, quarta, media, & quauis alia fructuum parte: Necnon studio Pisano, subsidio etiã charitatiuo, aut alio quouis tam ordinario, quam extraordinario onere, & impositione tam ordinaria, quam extraordinaria, & etiam apostolica, vel quauis alia, ecclesiastica, vel mundana auctoritate pro tempore impositis, & imponendis: Necnon belli, pestis, grandinis,

dinis,incendij,alluuionis, & cuiusuis alterius amissionis,aut nõ recollectionis fructuum,etiam omnium,aut non existentium illorum,libera,immuni,& exempta, cum libertatibus,immunitatibus,exemptionibus,clausulis,& cautelis ipsi procuratori suo, & substituendis ab eo bene visis , ac alias iuxta formam , & tenorem supplicationis desuper signatæ, vel signandæ in omnibus,& per omnia scutorum centum auri in auro super dictæ ecclesiæ Sancti F. fructibus,redditibus, & prouentibus,iuribus,obuentionibus, & emolumentis vniuersis,qui fructus ad scutos ducentos similes, vt asseruit,ascendunt eidem Dom.constituenti quoad vixerit, vel suo procuratori legitimo per ipsum D. N.&c.& suos in dicta ecclesia successores eius rectores pro tempore existentes annis singulis,pro vna in B.beati Ioannis Baptistæ , pro altera vero medietatibus pensionis huiusmodi in D. N. Iesu Christi natiuitatum festiuitatibus,etiam literis Apostolicis, eidem D. N. &c. minime intimatis,qui illas pro sibi legitime intimatis habet, & illarum sibi faciendæ intimationi expresse renunciat sub solitis sententijs, censuris , & pœnis integre,& absque vlla defalcatione proprijs d. D. N. & successorum suorum periculo sumptibus , & expensis Florentiæ persoluendæ .

Si solutio huiusmodi pensionis esset in alio loco quam in ciuitate Florentiæ facienda,dicas.

Locum prædictum,& non Florentiæ : Et quod pro solutione pensionis huiusmodi modo , & forma præmissis facienda dictus D.N.&c. seipsum,& eius bona omnia mobilia,& immobilia , præsentia , & futura , vbicunque existentia in ampliori forma cameræ

Apostolicæ, cũ submissiorib. renunciationib. procuratorũ constitutionib. promissionib. iuramento, & alijs clausulis in simili obligatione in forma cameræ Apostolicæ apponi solitis, & cõsuetis solemniter obligare, & hypothecare teneatur, & debeat; Necnõ quod eodẽ D. N. aut aliquo ex eius successoribus in solutione dictæ pensionis modo & forma præmissis faciẽda, in totũ, vel in partẽ deficiente, seu cessante, aut illã ad minorem summã reduci, vel annullari petente, aut male, & nulliter assignatã esse allegante, aut pensionem prædictã ex qua vis causa nulla, & inualida existente ipsi D. cõstituẽti ad ipsam ecclesiã S. &c. liberos liceat habere accessum, & ingressum, seu regressum, illiusque possessionem corporalem per se, vel alium, seu alios eius nomine etiam propria auctoritate libere apprehendere, & quoad vixerit tam sui prioris tituli, quam super præsentibus conficiendarum literarum vigore, absque alia sibi desuper de nouo facienda prouisione, vt prius retinere in omnibus, & per omnia, perinde, ac si minime cessisset, vel resignasset, & non alias aliter, neque alio modo sponte, & libere cedendum, resignandum, & renunciandum, cessionemque resignationem, & renunciationem huiusmodi recipi, & admitti petendum, & obtinendum, & expeditioni quarumcunque literarum desuper conficiendarum, vel alias iuxta supplicationis desuper signatæ, vel signandæ, formam continentiam, & tenorem, aut alias prout ipsi procuratori suo videbitur, & placebit in omnibus, & per omnia sponte, & libere consentiendum, suumq; opportunum consensum, pariter, & assensum in præmissis præstandum, iurandumque, &c. vnũ quoq;, etc.

& ge-

& generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. super quibus, &c. Extende has clausulas cæteratas, & abbreuiatas, vt supra in pcedenti instro.

Constitutio procuratoris ad consentiendum reseruationi pensionis in fauorem resignãtis.

Dominus N. &c. clericus F. diœcesis citra reuocationem, &c. omni meliori modo, &c. fecit, constituit, &c. suum verũ procuratorẽ, &c. D.F. &c. licet absentẽ, tanquã præsentẽ.s. specialiter, & expreße ad ipsius D. constituentis noĩe, & pro eo in euentũ in quẽ sibi de parrochiali ecclesia S.Io. &c. per liberam illius cessionem, & renunciationem a Ven. viro D.F. &c. de illa quam ipse etiam obtinebat in manibus Sanctißimi D.N. Papæ, vel eius, & S. R. E. vicecancellarij, & cancellariam Apostolicam regẽtis aut cuiuscunq; alterius personæ ad id potestatẽ habentis factam, & admißam vacatura prouideatur, seu prouideri concedatur, ac mandetur, tunc, & eo casu, reseruationi, constitutioni, & assignationi, pensionis annuæ, liberæ, immunis, & exẽptæ ab oĩ decima, quarta, media, et qualibet alia fructuũ parte, &c. Apponas verba subsequentia in præcedenti mãdato cõtenta, vsq; ad illa verba, signatæ, vel signãdæ, in oĩbus & per oĩa. *Scutorũ* 100. *auri in auro super d. eccl. S.F. &c. fructib. redditib. & prouentib. iurib. obtinẽtib. & emolumentis vniuersis, qui fructus ad scut.* 200, *similes, vt asserut ascendunt suprascripto D.F. resignanti, quoad vixerit, vel suo legitimo procuratori per ipsum D. N. constituentẽ, & suos in d. ecclesia successores eius rectores pro tempore existentes annis singulis pro vna in beati Ioannis Baptistæ, pro altera vero medietatib. pẽsio*

nis huiusmodi in D.N. Iesu Christi natiuitatum festiuitatibus, etiam literis Apostolicis eidem D.N. constituenti minime intimatis, qui illas pro sibi legitime intimatis habet, & illarum sibi faciendæ intimationi expreße renunciat sub solitis sententijs, censuris, & pœnis integre, & absque vlla defalcatione proprijs d. D.N. constituentis, & successorum suorum periculo sumptibus, & expensis Florentiæ, vel alibi persoluendæ, & pro dictę pensionis solutione, modo, & forma prædicta facienda dictum D.N. constituentem, & omnia eius bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura vbicunq; existentia in ampliori forma cameræ Apostolicæ, cum submissionibus, renunciationibus, procuratorum constitutionibus, promissionibus, iuramento, & alijs clausulis in simili obligatione in forma cameræ Apostolicæ apponi solitis, & consuetis solemniter obligandum, & hypothecandum: Necnon quod eodem D. constituente, aut aliquo ex eius in dicta ecclesia succeßoribus in solutione dictæ pensionis modo, & forma præmissis facienda in totum, vel in partem deficiente, vel cessante, aut illam ad minorem summam reduci, vel annullari petente, aut male, & nulliter assignatam eße allegante, seu pensione prædicta ex qua vis causa nulla, & inualida existente, &c. liceat præfato D.N. &c. ad ipsam ecclesiam acceßum, ingressum, seu regreßum liberum habere, illiusque corporalem poßessionem, per se, vel alium, siue alios eius nomine sua propria auctoritate libere apprehendere, & quoad vixerit, tam sui prioris tituli, quam super præsentibus conficiendarum literarum vigore, absque alia sibi desuper de nouo facienda prouisionem, vt prius

retinere

retinere in omnibus, & per omnia, perinde, ac si minime cessisset, vel resignaßet, & expeditioni quarumcunque literarum desuper conficiendarum, siue alias iuxta formam, continentiam, & tenorem supplicationis desuper signatæ, vel signandæ in omnibus, & per omnia in eisdem manibus sp̄ote, & libere constituendum, suumque optimum consensum pariter, & assensum in præmissis præstandum, iurandumque &c. vnumque, &c. & generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. super quibus, &c. Extendantur clausulæ cęteratæ, vt supra.

Constitutio procuratoris ad resignandum ecclesiã ex causa permutationis.

Ad ipsius D. constituentis rectoris prædicti, nomine, & pro eo in euentum in quem sibi de ecclesia Sancti, &c. per liberam cessionem, resignationem, & renunciationem a Venerabili viro D. 3. illius vltimo, & immediate rectore, & poßessore in manibus Sanctiß. D. N. Papæ, vel alterius ad id potestatem habentis in fauorem, & commodum dicti A constituentis factam, & admißam vacatura prouideatur, seu prouideri mandetur, tunc, & eo casu, & non aliter ecclesiam prædictam S. &c. quam ipse D. A. obtinet ex causa permutationis in fauorem, & commodum ipsius D. B. in eisdem manibus sponte, & libere, cedendum, resignandum, & renunciandum, cessionemque resignationem, & renunciationem huiusmodi recipi, & admitti petendum, & obtinendum, & cuicunque collationi, & prouisioni ipsi B. de dicta ecclesia factæ, seu faciendæ, & literarum desuper conficiendarum expeditioni, iuxta, & secundum formam supplicationis desuper signatæ,

tæ, vel signandæ in omnibus, & per omnia, & prout, & sicut ipsi procuratori suo constituto, & substituendis ab eo videbitur consentiendum, suumque opportunum consensum, & aßensum in præmissis præstandũ, iurandumq; in animam dicti D. constituentis, quod in præmissis non interuenit, neq; interueniet dolus, fraus, simoniæ labes, &c. vnumq;, &c. & generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. super quibus omnibus, & singulis petijt a me notario, &c.

Constitutio procuratoris ad resignandum simpliciter ecclesiam in manibus ordinarj. In quo est cauendum, vt non nominetur is, qui ecclesia prædicta sit prouidendus, quia si nominaretur non posset fieri prouisio via ordinaria.

Ven. vir D. N. &c. Rector parrochialis ecclesiæ S. F. &c. Flor. diæcesis, non vi, dolo, vel metu, aut aliqua alia sinistra machinatione, & fraude circunuentus, sed sponte, & ex certa eius scientia, & libera voluntate, ex certis rationabilibus causis animum suum ad id, vt asseruit mouentibus citra reuocationem, &c. omni meliori modo, &c. fecit, constituit, &c. suum verũ, certum, &c. procuratorem, actorem, &c. Extende vt supra in alijs instrumẽtis, clausulas cæteratas pręsentis instrumenti: *egregium virum N. &c. præsentem, & acceptantem, &c.* Vel dicas si absuerit. *licet absentem, tanquam præsentem, scilicet specialiter, & expreße ad ipsius D. constituentis nomine, & pro eo dictam parrochialem ecclesiam S. F. &c. quam ipse D. constituens obtinet cum iuribus, & pertinentijs illius vniuersis in manibus Reuerendiß. D. D. Archiepiscopi Flor. ordinarij loci collatoris, vel eius in spiritualibus*

bus

bus Vicarij generalis: Si fuerit alterius diœcesis, non dicas Archiepiscopi Flor. sed illius Episcopi in cuius diœcesi ea ecclesia est posita: *Vel cuiuscunque alterius ad id potestatem habentis sponte, & libere cedendum, resignandum, & renunciandum, cessionemque resignationem, & renunciationem huiusmodi recipi, & admitti petendum, & obtinendum, &c. iurandũque, &c. & generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. super quibus, &c. rogans, &c.*

Cõstitutio procuratoris patroni ecclesiæ ad consentiendum collationi, & prouisioni de eadẽ ecclesia alicui faciẽdę.

Hon. vir P. patronus parrochialis ecclesiæ S. &c. Vel si parrochialis non fuerit dicas: *Simplicis ecclesiæ S. P. &c. & in possessione, vel quasi iuris eligendi nominandi, & præsentãdi, rectorem ad ipsam ecclesiam pro tempore vacantem, & cuicunque collationi, & prouisioni de illa faciendæ, consentiendi notorie existens ab immemorabili tempore, & citra.* Vel dicas breuius, videlicet. *Et ĩ possessione, vel quasi dicti iuris patronatus, & exercitij illius ab immemorabili tẽpore, et citra habita nuper scientia qualiter Ven. vir. D. Fr. &c. prædictæ eccl. S. &c. modernus rector, & possessor ecclesiã ipsam in manibus S. D. N. Papę, aut eius, & S. R. E. Vicecancellarij, & cancellariam Apostolicam regentis, aut cuiuscunque alterius ad id potestatem habentis in fauorem, & commodum Ven. viri D. N. &c. clerici Flor. diœcesis reseruata sibi annua pensione, libera, immuni, & exempta ab omni decima, quarta, media, & qualibet alia fructuum parte, &c. scutorum centum auri in auro, &c. & reseruato*

reseruatio sibi libero regressu, accessu, & ingressu in dictam, & ad dictam ecclesiam in euentum cessationis solutionis dictæ annuæ pensionis, & in certos alios euentus sponte & liberè cedere, & renunciare proposuit, & volens, & intendens, quantum in eo est, cessionem, resignationem, & renunciationem huiusmodi suum debitum sortiri effectum. Ideo vt, & tanquam patronus prædictus circa reuocationem, &c. omni meliori modo, &c. fecit, constituit, &c. suum verum, certum, &c. procuratorem, actorem, &c. prudentem virum D. Io. &c. licet absentem, tanquam præsentem: Vel dic, *Præsentem, & acceptantem, scilicet specialiter, & expreße ad ipsius D. constituentis patroni prædicti nomine, & pro eo in euentum in quem dictus D. Fr. &c. dictam S. &c. in manibus S. D. N. Papæ, vel cuiuscunque alterius ad id potestatem habentis, in fauorem, & commodum supranominati D. N. &c. resignauerit, & renunciauerit, & resignatio, & renunciatio prædicta admissa fuerit, & propterea dicta ecclesia vacauerit. Tunc, & eo casu cuicunq; collationi, & prouisioni de dicta ecclesia dicto venerabili viro D. N. &c. faciendæ, & literarum desuper conficiendarum expeditioni in eisdem manibus sponte, & libere consentiendum, suumq; opportunum consensum, & assensum in præmissis præstandum, iurandumque, & c. vnumq;, &c. et generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. super quibus, &c. & petijt, &c.*
Extende, vt supra in primo instrumento.

Consti-

Constitutio procuratoris ad acceptandum collationem, & promissionem cuiuscunq; beneficij ecclesiastici.

Scilicet specialiter, & expresse ad ipsius D. constituentis nomine, & pro eo quodcunque ecclesiasticum beneficium ipsi D. constituēti ordinaria, siue Apostolica auctoritate hactenus collatum, & in posterum conferendum, acceptandum iuramentum fidelitatis, & obedientiæ, atq; etiam professionis catholicæ fidei, & quodcunque aliud licitum, & honestum iuramentum in animum ipsius D. constituentis præstandum, & subeundum, & generaliter, &c. promittentes, &c. sub hypotheca, &c. super quibus, &c. petijt, &c. Extende, vt supra.

Constitutio procuratoris ad capiendum possessionem ecclesiæ.

Venerabilis D. &c. cui nuper, siue alias Apostolica fuit auctoritate prouisum de parochiali ecclesia S. &c. Si est ecclesia sine cura dic, de simplici ecclesia. *Tunc vacanti per liberam illius cessionem, & renunciationem a venerabili viro D. N. &c. prædictæ eclesiæ tunc rectore, & possessore de illa quam ipse tunc obtinebat in manibus D. N. Papæ, &c. factam, & admissam.* Et si vacat per mortem alicuius præsbyteri, &c. dicas. *Tunc vacante per obitum Venerabili, viri D. N. &c. illius vltimi, & immediato rectoris, & possessoris extra Rom. cur. defuncti, prout constat de prouisione prædicta per lineras Apostolicas S. D. N. Papæ, &c.* Vel dicas. *Reuerendi D. Vicarij Reuerendissimi D. episcopi, &c.* Si dicta prouisio facta fuerit via ordinaria: *Datas, &c.* Apponas

ponas datam literarum : *citra reuocationem, &c. omni meliori modo, &c. fecit, constituit, &c. suum verum, certum, &c. procuratorem, actorem, &c. Prouidum virum D. Ant. &c. licet absentem, tanquam præsentem, siue præsentem, et acceptantem, scilicet specialiter, & expresse ad ipsius D. constituentis nomine, et pro eo resignationem, & renunciationem prædictam, & illius admissionem, atq; etiam collationem, & prouisionem sibi constituenti de dicta ecclesia factam iuxta, & secundum constitutionem felicis recordationis Pij Papæ quinti & vt est moris, rite, & solemniter publicandum, intimandum, & notificandum* : Hæc publicatio non requiritur, nisi quando beneficium ecclesiasticum vacat pet resignationem, & renunciationem. *Tenutamque, & corporalem possessionem d. ecclesiæ sibi, vt supra dicitur collatæ, iuriumq;, & pertinentiarum eius intrandum, capiẽdum, & apprehẽdendum, dictamq; possessionem continuandum, ac dictam ecclesiam in spiritualibus, & temporalibus regi, & gubernari faciendum Capellanum, & seu Vicarium, qui ei in spiritualibus deseruiat constituendum, & in ea ponendum, & constitutos amouendum, & aliud de nouo ponendum iuramentum de obseruandis constitutionibus ecclesiæ prędictæ, atque etiam professionis catholicæ fidei, & quodcunq; aliud licitum, & honestum iuramentum in animam præfati D. constituentis præstandum, & subeundum recognitionem, et promissionem responsionis fructuum bonorum d. eccl. ab eorundem bonorum colonis recipiẽdum, & super præmissis quæcunque publica instrumenta, cum pactis, promissionibus, protestationibus, obligationib. & re-*

& renunciationibus ipsi procuratori suo, & substituendis ab eo, bene visis fieri, & rogari petendum, & faciendum, item absubstituendum, &c. & generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. rogans, &c.

Constitutio procuratoris ad resignandum officium portionis Ripæ almæ vrbis.

In Dei nomine Amen, &c. D. Talis, &c. portionarius Ripæ almæ vrbis citra reuocationem suorum procuratorum, &c. omni meliori modo, &c. fecit, constituit, &c. suum verũ, certũ, &c. procuratorem, actorem, &c. Talem, &c. licet absentem, tanquam præsentem: vel dicas: *præsentem & acceptantem, s. specialiter, & expreße ad ipsius D. constituentis nomine, & pro eo d. officium portionis Ripæ, quod ipse D. constituens obtinet in manibus S. D. N. Papæ, vel cuiusuis alterius ad id potestatem habentis in fauorem, & commodum personæ per ipsum procuratorem suum nominandæ anticipata tamen ab illa ea pecuniarum summa, & quantitate de qua, & prout, & sicut ipsi procuratori suo videbitur, & placebit, & non aliter, neque alio modo sponte, & liberè cedendum, resignãdum, & renunciandum, cessionemq; resignationẽ, & renunciationẽ huiusmodi recipi, & admitti petendũ, et obtinendũ, siue ad vendẽdum d. officiũ portionis Ripę, cui, vel quib. & pro eo p̃cio de quo, & prout, & sicut ipsi procuratori suo videbitur, & placebit, & precium prædictum, atque etiam omnes, & quoscunque fructus, redditus, & prouentus tam debitos, siue, decursos, quam debendos, & decurrendos, vsque in diem venditionis prędictæ a quibuscunque dictorum fructuum depositarijs, & a quibuscunque alijs eos soluere habẽtibus*

peten-

petendum, exigendum, leuandum, & recipiendum; de habitis quoque, & exactis perceptis, & leuatis nomine quo supra quietandum, finiendum, liberandum, & absoluendum, cum pacto solemni, & expresso de pecuniam habitam, & exactam vlterius non petendo; & super prædictis quodcunque instrumentum publicum, cum pactis, promissionibus, obligationibus, & renunciationibus ipsi procuratori suo bene visis fieri, & rogari petendum, & faciendum: Et generaliter, &c. promittens, &c. sub hypotheca, &c. super quibus, &c. petijt, &c.

Suprascripta forma facile aptari potest quibuscunque alijs mandatis renunciationum, seu venditionum eiusmodi officiorum Vrbis Romæ, mutatis tamen mutandis.

Electio rectoris ad ecclesiam cum mandato vniuersitatis ad præsentandum.

Vacante parrochiali ecclesia S. N. &c. per obitum ven. viri D. &c. prædictæ ecclesiæ vltimi, & immediato rectoris, & possessoris extra Rom. curiam nuper, & de mense, &c. defuncti. Vel dicas: *Per liberam ipsius resignationem, & renunciationē de illa quā tunc ipse obtinebat a Vener. D. N. illius vltimo immediato rectore, & possessore in manibus Reuerendiss. D. &c. ordinarij loci collatoris factam, & per ipsum ordinaria sua auctoritate admissam.* Dicas sic si illa vacat per renunciationem: *Hinc est quod conuocati, & in sufficienti numero congregati in dicta ecclesia Sancti, &c. sonitu campanæ prædictæ ecclesiæ præcedente, & seruatis seruandis secundum eorum ritum, & consuetudinem de mandato prouidi viri Ant. &c. moderni*

derni rectoris dicti populi. Si rector non fuerit præsens, dic: *Talis, &c. antiquioris dictorum popula-norum, qui asserentes se esse patronos dictæ ecclesiæ, & in possessione, vel quasi dicti iuris patronatus, & exercitij illius ab immemorabili tempore, & citra, & desiderare prædictæ ecclesiæ sic vacanti de vtili, & idoneo celeriter prouideri rectore, ne illa diuturnæ va-cationis subiaceat incommodis. Ideo vt & tanquam patroni prædicti, &c. misso prius inter eius secreto scrutinio ad fabas nigras, & albas, & obtento par-tito per * nigras * albis in contrarium non obstanti-bus, &c. & deinde viua voce*: Si non fuerit fa-ctum inter eos scrutinium ad fabas nigras, & al-bas, dic: *Omnes vnanimiter, & nemine eorum di-screpante ad laudem Dei omnipotentis, & S. N. cuius nomine ecclesia prædicta est consignata in rectorem, & ad regimen dictę ecclesiæ sic vacantis elegerunt, & nominauerunt Vener. virum D. &c. præsbyterum Flor. diœce. habilem, & idoneum ad ipsam ecclesiam regendum, & gubernandum, & insuper citra reuo-cationem suorum procuratorum, &c. omnique melio-ri modo, &c. fecerunt constituerunt, &c. eorum ve-rum, certum, legitimum, & indubitatum procurato-rem, actorem, & c. prudentem virum Fr. &c. presen-tem, & acceptantem*: vel si præsens non fuerit: *licet absentem, tanquam præsentem. Scilicet specia-liter, & expreße ad ipsorum constituentium patro-norum prædictorum nomine, seu nominibus, & pro eis coram Reuerendo D. Vicario Reuerendißimi D. Domini Archiepiscopi Florentini ordinarij loci colla-toris comparendum ipsumque Dominum N. &c. ab*

eis electum coram D. sua præsentandum, & ad petendum, & obtinendum electionem, nominationem, & præsentationem eiusmodi confirmari, & ipsum electum in rectorem dictę ecclesiæ institui, siue dictam ecclesiam ei conferri, & ad consentiendum cuicunque collationi, institutioni, & prouisioni illi de dicta ecclesia faciendæ, & expeditioni quarumcunque literarum desuper conficiendarum, iurandumque in animam dictorum constituentium, quod in præmissis non interuenit, neq; interueniet dolus, fraus, simoniæ labes, &c. Item ad substituendum, &c. & generaliter, &c. promitten. &c. sub hypotheca, &c. Rogan. &c. Actum in dicta ecclesia S. Io. præsentibus ibidem prouidis viris, &c. test. &c.

Aduertas, quod dictæ vniuersitates aliquando non eligunt, sed faciunt procuratorem ad eligendum, nominandum, & præsentandum, & tunc omissa electione suprascripta est dicendum.

Ad ipsorum constituentium patronorum prædictorum, nomine, &c. comparendum coram Reuerendiss. D. N. & eligendum, nominandum, & præsentandum ad ipsam ecclesiam sic vacantem, &c. eam personam idoneam, de qua, & prout, & sicut ipsi procuratori eorum videbitur, & placebit, & ad petendum, & obtinendum electionem, nominationem, & præsentationē prædictam confirmari, &c. Et prosequere vsque ad finem prędicti instrumenti.

Formula pręsentationis factę coram ordinario de aliquo presbytero ad beneficium ecclesiasticū.

Die, &c. cum fuerit, & sit certum, quod parrochialis ecclesia S. Io. &c. Flor. diœcesis, quæ de iure patrona-

patronatus hominum parrochianorũ, & popularium illius existit, per obitum Vener. viri D. F. &c. illius vltimi, & immediate rectoris, & possessoris extra Romanam curiam nuper defuncti: Et si vacauerit per renunciationem, dicas hoc modo. *Per liberã illius cessionem, et renunciationẽ a Ven. viro D. F. &c. illius vltimo, & immediate rectore, & possessore in manibus R. D. Vic. Reuerendiss. D. D. Archiepiscopi Flor. loci ordinarij, de illa quam tunc ipse obtinebat factam, & admissam: Vacauerit, & vacet ad præsens. Hinc est quod coram R. D. Seb. &c. Reuerendissimi in Christo Patris, & D. D. Al. Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Archiepisc. Flor. Vicario in spiritualibus, & temporalibus generali, præsens, & personaliter constitutus prudens, & cicumspectus vir Fr. &c. procurator, & eo nomine, siue nominibus hominũm populanorum, siue parrochianorum d. eccle. prædictæ ecclesiæ patronorum, & in possessione, vel quasi iuris eligendi, nominandi, & præsentandi rectorem ad ipsam ecclesiam pro tempore vacãtem, cuicunque collationi, & prouisioni de illa pro tempore faciẽdis, consentiendi notorie, vt asseruit, existentium ab immemorabili tempore, et citra, prout de suæ procurationis mandato ad infrascripta constat, & apparet publico instrumento rogato ab egregio Ser N. &c. notario publico Flor. sub die, &c. Cupiens dictæ ecclesiæ sic vacanti de vtili, & idoneo celeriter prouideri rectore: Ad laudem omnipotentis Dei, & Sancti Ioan. cuius nomine dicta ecclesia est insignita in rectorem & ad regimen dictæ ecclesiæ sic vacantis coram dicto Reuer. D. Vicario presentauit Ven. virũ. D. P. &c.*

per dictos homines populanos, & patronos prædictos in rectorem dictæ ecclesiæ sic vacantis electum, & nominatum, prout de electione, & nomiuatione prædicta constat, & apparet in eodem publico instrumento mandati de quo supra fit mentio coram dicto Domino Vicario, vt supra producto.

Si non fuerit electus ab eis, sed fuerit tantum factum mandatum ad eligendum nominandum, & præsentandum, non sunt apponenda suprascripta verba, videlicet per dictos homines populanos, & patronos prædictos, &c. vsque ad ea verba, vt supra producto.

Petentes tam dictus: Et si non fuerit ab eis prius electus, adde verbum: *Eligens, & præsentans dictis modis, & nominibus quam dictus electus nominatus, & præsentatus dictam electionem, nominationem, & præsentationem confirmari, & electum in rectorem dictæ ecclesiæ institui, siue dictam ecclesiam ei conferri, offerentes se paratos præstare quodcunque iuramentum, & omnia, & singula facere sibi incumbentia pro huiusmodi confirmatione, institutione, siue collatione obtinenda.*

Et dictus Dominus Vicarius, &c. visis, & auditis prædictis supra nominatis præsentante dictis modis, & nominibus, & præsentato, vt supra instantibus, & petentibus prædicta admisit si, & in quantum ea de iure admittere tenetur, & debet, volens tamen in præmissis iuridice, rite, & legitime procedere, præfatum D.P. &c. præsentatum ad examen super eius idoneitate, & sufficientia habendum, recipiendum, & admittendum duxit, ac recepit, & admisit, & propterea examinato-

examinatores in diœcesana synodo nouissime celebrata ad id deputatos conuocari mandauit, & quatenus ab eis habilis, & idoneus ipsam ecclesiam regendum, & gubernandum inueniatur ex nunc prout ex tunc decreuit literas edictales in forma solita, & consueta contra omnes prætendentes interesse, quibus eos citari commisit ad tertiam diem proxime futuram si iuridica fuerit, sin autem ad alteram diem iuridicam ex tunc proxime subsequentem ad dicendum, & excipiendum contra electionem, nominationem, & præsentationem prędictas si quid contra eas dicere, siue excipere voluerint, & de iure potuerint alias ad videndum, & audiendum dictam electionem, nominationem, & præsentationem confirmari, & electum & præsentatum iuxta petita institui, & ei de dicta ecclesia prouideri, in forma solita, & consueta per quemlibet publicum, & iuratum nuncium dictę curiæ in valuis dictæ ecclesiæ S. &c. affigendas. Et interim doceri mandauit de dicto asserto iure patronatus ipsorum hominum populanorum legitime, & iuridice iuxta formam sacri Concilij Tridentini.

Declaratio idoneitatis præsbyteri facta ab examinatoribus.

Die, &c. Reuerendi D. D. Apponantur nomina examinatorum, qui examini dicti presbyteri interfuerint. *Postquam examinauerunt dictum presbyterum Ant. &c. diligenter, & secreto iuxta formam sacri Concilij Tridentini, super his quæ ad officium parochi pertinent, & spectant, & quæ sua scire interest. Ipsum presbyterum Ant. &c. idoneum ad ipsam ecclesiam S. &c. regendum, & gubernandum*

in spiritualibus, & temporalibus omni quo potuerunt modo meliori declarauerunt, & pro idoneo ad prædicta ipsum approbauerunt.

Cui declarationi, & approbationi Reuer. D. Vic. Reuerendiss. D. D. Archiepiscopi, &c. vel dicas: *Episcopi, &c. adhæsit, super quibus, &c. mandauerunt, &c. Actum, &c. præsentibus, &c. ponantur locum, & nomina testium, &c.*

Formula literarum edictalium.

Sebastianus, &c. Reuerendiss. D. D. Alex. Medices Dei, & Sanctę Sedis Apostolicę gratia Arch. &c. Vicarius in spiritualibus, & temporalibus generalis, vniuersis, & singulis has literas inspecturis quosque infrascriptum concernit negocium, seu quoquo modo concernere poterit in futurum salutem in domino sempiternam. Noueritis, quod vacante nuper parrochiali ecclesia S. Io. &c. per obitum Vener. viri D. N. &c. illius vltimi, & immediate rectoris, & possessoris extra Romanam curiam defuncti. Et si vacat per renunciationem, dic: *per liberam illius resignanem, & renunciationem a Venerabili viro N. &c. illius vltimo, & immediate rectore, & possessore de illa quam ipse tunc obtinebat, in manibus nostris factam, & per nos ordinaria nostra auctoritate admissam, coram nobis comparuit prouidus vir F. &c. procurator, & eo nomine, siue nominibus hominum popu lanorum d. eccl. illius patronorum, & in possessione, vel quasi iuris eligendi, & præsentandi rectorem ad ipsam eccl. pro tēpore vacantē, & cuicunq; collatio-*

ni,institutioni,& prouisioni de illa pro tēpore facien-dis consentiendi notorie existentium ab immemorabili tempore,& citra ab illis constitutus publico instrumē-to rogato a ser N. &c.notario publico Florentino,sub die,&c. cupiens dictæ ecclesiæ sic vacanti de vtili,et idoneo celeriter prouideri rectore, ne diuturnæ vaca-tionis exponatur incommmodis: Ideo ad laudem Dei omnipotentis,& S.N.&c. cuius nomine præfata ec-clesia est ornata,in rectorem ad regimen eccl. sic va-cantis, coram nobis præsentauit Venerabilem virum Dominum N. &c. presbyterum Florentinum in sa-cerdotio constitutum habilem, & idoneum ad ipsam ecclesiam regendum, & gubernandum, præsentem, acceptantem per dictos homines populanos, & pa-tronos prædictos in rectorem dictæ ecclesiæ sic vacan tis prius electum, prout de electione prædicta con-stat, & apparet in eodem publico instrumento man-dati, de quo supra fit mentio, petentes,tam dictus præ sentans D. N. quam dictus præsentatus electionem, nominationem, & præsentationem prædictas confir-mari, & ipsum electum,nominatum, & præsentatum in rectorem dictæ eclesiæ institui, siue illam ipsi con-ferri, & de illa ei prouideri, offerentes se dictis no-minibus respectiue paratos præstare quodcunque iu-ramentum,& omnia,& singula facere eis incumben-tia, pro huiusmodi confirmatione, collatione, institu-tione,et prouisione obtinenda. Nosq; pręmissa omnia, & singula si,& inquantum ea de iure admittere tene-bamur admisimus,volentes tamē in præpetitis rite,& mature procedere vos omnes,& singulos supradictos, & vestrum quēlibet citamus requirimus,& mouemus

primo, secundo, tertio, & peremptorie quatenus tertia die post affixionem harum literarum in valuis dictæ ecclesiæ proxime futura, si dies ipsa tertia iuridica fuerit, sin autem altera die iuridica ex tunc proxime, & immediate subsequenti legitime compareatis coram nobis in curia Archiepiscopali Florentina in tertijs : vel dicas : *In vesperis hora audientiæ causarum consueta ad dicendum, & opponendum contra electionem, nominationem, & præsentationem prædictas, & dicti præsentantis dicto nomine, & præsentati personas si, & quicquid contra eas dicere, & opponere volueritis, & de iure potueritis: Alias in dicto termino, & postea quandocunque ad confirmationem dictæ electionis, & præsentationis, & ad institutionem prædictam procedemus contumacia, vel absentia vestra in aliquo non obstante. Ne autem de præmissis valeatis aliquam ignorantiam allegare, has nostras literas edictales nostri soliti sigilli impressione munitas, & per notarium nostrum publicum infrascriptum subscriptas in valuis dictæ ecclesiæ affigi, & affixas dimitti mandauimus, per quemlibet publicum, & iuratum nuncium dictæ curiæ; relationi cuius indubiam adhibebimus fidem. Datum Flor. in Archiepiscopali curia Florentina: Die, &c. 1576. Indictione, &c.*

Relatio nuncij.

Die, &c. Andreas Laurentij nuncius publicus, & iuratus curiæ Archiepiscopalis Florentiæ retulit coram dicto Reuerendo Domino Vicario Florentino, mihi notario publico, &c. & dictæ curiæ Archiepiscopalis scribæ se die suprascripta iuisse ex di-

cti

cti D. Vicarij parte, commissione, & mandato, & omnes in suprascriptis literis ædictalibus in genere nominatos in valuis d. ecclesiæ S. &c. alta, & intelligibili voce citasse, monuisse, & requisisse ad ea omnia, & singula, & pro ea die, hora, loco, & termino in omnibus, & per omnia, & quo ad omnem & omnia prout, & sicut supra a dicto D. Vicario habuit in mandatis, & in eodem loco affixisse, & affixam dimisisse copiam, siue exemplum suprascriptarum literarum cum originali suo collationatam in signum veræ citationis, & ne vlla de præmissis ignorantię causa prętendi posset, siue quomodolibet allegari.

Institutio, & prouisio ecclesiæ.

Die, &c. Comparuit coram eodem Reuerendo Domino Vicario Florentino in Archiepiscopali palatio Florentino pro tribunali sedente dictus Venerabilis D. Ant. &c. ad dictam ecclesiam Sancti, &c. vt præfertur præsentatus, & accusauit contumaciam omnium, & singulorum supra in genere, per dictas literas edictales citatorum ad hanc diem, & horam non comparentium, & nihil contra suprascripta opponentium, ipsosq; ad prædicta, & infrascripta contumaces reputari, & pronunciari, & in eorum contumacia prædictas electionem, nominationem, & præsentationem de se in rectorem dictæ ecclesiæ, vt præmittitur, factas confirmari, & se in rectorem dictæ ecclesiæ institui, & inuestiri, & de illa sibi prouideri cum omni debita instantia postulauit, & ad docendum de dicto iure patronatus suprascriptorum hominum populanorum produxit coram dicto D. Vicario nonnullas literas collationum, & prouisionum de dicta ecclesia ab

ordi-

ordinario, *&c.* Vel dicas Apostolica auctoritate factarum, si factæ sunt auctoritate Apostolica: *Ex quarum multiplicatis datis, clare, & sufficienter constitit ipsi D. Vicario de dicto iure patronatus ipsorum hominum iuxta formam S. Concilij Tridentini, vt ipse D. Vicarius asseruit.*

Et dictus Reuerendus D. Vicarius Florentinus, vt & vbi supra pro tribunali sedens visis, & auditis prædictis eos omnes ad hanc diem, & horam citatos, & quantum debuit expectatos non comparētes, nec quicquam contra prædicta opponentes ad prædicta, & infrascripta, vt erant, contumaces reputauit, & pronunciauit, & in eorum contumacia præfato Domino N. &c. coram eo, vt supra præsentato, & ab examinatoribus in diœcesana synodo Florentina nouissime celebrata deputatis prius examinato, & idoneo ad ipsam ecclesiam regendam, & gubernandam ab illis reperto, & pro tali ab eis approbato, & declarato, vt supra instante, & petente electionem, nominationem, & præsentationem prædictas de eo factas confirmauit, & approbauit, & ipsum eiusdem ecclesiæ Sancti Ioan. &c. sic vacantis rectorem instituit, &c. Ad hæc omnia, & singula expreßo accedente consensu, & assensu dicti Ant. procuratoris dictorum populanorum patronorum prædictorum: Ipsumque Dominum N. coram dicto Domino Vicario personaliter constitutum, & flexis genibus id petentem, recipientem, & acceptantem in corporalem possessionem, seu quasi dictæ ecclesiæ per sui annuli in eius manibus immissionem, ac bireti suo capiti impositionem posuit, & induxit, & de illa inuestiuit, &

recepto

recepto per ipsum D. Vicarium, & a dicto Vener. Domino, &c. præstito in manibus dicti D. Vicarij solito, & consueto fidelitatis, & obedientiæ, iuramento, &c. quod in præmissis non interuenit, neque interueniet dolus, fraus, simoniæ labes, &c. Mandamus ei tradi possessionem dictæ ecclesię, & illi responderi de fructibus vniuersis dictæ ecclesiæ, ac decernens literas institutionis in forma solita, & consueta, &c. huiusmodi sub tenore, videlicet.

Literæ institutionis.

Sebastianus Medic. &c. Reuerendissimi in Christo patris, & D. D. Alex. Med. Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Archiepiscopi Flor. Vicarius in spiritualibus, & temporalibus generalis, dilecto nobis in Christo Fr. &c. salutem, & sinceram in Domino charitatem, vitæ, ac morum tuorum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fidedignorum hominum etiam examinatorum in diœcesana synodo Florētina nouissime celebrata deputatorum commendaris testimonio nos inducunt, vt ea tibi fauorabiliter concedamus, quę tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna, & tibi reddamur ad gratiam liberales. Quare cum parrochialis ecclesia Sancti, &c. per obitum Venerab. viri Domini Ioan. &c. illius vltimi, & immediati rectoris, & possessoris extra Romanam curiam defuncti, &c.

Et si vacat per viam resignationis, dicas sic:

Per

Per liberam illius resignationem, & renunciationem a dilecto nobis in Christo N. de illa quam tunc obtinebat in manibus nostris sponte factam, & per nos ordinaria nostra auctoritate admißam vacauerit, & vacet ad præsens, & tu fueris per prouidum virum N. &c. procuratorem, & eo nomine siue nominibus hominum populanorum ecclesiæ prædictę, & ipsius ecclesiæ patronorum, & in possessione, vel quasi dicti iuris patronatus, & exercitij illius existentium ab immemorabili tempore, & citra, prout de suę procurationis mandato constare vidimus publico instrumento rogato a D. N. &c. notario publico Florentino sub die, &c. in rectorem, & ad regimen dictę ecclesiæ sic vacantis, coram nobis electus, nominatus, & præsentatus: Vel dicas sic, si fuerit prius electus a dictis populanis patronis prædictis. *Et tu fueris per homines populanos dictæ ecclesiæ illius patronos & in poßeßione, vel quasi dicti iuris patronatus, & exercitij illius existentes ab immemorabili tempore, & citra in rectorem, & ad regimen dictæ ecclesiæ sic vacantis electus, & nominatus & deinde per prudentem virum N. &c. procuratorem, & eo nomine, siue nominibus dictorum hominum patronorum prædictorum, prout de electione, & mandato prædicto constare vidimus publico instrumento rogato a prouido viro ser Ant. &c. notario publico Florentino, sub die, &c. coram nobis præsentatus, petitumq; à nobis fuerit tam per te, quam ipsum præsentantē dictis modis, & nominibus, vt electionem, nominationem, & præsentationem de te sic factas confirmare, & te in rectorem dictæ ecclesiæ sic vacantis instituere,*

re, & illam tibi conferre, & tibi de illa ordinaria nostra auctoritate prouidere dignaremur, vosque ambos paratos obtulistis præstare quodcunque iuramentum, & omnia, & singula alia facere vobis incumbentia pro huiusmodi confirmatione, institutione, collatione, & prouisione obtinenda: Nos autem prædicta omnia, & singula si, & inquantum illa de iure admittere tenebamur admisimus, volentes tamen in his iuridice, & rite, & mature procedere te ad examen super idoneitate tua ab examinatoribus desuper deputatis habendum recipimus, & quatenus ab illis idoneus repertus fueris literas edictales in forma solita, & consueta decreuimus, a quibus ipse postea examinatus, & pro idoneo fuisti declaratus; & propterea nos omnes, & singulos sua in prædictis, & infrascriptis quomodolibet intereße putantes per edictũ publicum ad certum tunc expressum terminum ad dicendum, & opponendum contra personam tuam, & dicti præsentantis D. N. si, & quicquid contra illas dicere, siue excipere vellent, & de iure possent, alias ad videndum, & audiendum prædicta confirmari, & te iuxta petita in ecclesiæ ipsius rectorem institui, & inuestiri, vel ad dicendum, & allegandum causam, & causas si quas habeant rationabiles quare præpetita fieri non deberent, per vnum ex nuncijs publicis, & iuratis nostræ curiæ citari, & requiri fecimus, & mandauimus: Quo termino adueniente nulloq; in contradictorem se opponente comparuisti coram nobis in loco infrascripto pro tribunali sedentibus, & omnium, vt supra in genere citatorum non comparentium, & nihil opponentium contumaciam accusasti, ipsosque

ad

ad prædicta, & infrascripta contumaces reputari, & pronunciari, & in eorum contumacia petiisti electionem, nominationem, & præsentationem prædictas de te sic factas per nos confirmari, & te in ipsius ecclesię sic vacantis rectorem institui, & inuestiri, siue illam tibi conferri, & de ea prouideri: Teque paratum obtulisti, quodcunque præstare iuramentum, omniaque alia facere tibi incumbentia, & in præmissis necessaria, requisita, & opportuna pro huiusmodi confirmatione, & institutione obtinenda. Nos vero visis, & auditis prædictis constito nobis per plures ipsius ecclesiæ status, coram nobis exhibitos, & productos ius patronatus eiusmodi penes ipsos populanos præsentantes existere, te prius ab examinatoribus.

Ponas numerum examinatorum, qui ipsum examinauerunt.

In diœcesana synodo Florentina nouissime celebrata, vt præfertur examinato, & pro habili, & idoneo ad ipsam ecclesiam Sancti, &c. regendum, & gubernandum declarato, & approbato instante, & petente, & in contumaciam omnium supra in genere citatorum, quorum contumaciam accusasti, quosq; merito, vt erant ad prædicta, infrascripta contumaces reputauimus, & pronunciauimus auctoritate nostra ordinaria, ac alias omnibus modo, via iure, causa, & forma, quibus potuimus, & debuimus, possumusquę, & debemus validioribus, & efficacioribus, electionem, nominationem, & præsentationem easdem de te sicut præmittitur, factas approbauimus, & confirmauimus, prout horum serie literarum approbamus, &

con-

confirmamus, teque in prædictæ eccle. S. &c. vt præmissum est, vacantis rectorem instituendum duximus, ac instituimus per præsentes, ad hæc omnia, & singula suprascripta prædicti N. procuratoris dictorum populanorum patronorum dictæ ecclesiæ expresso accedente consensu pariter, & assensu. Et propterea te coram nobis propter hoc personaliter constitutum, idque flexis genibus humiliter petentem, recipientem, & acceptantem in corporalem possessionem, seu quasi ipsius ecclesiæ S. &c. per annuli nostri in tuis manibus immissionem, ac bireti tuo capiti impositionem posuimus, & induximus, ac ponimus, & inducimus, atq; inuestimus quoque de eadem præsentium per tenorem.

Præstito prius per te, & per nos recepto ad sancta Dei Euangelia corporali iuramento, quod in præmissis non interuenit, neque interueniet dolus, fraus, simoniæ labes, aut quæuis alia illicita pactio, siue etiam corruptela. Quodque tu dicto Reuerendissimo D. Archiepiscopo Florentino, & successoribus fidelis, & obediens eris, ac Sanctæ matris ecclesiæ nostrisque, & successorum nostrorum parebis mandatis, iura dicti Archiepiscopatus persolues, bona dictæ ecclessiæ non alienabis, seu distrahes, sed alienata, & distracta ad illius ius, & proprietatem reduces, & reduci pro viribus procurabis: Et quod tu intra etc. dies, ipsam ecclesiam adibis, & apud illam iugitur residebis, ipsique eccl. bene, & laudabiliter in diuinis deseruies, sanaq; diuini verbi explicatione, & sacramentorum dispensatione populum tibi commißum pascere nõ desistes, illiusq; debita onera supportabis. Quocirca vniuersis, &

singulis

singulis personis ecclesiasticis, notarijs quoque, & tabellionibus publicis quibuscunq; per ciuitatem, & diœcesim nostram Florentinam, vbilibet constitutis, & cuilibet ipsorum in virtute Sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, vt cum ab ste, vel a tuo legitimo procuratore pro te desuper fuerint requisiti, aut aliquis ipsorum fuerit requisitus ad ipsam ecclesiã, Sancti, &c. accedant, siue accedat, & te vel procuratorem ipsum pro te, & nomine tuo in corporalem, realem, & actualẽ possessionem dictæ ecclesiæ iuriũque, & pertinentiarum illius vniuersorum ponant immittant, & inducant, siue ponat, immittat, & inducat, inductumque defendant, vel defendat, amoto exinde quolibet illicito de tempore quẽ nos in quantum possumus amouemus, & amotum denunciamus, Tibique de ipsius ecclesiæ cunctis, fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis respondeant, & faciant ab alijs (quantum in eis est, vel fuerit) plenarie, & integre responderi, contradictores quoslibet, & rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo. In quorum omnium, & singulorum fidem has literas fieri, & per notarium nostrum publicum infrascriptum subscripsi, sigillique nostræ curiæ, quo in talibus vtimur, iussimus, & fecimus appensione muniri. Datum, & actum Florentiæ in Archiepiscopali palatio, Anno ab incarnatione dominica. M. &c. Indictione, &c. die vero, &c. mensis, &c. Pontificatus Sanctissimi D. N. &c. & Serenissimo, &c. Magno Hetruriæ Duce fœliciter dominante: Præsentibus ibidem N. &c. & testib. ab prẽmissa oĩa, & singula vocatis habitis, specialiter, & rogatis.

Edictum

Edictum affigi solitum in valuis curię Archiepiscopalis Flor. & etiam in valuis ecclesiæ liberæ, quando illa vacat.

Nos Sebastianus Med. &c. Vicarius Reuerendiss. D. &c. Arch. Flo. &c. in spiritualibus, & temporalibus generalis, vniuersis, & singulis præsbyteris in sacerdotio constitutis has literas visuris, lecturis, & audituris notum facimus qualiter parrochialis ecclesia Sancti Io. &c. quæ ad liberam collationem, atque omnimodam dispositionẽ Reuerẽdiss. in Christo patris, & D. D. Archiepiscopi Flor. quando illã vacare contingi existit per obitũ Vener. D. N. &c. illius vltimi, & immediate rectoris, & possessoris extra Rom cur. nuper vita functi. Et si vacat per resignationem dicas sic: *Per liberam prædictæ ecclesiæ resignationem, & renunciationem a Ven. viro D. N. &c. prædictæ ecclesiæ vltimo, & immediate rectore, & possessore de illa quam ipse tunc obtinebat in manibus nostris sponte factam, & per nos ordinaria nostra auctoritate admissam rectore, & administratore vacauerit, & vacet ad præsens cui nos ecclesiæ vehementer cupimus de idonea persona ad illam regendam, & gubernandam celeriter prouidere, ad vitanda damna & incommoda, quæ ex diuturna vacatione ecclesiarum oriri solent: Et propterea eos omnes, & singulos præsbyteros, & eorum quemlibet his edictalibus literis in valuis curiæ Archiepiscopalis Florentinæ, & dictæ ecclesię Sancti, &c. affigendis inuitamus, vt intra tres dies a die affixionis prædictæ computandos debeant coram nobis, atque examinatoribus ad id deputatis in Archiepiscopali palatio Flor. comparuisse*

ad subijciendum se examini a dictis examinatoribus super eorum idoneitate, & sufficientia habendo, et exercendo iuxta, & secundum formam sacri Concilij Tridentini illos certificantes, quod qui magis idoneus a præfatis examinatoribus fuerit repertus, is prædictæ ecclesiæ sic vacanti præficietur, cæteri vero ab eis repellentur: In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium has edictales literas fieri, & per notarium publicum infrascriptum subscribi sigillique dictæ curiæ Archiepiscopalis Flor. iussimus, & fecimus impressione muniri. Datum Flor. in Archiepiscopali Palatio. Die, &c. M. &c.

Literæ collationis ab ordinario factæ de ecclesia libera.

Sebastianus Med. &c. Reuerendiss. D. D. &c. Vicarius in spiritualibus, & temporalibus generalis, dilecto nobis in Christo N. &c. vitæ ac morum tuorum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita super quibus apud nos fidedignorum hominum etiam dilectorum nobis in Christo examinatorum in diœcesana synodo Flor: nouissime celebrata deputatorum commendaris testimonijs nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales, eaque tibi fauorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Quare cum parochialis ecclesia Sancti, &c. Flor. diœcesis: Cuius collatio, prouisio, & omnimoda dispositio ad Reuerendiss. D. D. Archiepiscopum Flor. pro tempore existentem pertinet, & spectat, per obitum Ven. viri D. &c. illius vltimi, & immediate rectoris, & possessoris extra Rom. cur. defuncti. Et si vacat per renunciationem, dicas sic:

per

per liberam illius resignationem, & renunciationem a dilecto nobis in Christo Ant. illius vltimo, & immediate rectore, & possessore de illa quam ipse tunc obtinebat in nostris manibus sponte factam; & per nos ordinaria nostra auctoritate admissam vacauerit, & vacet adpræsens. Nos cupientes ipsi ecclesiæ sic vacanti pro eius indemnitate de vtili, & idoneo celeriter prouidere rectore, vacationem prædictam per nostras edictales literas in valuis Archiepiscopalis palatij Flor dictæque ecclesiæ S. &c. ab vno ex nuncijs publicis, & iuratis nostræ curiæ affixas vniuersis præsbyteris ipsi ecclesiæ præfici cupientibus intimauimus, & notificauimus, eosque & vnumquenque ipsorum ad certum tunc expressum terminum, videlicet, ad diem infrascriptam ad subijciendum se examini super sufficientia, & idoneitate ipsorum habendo, & exercendo coram nobis ab examinatoribus desuper deputatis inuitauimus, & requisiuimus, eoque termino adueniente: Tu cum nonnullis alijs præsbyteris eãdem ecclesiam obtinere cupientibus coram nobis, atque examinatoribus præfatis comparuisti, & te eorum examini supposuisti: A quibus ipse, & alij præsbyteri ante dicti in concursum iuxta sacri Tridentini Concilij sanctiones sigillatim, seorsum, & secreto super his, quæ ad bonum, & idoneum parochum spectant, & pertinent examinati fuistis: Tuq; alijs tecum in concursum examinatis ad ipsam ecclesiam regendam, & gubernandam magis idoneus fuisti declaratus, & pro tali approbatus, cui nos declarationi, & approbationi adhæsimus. Proinde nos his tuis virtutum meritis tibi specialem gratiam facere volentes, prædictam ecclesiam

clesiam S. &c. sic vt supra dicitur vacantem, cum iuribus, et pertinentijs illius vniuersis tibi, qui alijs presbyteris in concursum examinatis, secundum declarationem, & approbationem prædictam, antecedis omnibus modo, via, iure, causa, & forma, quibus validioribus, & efficacioribus potuimus, & debuimus, possumusque, & debemus, contulimus, & assignauimus, prout conferimus, & assignamus, ac de illa prouidimus, & prouidemus præsentium per tenorem, & propterea te coram nobis ob id ipsum personaliter genuflexum, hocque humiliter petentem, recipientem, & acceptantem in corparalem possessionem, seu quasi ipsius ecclesiæ per annuli nostri in tuis manibus immissionem, ac bireti tuo capiti impositionem, posuimus, et induximus, ponimusq;, & inducimus, ac de illa etiam inuestimus per præsentes. Præstito prius per te, &c. Quo circa vniuersis, & singulis, &c. in quorum omnium, & singulorum fidem, &c. Datum, & actũ, &c. sub anno, &c. Pont. &c. & Sereniss. &c. præsentibus ibidem prouidis viris, &c.

Extende vt supra in pręcedentibus alijs literis mutatis mutandis.

Literæ collationis canonicatus præbendati.

Sebastianus Med. &c. Reuerendiss. D. D. Al. &c. Dei, & Sanctæ sedis apostolicę gratia Arch. Floren. Vicarius in spiritualibus, & temporalibus generalis, dilecto nobis in Christo Fr. &c. salutem in eo, qui est omnium vera salus. Nobilitas generis, literarum scientia, aliaque probitatis, & virtutum merita, &c. nos inducunt, &c. Cum itaq; canonicatus, & præbenda cathedralis ecclesiæ Florentinæ, & quos nuper in

dicta ecclesia obtinebat Tho. &c. quorum collatio, prouisio, & omnimoda dispositio ad Reuerendissimum D.D. Archiepiscopum Flor. pro tempore existentem, tam de iure, quam ex antiqua, & hactenus approbata, & pacifice obseruata consuetudine spectare, & pertinere cognoscitur. Si fuerit de iure patronatus omissis prędictis verbis dicas prout superius dicitur in alijs literis collationum beneficiorum ecclesiasticorum, quę sunt de iure patronatus.

Per obitum q. Thom. &c. dictorum canonicatus, & prebendæ vltimi, & immediate canonici, & possessoris extra Rom. cur. nuper defuncti. Si vacat per resignationem, dicas sic: *Per liberam cessionem, & resignationem per Thom. &c. illorum vltimum, & immediate canonicum, & possessorem de illis quos tunc in dicta ecclesia obtinebat in manibus nostris sponte, & libere factam, & per nos ordinaria auctoritate nostra admißam vacauerint, et vacent ad præsens Nos volentes dictis canonicatui, & prębendæ sic vt præmittitur vacantibus, de vtili, & idoneo celeriter prouidere canonico, ne diuturnæ vacationis subsint incommodis, & ne aliquod propterea in spiritualibus, & temporalibus patiantur detrimentum, & tibi præmissorum meritorum tuorũ intuitu gratiam facere specialem.* Et si fuerint de iure patronatus, dicas sic. *Et tu fueris per nobiles viros Tales dictorum canonicatus, & prębendæ patronos, & in possessione, vel quasi iuris eligendi, nominandi, & præsentandi personam idoneam ad ipsos canonicatum, & prębendã pro tempore vacantes, & cuicunque collationi, & prouisioni de illis faciendis, consentiendi notorie existẽtes,*

coram nobis ad ipsos canonicatum, & præbendam sic vacantes electus nominatus, & præsentatus, petitūqꝫ a nobis fuerit, tam per te, quam per ipsos præsentantes patronos prædictos, &c. Extende vt supra, &c. *Canonicatum, & præbendam prædictos prædictæ cathedralis ecclesiæ Flor. modo prædicto, aut alias vacantes cum plenitudine iuris canonici, & cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis tibi habili, & idoneo ad illos regendum, & gubernandum præsenti, idq; flexis genibus humiliter petenti, recipienti, & acceptanti omnibus modo, via, iure, causa, & forma, quibus validioribus, & efficacioribus potuimus, & debuimus, ac poßumus, & debemus, contulimus, & assignauimus, ac de illis prouidimus, prout conferimus assignamus, & prouidemus per præsentes: Et propterea te propter hoc coram nobis personaliter constitutum, & genuflexum, idque humiliter petentem, recipientem, & acceptantem in corporalem possessionem, seu quasi dictorum canonicatus, & præbendę, & iurium, & pertinentiarum eorum vniuersorum per annuli nostri in tuis manibus immißionem, ac bireti tuo capiti impositionem posuimus, & induximus, ponimusque, & inducimus, ac inuestimus de eisdem. Præstito prius per te in nostris manibus scripturis sacrosanctis corporaliter manu tactis, & per nos recepto ad sancta Dei Euangelia corporali iuramento, quod in præmissis non interuenit, neque interueniet dolus, fraus, simoniaca prauitas, aut quæuis alia illicita pactio, seu etiam corruptela: Atq; etiam quod tu Reuerendissimo D. Archiepiscopo Flor. suisue succeßoribus fidelis, & obediens eris, ac sanctæ matris ecclesiæ,*

siæ, nostrisq; & successorum nostrorum parebis mandatis eisdemque canonicatui, & prebendæ bene, & laudabiliter deseruies illorumque debita onera supportabis, bona ipsorum canonicatus, & prebendæ nõ alienabis siue distrahes, sed alienata, & distracta ad illorum ius, & proprietatem reduces, & reduci pro viribus procurabis, constitutionesque siue statuta, & consuetudines dictæ ecclesiæ obseruabis. Quo circa Reuerendis Dominis Archidiacono, aliisq; dignitatibus, & canonicis dictæ ecclesiæ Flor. in virtute S. obediencia mandamus, vt cum per te, vel procuratorem tuũ legitimum pro te super his vigore præsentium fuerint requisiti te in canonicum, & fratrem in dicta ecclesia Flor. recipiant, stallo tibi in choro, & loco in capitulo ipsius ecclesiæ, cum plenitudine iuris canonici penitus assignatis. Necnon vniuersis, & singulis personis ecclesiasticis, notariisque, & tabellionibus publicis, &c. In quorum omnium, & singulorum fidem, &c. Datum, & actum, &c.

Extende vt supra, in alijs prioribus literis collationum, &c.

Literæ commissionis hospitalis.

Sebastianus Medices, &c. Vicarius Reuerendissimi Domini Domini N. Archiepiscopi Florentini in spiritualibus, & temporalibus generalis: Dilecto nobis in Christo Antonio, &c. salutem in Domino sempiternam. Vitæ ac morum tuorum honestas, aliaque laudabilia probitatis, ac virtutum merita, super quibus apud nos fidedignorum homi-

num commendaris testimonijs nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales, eaque tibi fauorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum itaque hospitale pauperum sub titulo, seu inuocatioue S. &c. quod de iure patronatus laicorum, videlicet prudentium virorum Taliun, & existit per obitum prouidi viri Domini, &c. illius vltimi, & immediate rectoris, & possessoris extra Ro. cur. defuncti. Et si vacat per renunciatinoem, dicas sic; *Per liberam illius cessionem, & renunciationem ab honorabili viro D. &c. de illius vltimo, & immediate rectore, & possessore de illo quod tunc ipse obtinebat in manibus nostris factam, & per nos ordinaria nostra auctoritate admissam vacauerit, & vacet ad præsens, & tu fueris per dictos Tales prædicti hospitalis patronos, & in possessione, vel quasi dicti iuris patronatus, & exercitij illius ab immemorabili tempore, & citra existentes in rectorem, & hospitalarium dicti hospitalis sic vacantis, electus, & nominatus, prout de electione prædicta publico constare vidimus instrumento rogato manu egregij viri Ser D. &c. notarij publici Flor. sub die, &c. & deinde Talem, &c. eorum procuratorem, prout de dicto suæ procurationis mandato constat, & apparet in eodem publico instrumento electionis coram nobis exhbito, & producto, coram nobis præsentatus, petitumque a nobis fuerit, tam per te, quam ipsum præsentantem dicto nomine, vt electionem, nominationem, & præsentationem prædictam de te sic factas confirmare & tibi dictum hospitale conferre, seu committere auctoritate nostra ordinaria dignaremur. Nosq; considerantes*

rantes quantum diuturna vacatio eiusmodi hospitalibus solet esse damnosa, & propterea indemnitati prædicti hospitalis prouidere, tibiq; præmissorum tuorum meritorum intuitu specialem gratiam facere volentes constito nobis per vltimum, & alios dicti hospitalis statūs coram nobis productos dictum ius patronatus penes ipsum præsentantem dicto nomine existere. Hospitale prædictum modo antedicto, vel alias vacans cum iuribus, & pertinentijs illius vniuersis tibi commisimus, ac de illo prouidimus, prout etiam committimus, & prouidemus præsentium per tenorem ad hæc omnia, & singula dicti prouidi viri N. &c. procuratoris prædicti dictorum supranominatorum patronorum expresso accedente consensu pariter, & assensu, & propterea te coram nobis propter hoc personaliter constitutum, genuflexum, idque humiliter petentem, recipientem, & acceptantem in corporalem possessionem, seu quasi dicti hospitalis, per annuli nostri in tuis manibus immissionem, ac bireti tuo capiti impositionē posuimus, & induximus, ponimusque & inducimus, atque inuestimus quoq; de eodem. Præstito prius per te in nostris manibus scripturis sacrosanctis corporaliter manu tactis, & per nos recepto ad sancta Dei Euangelia actuali iuramento, quod in præmissis non interuenit, neque interueniet dolus, fraus, simonię labes, aut quæuis alia illicita pactio, siue etiam corruptela. Quodque tu Reuerendiss. D. Arch. Flor. & eius successoribus fidelis, & obediens eris, ac S. R. E. nostrisq; & successorum nostrorum parebis mandatis, iura Florentini Archiepisc. persolues, & quod in dicto hospitali iuxta illius laudabilem consuetudinem, ac sacri Tri-

dentini

dentini Concilij decreta, constitutionemq; fœlicis Rec. Clementis Papæ quinti in Concilio Viennensi æditam hospitalitatem seruabis, bona dicti hospitalis non alienabis, seu distrahes, sed alienata, & distracta ad ius & proprietatem dicti hospitalis reduces, & reduci pro viribus procurabis, inuentariumq; omnium bonorum dicti hospitalis conficies, & de fructibus, redditibus, & prouentibus eiusdem hospitalis nobis, nostrisq; successoribus quolibet anno rationem reddes, & alia facies iuxta earundem constitutionum formam, & tenorem. Quo circa, &c. In quorum omnium, & singulorum fidem, &c. Datum, & actum Flor. &c. Extende, vt supra in alijs prædictis literis.

Literæ collationis libere cappellaniæ.

Sebastianus Med. &c. Vicarius Reuerendiss. D. D. Al. &c. Dei, & Apostolicę sedis gratia Archiepiscopi Florentini in spiritualibus, & temporalibus generalis: Dilecto nobis in Christo Ant. &c. vitæ, ac morum tuorum honestas, aliaq; probitatis, & virtutum merita, quibus apud nos fidedignorum virorum commendaris testimonio nos inducunt, vt tibi, &c. Extende, vt supra in alijs, &c. *Quare cum perpetua cappellania sita in ecclesia Sancti Ioan. &c. ad altare, seu sub inuocatione Sancti, &c. cuius collatio, prouisio, & omnimoda dispositio ad Reuerendissimum D. Dominum Archiepiscopum Florentinum pro tempore existentem, tam de iure, quam ex antiqua, & hactenus approbata, & pacifice obseruata consuetudine pertinet, & spectat per obitum venerabilis viri Ser D. &c. illius vltimi, & immediate rectoris, & posseso-*

possessoris extra Romanam curiam defuncti. Et si vacat per resignationem, dicas: *per liberam illius cessionem, & resignationem a Vener. viro Ser P. &c. prædictæ ecclesiæ vltimo, & immediate rectore, & poßessore de illa quam tunc ipse obtinebat in manibus nostris sponte, & libere factam, & per nos ordinaria nostra auctoritate admissam vacauerit, & vacet adpræsens. Nos prædictæ ecclesiæ sic vacanti de vtili, & idoneo rectore celeriter prouidere volentes, ne diuturnæ vacationis subiaceat incommodis, tibique præmißorum tuorum meritorum intuitu specialem gratiam facere cupientes prædictam cappellaniam modo prædicto, aut alias vacantem cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis tibi habili, & idoneo contulimus, & assignauimus, ac de illa prouidimus: Prout harum serie literarum conferimus, & assignamus, & propterea te coram nobis propter hoc personaliter constitutum, genuflexum idque humiliter petentem recipientem, & acceptantem per annuli nostri in tuis manibus immissionem, ac bireti tuo capiti impositionem posuimus, & induximus, ponimusq; ,et inducimus, atque inuestimus de eadem: Præstito per te in manibus nostris scripturis sacrosanctis corporaliter manu tactis, & per nos recepto ad sancta Dei Euangelia actuali iuramento, quod in prædictis non interuenit, neque interueniet dolus, fraus, simoniæ labes, aut quæuis alia illicita pactio, seu etiam corruptela: Quodque tu Reuerendissimo D. Domino Archiep. Florentino, & suis successoribus fidelis, & obediens eris, ac Sanctæ matris ecclesiæ nostrisq; , & succeßorũ nostrorum parebis mandatis, iura nostri Episc. persolues*

ues bona dictæ cappellaniæ non alienabis, seu distrahes, sed alienata, & distracta ad illis ius, & proprietatem reduces, & reduci pro viribus procurabis, ipsique cappellaniæ bene, & laudabiliter deseruies, siue deseruiri facies, illiusque debita onera supportabis. Quo circa vniuersis, & singulis personis ecclesiasticis notarijsque & tabellionibus publicis, &c. In quorum omnium, &c. Datum, & actum, &c. sub anno, &c. præsentibus ibidem, &c. Extende vt supra in fine suprascriptarum literarum continetur, & aduerte quod eodem modo extenduntur literæ collationis aliorum beneficiorum simplicium, id est sine cura.

Instrumentum publicationis, resignationis, ac apprehensionis possessionis ecclesiæ.

Publice pateat, quod Talis N. cui nuper de parrochiali ecclesia S. N. tunc vacanti per liberam resignationem, & renunciationem a Ven. viro N. &c. de illa quam tunc ipse obtinebat in manibus Sanctiss. D. N. Papæ factam, & admissam apostolica fuit auctoritate prouisum, prout de prouisione prædicta constat, & apparet per literas Apostolicas suæ Sanctitatis datas, &c. præsentialiter existens in d. eccl. S. N. &c. resignationem, & renunciationem, ac prouisionem prędictas populo, qui in ea ad diuina audiendum conuenerat intimauit, & rite, & solemniter inter missarum solemnia publicauit, iuxta, & secundum constitutionem fœl. &c. Pij Papæ V. desuper æditam in omnibus, & per omnia, ne vllam de prædicta resignatione, & prouisione a quoquam prætendi possit ignorantiæ causa, siue quomodolibet allegari.

Post

Post cuius quidem resignationis, & prouisionis publicationem ipse Ven. D.N. &c. requisiuit me notarium,&c.vt eum vigore d. prouisionis, & literarum prædictarum desuper expeditarum in possessionē eiusdem ecclesiæ S.N. inducere,curarem, & vellem, cuius petitioni,& requisitioni veluti iustæ annuens,Ego Talis notarius, &c. ipsum Talem sic prouisum manu dextera apprehensum ad altare maius d. eccl. deducens, crucem ab eo deosculari faciens,candelabra, & alia dicti altaris in eius manibus ponens,& deinde extra d.eccl.in domum præsbyteralem illius secum ingrediens,& in ea per eam ambulans,ostia illius ab eo aperiri,& claudi faciens, glebas bonorum d. eccl. ac ramos arborum in dictis bonis radicatarum in eius gremium ponens, & ex dictis bonis in dictam ecclesiam regrediens, campanas pulsando, Te Deum laudamus canendo, & alia faciendo in præmissis necessaria, requisita, & opportuna præfatum Talem N. &c. sic prouisum,vigore earundem literarum in corporalem, realem,& actualem poßessionem d. eccl.bonorumque & iurium,& pertinentiarum vniuersorum illius posui, & immisi nemine contradicente: Qui quidem D. Talis N. eiusmodi possessionem accepit, & protestatus fuit se non solum corpore, sed etiam animo possidere, super quibus,&c.rogauit,&c. Actum, &c. præsentibus,&c. testibus, &c.

Notandum est quod eadem publicatio solemnis etiam fieri debet in cathedrali cui dicta ecclesia est subiecta, posthabito tamen instrumento possessionis: Et quod si fuerit facta prouisio de aliqua cappellania vacante per resignationem,

publicatio

publicatio dēt fieri in ecclesia in qua est sita dicta capellania, & deinde in cathedrali, vt supra, &c.

Litera attestationis vitæ.

Nos Sebastianus Med. &c. Reuerendiss. D. Domini Archiep. Floren. Vicarius, &c. Vniuersis notum facimus hodie coram nobis notario, & testibus infrascriptis personaliter comparuisse Magnificum Dominum P. &c. viuum, & bene valentem, nosque debita cum instantia requisiuisse, vt de sua vita publice attestaremur, Cuius suæ petitioni, tanquam iuste annuentes his nostris literis omnes reddimus certiores hunc ipsum P. &c. sub die infrascripta viuere & bene valere. In quorum omnium, & singulorum, &c. Datum Florentiæ, in Archiepiscopali palatio, sub anno, &c. Indictione, &c. Die vero, &c. Mensis, &c. Pontificatus Sanctiss. D. N. D. anno, &c. & Sereniss. &c. præsentibus ibidem prouidis, & discretis viris Talibus, &c. asserentibus ipsum P. cognoscere, & eum esse talem, quem se asserit testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis, &c.

Instrumentum dedicationis.

Gherardus olim Francisci Iuliani de Saluiatis de Florentia constitutus in ecclesia sancti Egidij de Florentia, & apud altare maius dictæ ecclesiæ, & coram venerabili, & religioso viro D. Iacobo olim Petri de Tancis hospitalario, rectore, & gubernatore dicti hospitalis sanctæ Mariæ nouæ, & ecclesiæ sancti Egidij prædicti. Primo, & ante omnia recommendans animam suam altissimo Creatori, ac beatæ Mariæ semper virgini totique cęlesti curiæ paradisi, & dicto beato Egidio sub cuius hospitio & vocabulo dixit se velle

cum deuotione aſſiſtere: & conſiderans vanitates, & anxietates huius ſeculi: Et volens omnes huius mundi cogitationes, ac anxietates prædictas euitare, & de eius bonis eleemoſynam facere iuxta poſſe vt eius anima de hoc ſæculo migrando cum Dei miſericordia valeat in cęlis ſine contentionis obſtaculo requieſcere, & ob deuotionem maximam quam ſemper, & iamdiu habuit, & habet ad præfatum hoſpitale, & eccleſiam prędictam: & attentis bonis operibus & laudabilibus exercitijs degentium, & habitantium in dicto hoſpitali: Amore Dei, & pro remedio animæ ſuæ ex certa ſcientia, & non per errorem: & omni meliori modo, via, iure, cauſa & forma, quibus magis & melius potuit obtulit ſe ipſum Gherard. Deo ac beatæ Mariæ ſemper virgini totique cœleſti curiæ paradiſi & nominatim beato Egidio prædicto: Ac etiam dicto venerabili, & religioſo viro præsbytero Iacobo hoſpitalario prędicto præſenti, recipienti, & acceptanti pro & vice, & nomine dictæ eccleſiæ, & hoſpitalis prędicti: Ac etiam obtulit, & dedicauit vt ſupra ſeipſum Gherardum, & omnia ſua bona, & iura præſentia, & futura, & nominatim, Duo prædia &c. Ponas bona, *Cum omnibus & ſingulis &c. ad habendum &c. & ceſſit iura, & conſtituit tenere &c.*

Vt in venditionibus, & ſi aliqua apponitur conditio etiam hic ſcribas.

Et promiſit, & ſolemni ſtipulatione conuenit d. Gherard. ſupradicto hoſpitalario, vt ſupra recipienti, & ſtipulanti promptam, & perpetuam reuerentiam & obedientiam, & dictam oblationem, & dedicationem aliqua de cauſa non reuocare: Sed ipſum & omnia

nia in ea contenta perpetuo firma, rata, & grata habere tenere, & obseruare. Et econuerso: Dictus D. Iacobus hospitalarius prædictus pro, & vice & nomine dictę ecclesiæ sancti Egidij, & hospitalis prædicti dictum Gherardum se, & sua offerentem, & dedicantem vt supra benigne recepit conuersum, & familiarem perpetuum dictæ ecclesiæ, & hospitalis prædicti. Quæ omnia &c.

Ponas si vis clausulas generales vt in alijs instrumentis vsque ad finem.

Instrumentum professionis, & oblationis.

Frater Alamannus olim Raynaldi de Ballerinis, qui dum in sæculo viuebat vocabatur Franciscus, per bonorum suorum ordinationem testamento a se facto manu ser Baldassaris de Bondonibus notarij, & ciuis Florentini: Volens animæ suæ saluti in sancta Christiani ordinis religione prouidere, & sub iure sanctæ obedientiæ astare: & residuum suæ vitæ regulari subijcere disciplinae: Salua suorum dispositione bonorum prout in dicto testamento per omnia continetur, obtulit se & animam suam Deo, ac beatæ Mariæ semper virgini totique cælesti curiæ paradisi, & nominatim beato Dominico clausis manibus; & se infra manus venerabilis patris magistri Simonis de Bertis de Florentia ad præsens dignissimi prioris conuentus S. Dominici Fesulani ordinis prædicatorum recipientis, pro se, & vice, & nomine dictæ ecclesiæ capituli, & conuentus, & suorum in dicto conuentu, & ordine successorum: Dans & ponens, necnon promittens, & profitens stabilitatem, conuersionem, debitam obedientiam, paupertatem, & castitatem secundum regulam

ordinis

ordinis antedicti fratrum prædicatorum beati Dominici: & hoc modo ipse frater Alamannus flexis genibus ante altare maius dictæ ecclesiæ, & conuentus prædicti. Quandam in manu cedulam tenens legit tenorem huiusmodi continentem: Ego Alamannus promitto Deo, & sanctis eius in præsentia venerabilis religiosi Magistri Simonis de Bertis de Florentia ad præsens prioris antedicti in hoc monasterio stare, & obseruare obedientiam paupertatem, & castitatem. Ac etiam stabilitatem, & conuersionem meorum morum secundum regulam ordinis fratrum prędicatorum beati Dominici: Renuncians solemnitatibus vtrisque videlicet mundo siue sæculo, & pompis & vanitatibus eius, & anno probationis & experientiæ: Quibus omnibus sic peractis, dictus magister Simon, & talis, & talis fratres dictæ ecclesiæ capituli, & conuentus præfatum fratrem Alamannum ad pacem receperunt: Rogantes, &c.

Et nota quod hoc, quod dictum est de renunciationibus, intelligas ponendum si ante tempus probationis id est ante annum post ingressum fiat professio: Item nota, quod huiusmodi profitentes aliquando non testamentum sed donationem faciunt in monasterio de omnibus suis bonis: & tu dicas de donatione vel quod supra dixi de testamento.

Electio hospitalarij facta per consules artis.

Per hoc publicum instrumentum cunctis pateat euidenter: Quod cum hospitale sancti Ioannis Baptistæ de Florentia ad præsens vacet rectore qui dictum hospitale, & eius bona nec non infirmos ad dictum

hospitale confluentes, & familiam res & iura dicti hospitalis regat,& gubernet: & cum electio, & præsentatio rectoris & hospitalarij d. hospitalis de iure pertineat & spectet ad consules artis Calismalæ de Florent. & ad prouisores dicti hospitalis tanquam hæredes D.Bonifacij &c.Quapropter nobiles,& prudentes viri, &c. Ponas nomina. *Consules dictæ artis vt, & tanquam patroni dicti hospitalis: Omnes simul in loco eorum solitæ residentiæ congregati. Cupientes quod dictum hospitale per prædictam vacationem nullam patiatur læsionem, aut detrimentum aliquod in spiritualibus vel temporalibus. Et diligenter meditantes ad reformationem dicti hospitalis. Considerantes vitam laudabilem, mores, honestatem, & prudentiam discreti viri D. N. in sacerdotio constituti viri quidem ætatis maturę & bonæ conditionis vitæ & famæ nec curis sæcularibus inuoluti, & apud ipsos consules & prouisores per eorum experientiam comprobati per industriam, ac digentiam, & speretur ipsum hospitale,& pauperes infirmos eiusdem bene regi,& salubriter gubernari, & pro eius gubernatione & regimine non modica suscipere incrementa:Christi & beatę Mariæ semper virginis,necnon beati Ioannis Baptistæ totiusque cœlestis curiæ paradisi nominibus, & suffragijs inuocatis: Mißo & celebrato prius inter eos solemni & secreto scrutineo ad fabas nigras & albas & obtento partito vt moris est: Ac etiam viua voce, & omni meliori modo, via,iure,causa,& forma, quibus magis & melius potuerunt,eundem D.N.licet absentem constituerũt,elegerunt,creauerunt, deputauerunt & ordinauerunt in recto-*

rectorem, gubernatorem, & administratorem dicti hospitalis & pauperum ad ipsum hospitale confluentium, & totius familię & iurium & bonorum ipsius hospitalis; Dantes & concedentes dicti consules patroni prædicti dicto N. hospitalario rectori, & gubernatori præfato, auctoritatem, potestatem, licentiam, & mandatum dictum hospitale regendi, gubernandi, & administrandi, familiam ipsius hospitalis, tam marium quam mulierum receptorum, & receptarum recipiendi ad obsequia, & seruitia pauperum infirmorum ad dictum hospitale confluentium. Ac facultates & bona omnia & singula dicti hospitalis disponendi, regendi, ac etiam recuperandi, & acceptandi omnes, & singulas obligationes, dedicationes illorum hominum & illarum mulierum qui, & quæ ad facultatem, & obsequia dictorum pauperum & infirmorum disponere voluerit, & crediderit, & pie se submiserint curæ hospitalis eiusdem. Et generaliter committentes omne regimen, & administrationem personarum & rerum temporalium hospitalis eiusdem Rogantes dictum N. sic vt præmittitur creatum, electum & ordinatum licet absentem, quatenus sibi placeat, & velit creationem, electionem, constitutionem, & deputationem de eo factam in hospitalarium rectorem & gubernatorem dicti hospitalis, vt prædicitur factas acceptare, & in prædictis suum præstare consensum: Rogantes &c.

Acceptatio & promissio hospitalarij.

Præfatus dominus N. sciens, & cognoscens ad eius notitiam deueniße constitutionem, electionem, creationem, & ordinationem suprascriptam de eo, vt

supra factam per dictos Consules ad regimen, & gubernationem dicti hospitalis, & de ipsa creatione, electione, constitutione, & ordinatione, & omnibus, & singulis suprascriptis pertinentibus ad regimen & gubernationem dicti hospitalis: Asserens se plenarie informatum: Habito super prædictis omnibus consilio, & matura deliberatione cum pluribus, & pluribus suis amicis, & notis: Intendens pro salute animæ suæ Dei pauperibus deseruire: Dei & beatæ Mariæ semper virgini, & beati Ioannis Baptistæ auxilio implorato: supra dictam creationem, electionem, constitutionem, & ordinationem de se ipso D. N. per dictos Consules vt supra factam in hospitalarium rectorem, & gubernatorem dicti hospitalis gratiose recepit, & admisit, & humiliter & deuote acceptauit. Ac etiam solemniter promisit mihi Leonardo notario infrascripto tanquam publicæ personæ recipienti, & stipulanti pro dicta arte & consulibus dictæ artis, & pro dicto hospitali: Dictum hospitale & eius pauperes infirmos, familiam, iura, res, & bona temporalia dicti hospitalis fideliter regere, & gubernare, & administrare, secundum tenorem, & formam iuris communis & constitutionum dictarum per dominum Bonifacium olim patronum & fondatorem dicti hospitalis pro regimine & gubernatione hospitalis prędicti. Rogans, &c.

Confirmatio hospitalarij per superiorem.

Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter, qualiter Reuerendus in Christo pater & dominus D. Antonius frater ordinis prædicatorum Dei, & Apostolicæ sedis gratia Archiepisc.

Floren.

Florent. Visa & audita dicta creatione, electione, constitutione, & ordinatione per dictos Consules artis Calismalę facta de dicto domino N. In hospitalarium rectorem, gubernatorem, administratorem dicti hospitalis sancti Ioannis Baptistæ de Florentia: & acceptatione postea facta per dictum dominum N. de quibus omnibus constat manu mei L. notarij infrascripti. Volens quatenus in eo est concessa auctoritas ab egregio milite domino Bonifacio olim vnico patrono et fundatore ipsius hospitalis, seu à dicta arte & consulibus eius hæredibus exequi cum effectu, omni meliori modo, via, iure, & causa quibus magis & melius potuit & potest, & ei licuit & licet, Eidem domino N. recto ri, gubernatori, & administratori prædicto præsenti, recipienti & acceptanti commisit, dedit, & concessit licentiam, potestatem & auctoritatem, & facultatem audiendi confessiones, & confitendi, & administrandi corpus Christi & alia ecclesiastica sacramenta per se vel aliũ seu alios sacerdotes, quem vel quos habere voluerit dum tamen alias sint habiles ad celebrandum secundum formam iuris canonici & cõstitutionum synodalium Archiepiscopatus Florentini omnibus, & singulis pauperibus infirmis & toti familiæ in dicto hospitali degenti quando & quotiens fuerit opportunum iuxta ritum sanctæ Romanæ ecclesiæ, Reseruato tamen dicto domino Archiepiscopo, & eius successoribus auctoritate, & potestate super præmissis quam & quas ad prædicta voluerit vt est dictum corrigẽdi, remouendi, & reformandi, prout pro vtilitate dicti hospitalis semel & pluries videbitur expedire: Et generaliter commisit eidem domino N. omnem curam

in spiritualibus in hospitali prædicto: Qui dominus N. Ad dilationem dicti domini Archiepiscopi iurauit ad sancta Dei Euangelia scripturis corporaliter manu tactis in, & super animam suam dictum hospitale in spiritualibus fideliter regere, & gubernare, & administrare familiam ipsius hospitalis, tam marium, quam mulierum, & receptorum, & receptarum, & recipiendarum ad obsequia, & seruitia pauperum infirmorum, ad dictum hospitale confluentium benigne tractare, & omnia alia facere, quæ de iure, & secundum formam constitutionum synodalium Archiepiscopatus Florentini, & dicti domini Bonifacij facere tenetur, & debet. Mandandans, &c.

Electio Abbatis per capitulum, & fratres monasterij.

Pateat omnibus euidenter, quod vacante monasterio sancti Pancratij de Florentia ordinis Vallis Vmbrosæ per mortem bonæ memoriæ Domini Matthæi Abbatis vltimi dicti monasterij, qui in suo monasterio suum diem clausit extremum eius corpore tradito sepolturæ: Conuocatis, coadunatis, & congregatis omnibus, & singulis religiosis fratribus monachis professis, & vocem in capitulo dicti monasterij habentibus de voluntate, & ad requisitionem D. Francisci de Florentia dicti ordinis Vallis Vmbrosæ senioris, & antiquioris monachi in dicto monasterio, ætate, & professione. Necnon de voluntate venerabilis patris domini Antonij Nicolai Abbatis Abbatiæ Sancti Saluij, prope Florentiam ordinis prædicti, necnon Vicarij Generalis Reuerendissimi in Christo patris

tris domini Ricciardi præsidentis dicti ordinis ad sonum campanellæ, vt moris est in capitulo dicti monasterij, vbi soliti sunt alij actus capitulary dicti monasterij solemniter celebrari, ob quam quidem conuocationem, & coadunationem interfuerunt infrascripti monachi dicti monasterij, videlicet: Ponas nomina, &c. *Omnes monachi professi, & conuentuales dicti monasterij, ecclesiæ, capituli, & conuentus S. Pancratij prædicti. Aßerentes se esse duas partes, & vltra omnium monacorum, totius capituli, & totum capitulum dicti monasterij facere, & repræsentare cum ad præsens in dicto monasterio alij monachi vocem habentes non existant, ipsisque specialiter monitis, & citatis de commissione, & mandato dicti domini Francisci antiquioris monachi in capitulo, vt ad tractandum de reformatione monasterij conuenirent per nuncium ad hoc specialiter deputatum per ipsum dominum Franciscum, & ad iurandum in manu ipsius vt constat manu mei notarij infrascripti. Attendentes ad reformationem dicti monasterij, ne propter diutinam vacationem, quæ monasterijs, & alijs pijs locis, vt iura testantur, & experientia manifestat valde solet eße damnosa, & oculis ad omnipotentem Deum conuersis, diuina gratia inspirati vnanimiter, & concorditer pro faciliori expeditione eorum nemine discrepante, quasi per diuinam inspirationem omnes vno ore, & viua, & alta, & intelligibili voce: Ad laudem, & reuerentiam, &c. elegerunt, postularunt, & nominauerunt quantum erat in eis Abbatem, & pro Abbate dicti monasterij sancti Pancratij venerabilem virum D. Bene-*

dictum Angelum Abbatem sancti Saluatoris de Fontana diœcesis Pistorien. ordinis Vallis Vmbrosę prædicti, ac iam diu expresse professum in dicto ordine, & in ætate legitima constitutum scientia, honestate, moribus, & experientia circunspectum hominem religiosissimum, ac scientia moribus, & ætate maxime commendatum, & pro ipso etiam humilissime, & instanter præsenti suprascripta Sanctiß. D. nostro D. Sixto diuina prouidentia Papæ IIII. supplicantes, per quem ipsi omnes monachi capitulum, & conuentus sperant dictum monasterium in spiritualibus, & temporalibus bene regi, & gubernari, & Deo dante in melius in prędictis gubernari. Rogantes, &c.

Electio Abbatissæ.

Reuerendus Dominus Sebastianus Med. Reuerendissimi D. Domini Archiepiscopi Florentini generalis Vicarius, sub die suprascripto accessit ad monasterium monialium Sancti, &c. gubernio, & regimine carentium propter obitum Reuerendæ matris sororis, &c. nuper defunctæ, & apud fenestellas parlaturis dicti monasterij sedens euocari fecit eo omnes moniales velatas, & vocales dicti monasterij pro creatione, & electione nouæ Abbatissæ, quibus coadunatis ab interiori parte, & in loco vbi solent capitulariter congregari, idem Reuerendus Dominus vicarius verba fecit quibus ipse illis pro viribus suis fit, vt eam personam ad illud officium eligerent, quæ probitate, prudentia, industria, & in rebus gerendis experientia cæteris monialibus ancelleret, illisque mandauit, vt vnaquæque ipsarum ad ipsum locum seriatim, & seorsum accederet eius votum illi moniali præstitum, quæ sibi

bi ad huiusmodi officium magis idonea videretur, prout qualibet ipsarum mandatis dicti Domini Vicarij obediens seorsum venit, & eius votum præstitit, quod fuit a me notario (iubente præfato Domino Vicario) exceptum, & descriptum: Quibus peractis, & comperto venerabilem sororem, &c. cum suis votis, & sibi ab alijs monialibus, vel aliquibus earum præstitis aliorum vota excedere præfatæ moniales in dicto loco capitulariter congregatæ in earum, & dicti monasterij Abbatissam in præsentia dicti Reuerendi Domini Vicarij omni meliori modo, &c. vnanimiter elegerunt, nominauerunt, & deputauerunt, &c. dictam venerabilem sororem, &c. ibidem præsentem, & onus dicti officij in se sponte suscipientem, & acceptantem ad triennium ab hodie proxime futurum, & non vltra, duraturam, quam electionem, nominationem, & deputationem idem ipse Dominus Vicarius approbauit, & confirmauit omni meliori modo, &c. ipsamque sororem, &c. per immissionem, & traditionẽ annuli, libri regulæ dicti ordinis, et clauium ostiorum dicti monasterij in eius manibus prædicto officio inuestiuit. Mandans dictis monialibus præsentibus, audientibus, & intelligentibus, vt debitam illi redderent obedientiam: Quibus omnibus, & singulis idem Dominus Vicarius sui Vicariatus officij auctoritatem interposuit pariter, & decretum, iubens mihi notario, vt super his omnibus publicum conficerem instrumentum, &c.

Instrumen-

Instrumentum mutui cum obligatione in forma camerę Apostolicæ.

In Dei nomine amen. Anno &c. die &c. Pontificatus &c. & Serenissimo &c.

Per hoc præsens publicum instrumentum pateat omnibus euidenter, & sit notum qualiter in mea notarij publici, &c. præsentia personaliter constitutus honorabilis vir dominus A. ex certa eius scientia & libera voluntate &c. pro se, suisq; hæredibus, & successoribus recognouit, & publice confessus fuit se esse verum, & legitimum debitorem Mag. domini B. ibidem præsentis, & pro se, suisque heredibus, & successoribus recipientis, & legitime stipulantis in & de summa, & quantitate ducatorum centum auri per ipsum dominum B. ipsi A. gratuito, & amicabiliter mutuatorum, & in prompta, & numerata pecunia et solutorum &c. Renuncians dictus dominus A. exceptioni dictorum scutorum centum non habitorum neque acceptorum, ac ipsi futuræ numerationis, & receptionis eorundem, quos scutos centum ipse dominus A. promisit &c. ipsi domino B. præsenti recipienti, & stipulanti eidem soluere &c. infra tempus & terminum annorum &c. Florentiæ Romæ & vbique &c. sine vlla exceptione, contradictione, & appositione: Pro quibus omnibus, & singulis præmissis sic tenendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis idem dominus A. debitor se ipsum eiusque hæredes & successores quoscunque, ac omnia, & singula sua & ipsorum hæredum, & successorum suorum bona præsentia, & futura sibi quomodolibet competentia eidem do-

domino B. præsenti, & pro se, & suis hæredibus, & successoribus stipulanti & recipienti. Vel dicas si abest: *Absenti, & mihi notario publico infrascripto tanquam publicæ, & authenticæ personę vice, & nomine dicti domini B. & omnium aliorum interesse habentium, & habiturorum solemniter stipulanti, & recipienti in meliori & ampliori forma cameræ Apostolicæ solemniter obligauit & hypothecauit, necnon seipsum, suosque hæredes, & successores prædictos ac prædicta bona iurisdictioni, compulsioni, condemnationi, sententijs, iuribus, & censuris, ac mero examini D. N. Papæ, ipsiusque camerarij, nec non curiæ causarum cameræ Apostolicæ generalis auditoris, ipsiusque viceauditoris, locumtenentis, & commissarij, & alterius eorundem, & per pactum expressum solemni stipulatione vallatum omnium aliarum curiarum ecclesiasticarum, & sæcularium vbilibet constitutarum in qua seu quibus hoc publicum instrumentum exhiberi, seu produci contigerit & dictum debitum petitum fuerit, propterea totaliter subiecit, & submisit. Per quarum quidem curiarum iudices, & officiales, auditores, vice auditores, seu locatenentes earundem præfatus dominus A. debitor voluit posse conueniri, cogi, compelli, coarctari, condemnari, excommunicari, aggrauari, reaggrauari, ac realiter, & personaliter capi, detineri, & cum inuocatione auxilij brachij sæcularis vsque ad integram solutionem dictorum scutorum centum auri, ac damnorum, & expensarum, & interesse, ac alias ad omnium, & singulorum præmissorum paritionem & complementum, ita quod incohato iudicio coram vno ex iudicibus antedictis con*

tra

tra præfatum D. A. licet prænominato domino B. creditori, aut eius legitimo procuratori coram alio siue alijs iudicibus liberum habere recursum vsque ad integram obseruationem omnium, & singulorum in præsenti instrumento contentorum, nullum propter hoc ipsi domino B. creditori, aut suis præiudicium generando.

Præterea ipse dominus A. debitor in præmissis omnibus & singulis exceptioni doli, mali, vis, metus, fraudis in factum actioni, conditioni, indebiti, ob causam sine causa, ob iniustam causam, vel turpem, nec non dictorum scutorum centum, non habitorum non numeratorum, & non receptorum, non sic celebrati contractus, rei non sic gestæ, aut aliter fuisse dictum, quam scriptum, siue recitatum, & econtra, nec non priuilegijs fori, ferijs messium, & vindemiarum, omni tempore feriato quadrimestre beneficio cessionis omnium bonorum, & dilationis quinquennalis petitionis, & libelli oblationi, ac simplicis petitionis, beneficio nouę constitutionis de pluribus reis debendis, epistolæ diui Adriani, capituli Odoardi de solutionibus, & capituli peruenit, prouocationis, & appellationis remedio, copiæ præsentis instrumenti siue eius notæ nō habitæ per modum actorum & recursus ad arbitrium boni viri, ac vtriusque iuris auxilijs, & quibuscunque alijs constitutionibus, & statutis Papalibus, Imperialibus, Regijs, localibus, & temporalibus à iure, vel ab homine æditis, ac ædendis in genere, vel in specie concessis, et concedendis, omnibusque, & singulis alijs exceptionibus, iuribus, & defensionibus, quibus mediantibus contra præmissa, vel aliquod præmissorum

dicere, facere, opponere, vel venire posset, aut se modo aliquo defendere, vel tueri, de iure, vel de facto, & præsertim iuri dicenti generalem renunciationem non valere, & non sufficere, nisi præcesserit specialis, ac iuri dicenti coram non suo iudice forum posse declinari, ac iuri dicenti, vbi cæptum est iudicium ibi finem recipere debet ex certa scientia, & non per errorem aliquem solemni stipulatione interueniente expresse (vt præmissis renunciauit.) Et ibidem incontinenti ad maiorem firmitatem, & cautelam, ac securitatem omnium, & singulorum præmissorum, idem D. A. debitor omnibus melioribus modo, via, &c. fecit constituit, &c. suos viros, certos, &c. ac irreuocabiles procuratores, actores, &c. prouidos viros A. C. & D. in Romana curia causarum procuratores, necnon Dominos E. F. G. & H. dictæ curiæ cameræ Apostolicæ notarios ac omnes, & singulos procuratores, & notarios, tam Romanæ, quam aliarum curiarum ecclesiasticarum, & sæcularium vbilibet constitutarum nunc, & pro tempore existentes, quorum nomina, & cognomina voluit hic haberi pro sufficienter expressis absentes, tanquam præsentes, & quemlibet eorum insolidum, ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod vnus eorum incœperit, alter eorundem id prosequi valeat mediare, terminare pariter, & finire, videlicet, ad comparendum pro ipso Domino A. constituente, & eius nomine omni tempore, die, & hora feriatis, & non feriatis, tam ante terminum, quam in ipso termino, & post ipsum terminum solutionis debiti antedicti, aut alias vbi quando, & quoties dicto Domino

B. cre-

B. creditori, aut eius legitimo procuratori placuerit, & visum fuerit expedire coram dicto D. Camerario, auditore, viceauditore, seu locumtenenti eorundem iudicibus, officialibus ordinarijs, extraordinarijs, delegatis, subdelegatis, & commissarijs quarumcunque curiarum prædictarum, aut eorundem altero debitum, siue depositum centum ducatorum auri, de camera prædictum semel, vel pluries confitendum, & recognoscendum, & propterea dictum Dominum A. constituentem, ac bona prædicta iuribus, censuris, coertionibus, ac compulsionibus dictarum curiarum, & cuiuslibet ipsarum submittendum, ac ad petendum & recipiendum, dicti Domini constituentis nomine, omne præceptum, omnemq; monitionem, condemnationem, sententiam, & mandatum, quod, & quam dicti Domini Camerarius, auditor, viceauditor, locumtenens, officiales, & commissarij contra ipsum Dominum constituentem occasione præmissorum facere, & ferre voluerint, ac eis sponte acquiescendum, & ad consentiendum, quod dicti Domini Camerarius, auditor, viceauditor, locumtenens, officiales, & commissarij, ac quilibet ipsorum in ipsum Dominum constituentem pręmissorum occasione excõmunicationis, & aliã quam voluerint sententiam ferant, & promulgent, aliosque processus reales, & personales faciant, & decernant, quos voluerint, & dicto Domino B. creditori visum fuerit expedire. Et generaliter ad omnia, & singula alia faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quę in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna, et quæ ipsemet D. constituens faceret, seu facere posset, si præ-

si præmissis omnibus, & singulis præsens, & personaliter interesset etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, & maiora essent, quam præsentibus est expreßum: Promittens idem D. constituens eidem D. B. creditori, vt suprastipulanti, ac mihi notario publico, tanquam publicæ, & autenticæ personæ solemniter stipulanti, & recipienti pro omnibus, & singulis interesse habentibus, & quomodolibet in futurum se habituris ratum, gratum, atque firmum perpetuo habiturum totum id, & quicquid per dictos suos procuratores, vel aliquem ipsorum actum, dictũ, factum, gestum, procuratumue fuerit in præmissis, siue aliquo præmißorum: Releuans nihilominus, & releuare volens eosdem procuratores, et eorum quemlibet ab omni onere satisdandi, iudicioque sisti, & iudicatum solui, cum omnibus, & singulis clausulis neceßarijs, et opportunis: Sub hypotheca, & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum præsentium, & futurorum, ac sub omni iuris, & facti renunciatione adhæc necessaria pariter, & cautela. Pro quorum omnium, & singulorum roboratione, & firmiori cautela dictus Dominus A. debitor in manibus meis notarij infrascripti, tactis per eum scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei Euangelia iurauit, & dixit, ac promisit dictos suos procuratores, aut aliquem ipsorum casu aliquo non reuocare, aut reuocari facere velle, sed eos, & eorum quemlibet manutenere, & conseruare in dicto procurationis officio, & exercitio, donec, & quousque prædicta omnia, & singula per se, & d. suos procuratores, & eorũ quẽlibet fuerint plenarie obseruata, & contra ea, vel eorũ aliqđ, & generaliter cõtra omnia,

omnia, & singula in præsenti instrumento contenta non facere, dicere, venire, vel per se, vel alium, seu alios de iure, vel de facto vllo vnquam tempore in iudicio, vel extra directe, vel indirecte, tacite, vel expresse, quouis quæsito colore, nec aliquem absolutionem a iuramento huiusmodi, vel aliud quodcunque rescriptum, etiam dilationis, vel moratoriæ, aut beneficij alternatiuę, vel capituli Odoardus, *seu peruenit, impetrare, seu impetrari facere, per se, vel alium, seu alios, impetratisque, vel impetrandis etiam motu proprio concessis, & concedendis non vti, per quæ contra præmissa, vel præmissorum aliquod dicere, facere, vel venire posset, aut se opponere valeret quomodolibet, vel tueri, sub pœna periurij, quam ipso facto incurrere voluit, & sub alijs pœnis, & obligationibus superius expressis. De, & super quibus omnibus, & singulis, &c. Acta fuerunt hæc, &c. præsentibus testibus, &c.*

Vel dic breuius quo ad ipsam obligationem in forma cameræ Apostolicæ.

Pro quibus omnibus, & singulis, sic vt præmittitur tenendis complendis, & inuiolabiliter obseruandis dictus Dominus N. seipsum, suosq; hæredes, & successores quoscunque, ac sua, & illorum bona omnia præsentia, & futura in ampliori forma cameræ Apostolicę cum promissionibus, submissionibus renunciationibus, pœnis clausulis, & cautelis in eadem obligatione in ampliori forma cameræ Apostolicæ apponi extendi solitis, & consuetis latissime iuxta stilum curiæ Rom. Domini Auditoris eiusdem cameræ quandocunque extendendis obligauit, & hypothecauit, renunciando

nunciando cuicunque appellationi,reclamationi,& recursui per quem exequutio huiusmodi instrumenti retardari, seu quomodolibet suspendi posset,& ita tactis corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euãgelia iurauit, &c. Super quibus omnibus,& singulis, &c.Rogauit,&c.

Tractatus fieri soliti a capitulis monasteriorum in venditionibus, & in alijs alienationibus bonorum immobilium eorundem monasteriorum.

Primus Tractatus.

In Dei nomine Amen. Pateat omnibus euidenter qualiter Anno a Dominica incarnatione M.&c.Indictione,&c. Die vero,&c. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris,& Domini nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ decimitertij,Anno &c. & Serenissimo Francisco Medice Dei gratia Etruriæ Magno Duce dominante.

In mea notarij publici,testiumque infrascriptorum ad hęc specialiter vocatorum, & rogatorum præsentia capitulariter conuocatæ, & congregatæ venerabiles moniales professæ,& velatæ monasterij S.N.ordinis,&c.in loco vbi capitulariter congregari solent, videlicet apud fenestellas parlatorij dictarum monialium de mandato, & ad requisitionem infrascriptæ Abbattissæ ad sonitum campanulæ capitularis dicti monasterij,& seruatis seruandis secundum earum ritum,& consuetudinem: Quarum sic congregratarum Abbatissæ,& monialium nomina sunt hæc, videlicet.
Ponantur nomina Abbatissæ, & monialium, vel dicas: *Quarum nomina in fine præsentis instrumenti*

 descri-

describentur, & deinde. Pone nomina prædicta in fine instrumenti: Præponendo dictis nominibus hęc verba, videlicet: *Nomina vero dictarum monialium sunt ista, videlicet. Omnes moniales velatæ, & professæ dicti monasterij, & vocem in capitulo illius habentes: Asserentes se esse duas partes, & vltra omnium monialium professarum monasterij prædicti, & vocem in capitulo eiusdem habentium, & se repræsentare vniuersum capitulum, & in eis sic coadunatis consistere omnimodam auctoritatem, facultatem, & potestatem quecunque pro dicto monasterio faciendi: Quibus monialibus capitulariter vt præmittitur congregatis Reuerenda mater soror N. Abbatissa alta, & intelligibili voce, ita, vt ab his omnibus verisimiliter audiri poterat, & vt asseruerunt audiebatur, vulgari sermone dixit, & exposuit: Quod dictum earum monasterium magna indiget reparatione, prout ex inspectione illius cognosci potest, dixit insuper, quod illud multis debitis pro earum substentatione, & alimentis hactenus contractis, est oneratum, ita quod ipsæ non valent eiusmodi reparationes facere, aut dicta earum debita persoluere, nisi per alienationem aliquorum bonorum immobilium dicti monasterij, eiq; minus vtilium, cum redditus, & prouentus dicti monasterij sint adeo tenues, quod ipsæ non possint ex eis sese cõmode substentare, & quod inter cætera bona eidem monasterio minus vtilia, & potius quam alia alienanda sunt hæc videlicet: Vnum prædium, &c.* Ponas bona, & confines bonorum, & redde causas, quare sunt minus vtilia monasterio. *Et propterea præfata Reuerenda mater*

ter

ter Abbatissa prædictas suas moniales, vt præmittitur congregata instantes requisiuit, illisque imposuit, vt super prædictis ad inuicem inter se conferrent pro primo tractatu, & demum ei responderent, an sibi vtile, & necessarium videatur prædium, & bona prædicta, vel potius aliqua alia dicti monasterij bona vendere, & alienare: Quæ quidem moniales, vt præfertur, congregatæ, & coadunatæ præmissa omnia, & singula inter se longiusculis sermonibus conferentes tandem post debitum colloquium, & tractatum super præmissis inuicem habitum vnanimiter, & in concordia pro primo tractatu deliberauerunt, & deliberate responderunt se optime nosse, quanta prædictum monasteriũ reparatione indigeat, quantisque debitis grauatum, & oneratum existat, & quod bona supra descripta, & designata per dictam Abbatissam sunt eis minus vtilia, quam alia quæcunque bona dicti monasterij rationibus suprascriptis, & propterea sibi placere pro euidenti vtilitate, seu potius commoditate, ac necessitate dicti monasterij, quod venditio, & alienatio prædij, & bonorum suprascriptorum fiat cuicunque illa emere volenti, & meliorem conditionem illis offerenti, de, & super quibus omnibus, & singulis Abbatissa, & moniales prædictæ rogauerunt me. N. notarium infra scriptum, vt publicum conficerem instrumentum, & instrumenta vnum, seu plura.

Acta fuerunt præmissa omnia, & singula in loco suprascripto sub Anno, Indictione, Die, Mense, & Pontificatu, suprascriptis præsentibus testibus, &c.

Secundus Tractatus.

Item postea eisdem Anno, Indictione, Die, Pontificatu, & Dominatu.

Pateat omnibus euidenter, & sit notum qualiter eadem Reuerenda mater soror A. Abbatissa supradicti monasterij iterauit prædicta omnia in præcedenti primo tractatu contenta, & per eam dictis supra nominatis monialibus iterum ad eius requisitionem ad capitulum conuocatis, & infrascripto loco capitulariter congregatis audientibus, & intelligentibus alta, & intelligibili voce, ita vt ab omnibus verisimiliter audiri, & intelligi poterat, & ea de nouo repetijt per æquipollentia verba in effectu præmisso illas requirens, illisque iniungens, & mandans, vt pro secundo tractatu inuicem iterum super præmissis consultarent, & colloquerentur, & quid faciendum in præmissis esse censerent pro secundo tractatu deliberatione responderent: Quæ omnes moniales superius nominatæ, & vt supra dicitur congregatæ, iterum prædicta omnia animis reuoluentes, & exinde mutuis sermonibus super prædictis inter se conferentes tandem post longam consultationem inter se habitam super prędictis vnanimiter, et nemine earum discrepante concluserunt, & pro secundo tractatu ipsi Reuerendæ Abbatissæ responderunt eis placere, quod suprascripta per eas in primo tractatu deliberata pro euidenti earum, & d. sui monasterij vtilitate, & necessitate debitæ executioni mandentur eo modo, & forma, ac in omnibus, & per omnia, prout, & sicut in suprascripto primo tractatu continetur. Rogantes me notarium, &c. Acta fuerunt, &c. præsentibus ibidem supranominatis testibus, &c.

Tertius

Item postea eisdem Anno, Indictione, Die, Pontificatu, ac Dominatu, & in loco suprascripto.

Pateat insuper omnibus, qualiter supranominata Reuerenda mater Abbatissa volens ad prædictorum expeditionem, quantum in ea est, deuenire, prænominatis monialibus monasterij prædicti, iterum, & tertio de eius mandato capitulariter congregatis ad sonitum campanulæ capitularis, & seruatis seruandis secundum earum ritum, & consuetudinem in eodem loco audientibus, & intelligentibus prædicta omnia, seu eorum totalem, effectum, per similia verba pro tertio tractatu alta, & intelligibili voce proposuit, repetijt, & narrauit, illasque instanter requisiuit, vt super prædictis omnibus diutius, & maturius cogitarent, & illa inter se conferrent, & demum vt quid de, & super his sibi faciendum esse videretur pro tertio, & vltimo tractatu deliberate responderent ipsis audientibus imposuit, & mandauit. Præfatæ vero moniales omnes sic, vt præmittitur cōgregatæ, requisitæ, & monitæ volentes dictæ Abbatissæ mandatis parere, super omnibus, & singulis suprascriptis iterum, & tertio longioribus sermonibus, collocutionibus, & consuetudinibus inuicem habitis tandem vnanimiter, & concorditer, & nulla earum dissentiente deliberauerunt, & deliberate responderunt pro tertio tractatu sibi omnino placere, quod pro dicta vrgenti necessitate, & euidenti vtilitate prædicti earum monasterij suprascripta omnia in primo tractatu inter eas celebrato contenta fiant, & executioni debitæ mandentur in omnibus, & per omnia, prout in eodem primo tractatu continetur, &

ſcriptum eſt. Qua reſponſione, & deliberatione ſic facta præfatæ dominæ Abbatiſſa, & moniales volentes ea omnia, quæ inter eas deliberata fuerunt debitæ executioni mandari pro euidenti earum, & dicti earum monaſterij vtilitate, ac neceſſitate: Aſſerentes infraſcripta omnia legitime agere poſſe, omniaque, & ſingula quæ ſupra infraſcripto primo tractatu dixerunt, & aſſeruerunt vera eſſe. Propterea his tribus debitis, & de iure requiſitis præcedentibus tractatibus per debita temporum interualla inter eas rite, & ſolemniter celebratis nomine dicti monaſterij, & pro ſe, & ſuis in eo ſucceſſoribus iure proprio, & in perpetuum, ſaluo tamen, & reſeruato ſanctæ ſedis Apoſtolicæ beneplacito, & aſſenſu impetrando intra terminum &c. ab hodie omnibus impenſis infraſcripti emptoris, & non aliter, neq; alio modo, omnibuſque modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus potuerunt validioribus, & efficacioribus eiſdemque licuis, & licet dederunt, vendiderunt, tradiderunt, & titulo venditionis conceſſerunt Nobili viro P. ibidem præſenti, & pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus & illo, vel illis, cui, vel quibus ſua iura ceſſerit ementi, recipienti, & ſtipulanti: Vnum prædium, &c. Specificabis bona vendita locum vbi conſiſtunt, & ſines eorum. *Ad habendum tenendum, & poſſidendum, & quicquid dicto emptori, ſuiſque hæredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cũ omnib. & ſingulis, quæ d. bona vendita habent ſuper ſe, infra ſe, & intra ſe in integrum & cum omnib. & ſingulis introitib. exitib. neceſſitatib. et egreſſibus eorundem bonorum, vſq; in vias publicas: Et cum omnib. iuribus, vſibus, ſeruitutibus, pertinentijs,*

tijs actionibus, et requisitionibus dictis bonis venditis, & cuicunq; eorum parti, ac monialibus, & eorum monasterio, in, de, vel super dictis bonis venditis, aut aliqua eorum parte quouis modo pertinentibus, & spectantibus: Quod prædium, & quæ bona vendita præfatæ moniales venditrices constituerunt se præcario iure, vice, & nomine dicti emptoris, & aliorum pro quibus emit, & pro eo, vel eis tenere, & possidere donec, & quosque præfatus emptor, vel sui hæredes illorum possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi, &c. dederint ipsi emptori, &c. liberam, & omnimodam facultatem, &c. & ex titulo, & causa venditionis prædictæ cesserunt, conceßerunt, & transtulerunt dicto, & in dictũ emptorem præsentem, &c. oĩa, & singula iura, &c. constituentes eundem emptorem præsentem, & vt supra recipientẽ procuratorem, & Dominũ, vt in rem suã, ponentesq; illum in locum, & vniuersum ius dictarum venditricum, & dicti earum monasterij, quoad prædicta bona vendita, ita quod præfatus emptor, & sui hæredes, & alij quicunque, &c. possint, & valeant dictis iuribus vti, &c. & oĩa, et singula alia facere, quæ, & prout facere poterant dictæ venditrices ante præsentem venditionem, &c. promiseruntq; dicto emptori præsenti, &c. dictum prædiũ, & bona vendita non molestare, &c. neq; illud, & illa molestanti, vel molestantibus consentire, sed ea defendere, &c. ab omni persona, &c. & in effectu promiserunt, &c. ipsi emptori præsenti, & defensionem generalem, & generalissimã prædij, et bonorũ suprascriptorum vẽditorũ, & in casu euictionis infrascripti precij restitutionem cum pœna dupli, damnis, expensis, &

intereſſe, litis, & extra, latiſſime, & ſecundum ampliorem ſtilum notariorum publicorum ciuitatis Florentiæ, extendendum, &c. Hanc autem venditionem, & iurium ceſſionem fecerunt dictæ moniales pro precio ſcutorum quingentorum auri: Quod precium dictę partes aſſeruerunt tranſcendere verum valorem dicti prædij conuertendum in neceſſariam inſtaurationem, & reparationem dicti monaſterij, & in ſolutionem debitorum per dictas moniales cum varijs perſonis contractorum pro earum ſubſtentatione, & pro coemendis rebus earum victui, & alimentis neceſſarijs: Quos ſcutos quingentos præfatus emptor in præſentia mei notarij, & teſtium infraſcriptorum actualiter ſoluit, & numerauit ipſis monialibus, vt ſupra congregatis, præſentibus, & ad ſe trahentibus in prompta, ac præſenti pecunia dictam ſummam ſcutorum quingentorum conſtituenti, & quos dictæ moniales a dicto emptore habuerunt, & receperunt, vocantes ſe ab eo præſente, &c. de dictis ſcutis quingentis, ac de precio prædicto bene, & integraliter ſolutos, &c. eoſque immediate depoſuerunt penes N. in depoſitarium prædictæ ſummæ, tanquam perſonam fide, & facultatibus idoneam a dictis partibus, & de ipſarum communi concordia electum, & deputatum pro conuerſione prædicta modo, & forma ſupraſcriptis facienda ad mandata Reuerendorum Dominorum commiſſariorum a ſede Apoſtolica ſuper confirmatione præſentis inſtrumenti deputatorum, vel deputandorum, & ad integram gabellam dicti emptoris, a qua promiſit prædictas moniales indemnes, & penitus ſine damno releuare, & conſeruare.

seruare. Præterea dictæ moniales vt supra congregatæ citra reuocationem suorum procuratorum &c. fecerunt constituerunt &c. earum & dicti monasterij verum procuratorem &c. prudentem virum D. &c. licet absentem, &c. specialiter & expresse ad impetrandum quascunque literas à sede Apostolica super confirmatione præsentis instrumenti, & illas quibuscunque D. commissarijs ab ea deputatis præsentandum bona coram illis specificandum ponendum & articulandum testes ad probandum euidentem vtilitatem, et necessitatem dicti monasterij coram illis inducendum, iurandum, & examinari petendum & faciendum & quæcunque instrumenta, & iura pro verificatione contentorum in dictis literis Apostolicis coram eis producendum, & demum ad petendum, & obtinendum confirmationem præsentis instrumenti, & dictarum literarum finalem executionem, & ad faciendum in præmissis, & circa præmissa omnia necessaria, requisita, & opportuna cum clausulis solitis & consuetis, quæ omnia, & singula suprascrita promiserunt dictæ partes sibi inuicem, & vicissim attendere, &c. sub pœna dupl. &c. quæ pœna &c. qua pœna, &c. pro quibus &c. obligauerunt &c. videlicet dictæ montales se ipsas & dictum earum monasterium & suas in eo successores, omniaque & singula dicti monasterij bona præsentia et futura ipse vero T. emptor obligauit &c. se & suos heredes, & subceßores, suaque bona omnia &c. renunciauerunt &c. quibus præsentibus &c. præcepi per guarantigiam &c Rogantes &c.

Nomina vero dictarum monalium sunt hæc videlicet dicta Reuerenda mater soror M. Abbatissa dicti mo-

cti monasterij. Describantur hic nomina Abbatissæ, & monialium. *Acta fuerunt hæc in parlatorio dictarum monialium, & apud fenestellas illius, in quo loco dictæ moniales congregari solent, & apud quas ipse capitulanter congregatæ erant præsentibus ibidem prouidis viris, &c.*

Si oportebit extendere clausulas cæteratas, & abbreuiatas, extende illas iuxta formam instrumenti publici venditionis plenissimæ, quę constat ad cartas, &c. libri huius.

Aduerte, quod licet in instrumentis venditionum, & alienationum bonorum monasteriorum pro eorum validitate fieri debeant tres tractatus, tamen hodie vsus inualuit, quod non describantur, & non apponantur in dictis instrumentis, sed solum dicantur hæc verba, videlicet.

Quæ asserentes esse duas tertias partes, & vltra, &c. & repræsentare vniuersum capitulum, &c. & in illis sic congregatis esse positam omnimodam facultatem, & potestatem &c. & vna conuenisse ad infra scripta negocia pro dicto earum monasterio vtiliter peragendum, & super illis cum debita maturitate inter se collocatas fuisse consultauisse, & ter tractauisse. Hisq; tribus debitis, & de iure requisitis præcedentibus tractatibus per debita temporum interualla inter eas rite, & solemniter celebratis, &c. nomine dicti earum monasterij, & per se, & suas in eo successores, &c. iure proprio, & in perpetuum, & omni meliori modo, &c. dederunt, vendiderunt, &c.

Sequere alias clausulas iuxta formam præcedentis instrumenti venditionis.

Forma

Forma processus cõfirmationis instrumenti venditionis, & alienationis bonorum ecclesiasticorum Apostolica auctoritate factæ.

In Dei nomine Amen. Vniuersis, & singulis præsentis publici instrumẽti processus, siue registri, paginã, ac seriẽ inspecturis, visuris, lecturis, & audituris pateat euidẽter, & sit notũ, quod Anno a Dominica Incarnatione, M. &c. Indictione, &c. Die vero, &c. Mensis, &c. Pontificatus, &c. & S. Francisco Medice, &c.

Coram Reuerẽdis Domino B. &c. & D. &c. in hac parte, negocioq; infrascripto iudicib. & commissarijs a sede Apostolica specialiter deputatis, & coram me notario publico, & testibus infrascriptis in loco infrascripto præsentes, & personaliter constituti Egregius vir P. &c. principalis in infrascriptis literis Apost. principaliter nominatus, & F. &c procurator, & eo nomine, seu nominib. venerabiliũ Abbatissæ, & monialium monasterij S. &c. prout de suæ procurationis mãdato ad infrascripta constat, & apparet in fine infrascripti publici instrumẽti vẽditionis, rogato a, &c. & de eo legitime fidẽ fecit, et dicto ꝓcuratorio noĩe quasdã literas Apost. prælibati S. D. N. Papæ in pergameno scriptas eiusq; vera bulla plũbea in filo canabis more Ro. cur. impendenti munitas. Datas Romæ apud S. Petrũ Anno Incarn. Dominicę &c. sanas quidem, & integras, oĩq; prorsus vitio, et suspicione carẽtes, vt in eis prima facie apparebat, illas præfatis R. D. Iudicib. & cõmissarijs Apost. actualiter verbo, & facto humiliter ꝑsentauerũt tenoris, & cõtinẽtes ĩferius ĩsertorũ. Petẽtes dictis respectiue noĩbus per eosdẽ Dominos,

Iudices & commissarios Apostolicos ad illarum executionem coniunctim procedi iuxta illarum vim formam continentiam, & tenorem offerentesque se dictis respectiue nominibus paratos omnia, & singula facere ad quæ tenentur pro illarum executione obtinenda quas quidem literas prælibati D. Iudices & commissarij Apostolici qua decuit & decet reuerentia receperunt, aperuerunt & perlegerunt, ipsisque receptis apertis, & perlectis obtulerunt se paratos illas exequi, & Apostolicis parere mandatis, vt tenentur, & pro vlteriori eiusmodi literarum exequutione eas mihi B. notario publico infrascripto quem in huiusmodi exequutionis & negocij scribam coram se elegerunt, & deputauerunt tradiderunt fideliter describendas & registrandas, mandantes, & committentes mihi, vt tam dictas literas Apostolicas quam omnia & singula alia quæ illarum vigore conscribenda occurrerint in actis meis publicis, ac præsentis exequutionis registro fideliter scriberem, & registrarem aut per alium mihi fidum scribi & registrari facerem & curarem. Acta fuerunt hæc Florentię &c. præsentibus testibus &c.

Tenor vero dictarum literarum Apostolicarum ipsis D. Iudicibus supra præsentatarum sequitur & est talis videlicet.

Hic apponi debent literæ Apostolicę.

Postea vero die &c. Comparuerunt coram supra nominatis D. &c. Iudicibus & commissarijs Apostolicis vt & vbi supra pro tribunali sedentibus dicti P. principalis, & F. procurator prædictus dicto nomine siue nominibus, & coram dictis D. Iudicibus, & com-

commiſſarijs Apoſtolicis dixerunt & expoſuerunt, quod inter alia bona ſtabilia ad ipſum monaſterium ſancti &c. ſpectantia fuerunt & ſunt infraſcripta videlicet vnum prædium &c. Hic debent ſpecificari bona, & locus vbi conſiſtunt, ac fines eorum. *Et quod dictum prædium eſt diſtans ab alijs bonis dicti monaſterij & terræ illius ſunt debiles macræ, & modici fructus & quod ipſum prædium eſt minus vtile dicto monaſterio, quod cætera illius bona, præterea dixerunt & expoſuerunt quod dictum monaſterium ſancti &c. maxima indiget reparatione, & inſtauratione, quàm ipſæ moniales facere non poſſunt ex earum introitibus cum illi non ſuppetant dictis monialibus victum neceſſarium pro earum ſubſtentatione, & quod dictæ moniales pro earum neceſſitatibus vrgentibus contrahere coactę fuerunt & contraxerunt varia debita quibus ſatisfacere non poterant niſi per alienationem prédij & bonorum ſupraſcriptorum. quæ fuerunt ab eis vendita dicto P. pluris quam valerent qui ea tanti emit ob commoditatem, ac vicinitatem dictorum bonorum emptorum alijs bonis dicti emptoris, & vt prędicta clarius & magis euidenter præfatis D. Iudicibus & commiſſarijs Apoſtolicis conſtent & appareant coram illis exhibuerunt & produxerunt quandam paginam, ſeu cedulam certas ſuas poſitiones, & articulos in ſe continentem dicentes, ponentes, & articulantes, prout in eis quorum tenor ſequitur & eſt talis videlicet.* Hic apponi debent poſitiones & articuli. *Et ad probationem dictorum articulorum & contentorum in illis coram dictis D. Iudicibus, & commiſſarijs Apoſtolicis induxerunt &*

produ-

produxerunt infrascriptos testes, &c. Apponantur nomina testium.

Quos, & eorum quemlibet per dictos Dominos Iudices, & commissarios Apostolicos recipi, moneri, & ad iurandum admitti, & demum diligenter interrogari, & examinari super dictis articulis, ac materijs articulatis, & super his omnibus, & singulis, super quibus eos interrogari, & examinari opus fuerit, vt moris est ac stili cum omni debita instantia postularunt.

Et dicti Domini Iudices, & commissarij Apostolici, vt & vbi supra pro tribunali sedentes præfatis P. Principali, & F. procuratore prædicto dicto nomine, seu nominibus, vt supra instantibus, & petentibus supranominatos testes præsentes, audientes, & intelligentes, monuerunt, vt statim iurarent, & quilibet eorum iuraret, dicere, ferre, & perhibere veritati testimonium super dictis articulis, & contentis in eis, & super literis Apostolicis antedictis, & super his omnibus, super quibus eos, & quemlibet eorum interrogari, & examinari contigerit, & interrogabuntur, & examinabuntur remotis ab eis, & eorum quolibet odio, amore, timore, prece, precio, & qualibet alia humana gratia, siue affectu.

Ipsi vero testes volentes tanquam obedientiæ filij dictorum Dominorum Iudicum, & commissariorum Apostolicorum parere mandatis ad eorum delationem, & in manibus ipsorum iurauerunt, & quilibet ipsorum iurauit ad sancta Dei Euangelia scripturis sacrosanctis per eos, & eorum quemlibet corporaliter manu tactis, se puram, & meram quam sciuerint dicturos, & perhibituros esse veritatem, tam super dictis

ctis articulis, & contentis in illis, quam super omnibus, & singulis alijs, super quibus eos, & quemlibet eorum interrogari,& examinari contigerit, & interrogabuntur, & examinabuntur omni animi passione, atque humano affectu spoliatos.

Post cuius quidem iuramenti præstationem ipsi Reuerendi D. Iudices, & commissarij Apostolici supranominatos testes seorsum secreto,& sigillum examinauerunt,& ipsi testes, & quilibet eorum seorsum eorũ dicta, & attestationes deposuerunt coram me notario publico supra,& infrascripto illas adnotante,& excipiente sub infrascripta die: Quorum depositionum tenor de verbo ad verbũ sequitur,& est talis, videlicet.
Ponantur dicta,& depositiones testium.

Item postea, Die,&c. Comparuerunt coram dictis D. Iudicib. & commißarijs Apost. vt & vbi supra pro tribunali sedentib. ipse P. principalis prædictus, & dictus F. procurator prędictus,& dicto nomine: et corã eis reperierunt,& reproduxerunt literas Apost. illis ab eis superius præsentatas d. instrumentum publicum venditionis, de quo in d. literis fit mentio superius exhibitum, mandatumq; in d. instrumento insertum positiones & articulos dictarum partium, testes,& eorũ dicta,& depositiones oĩaq;,& singula acta,& actitata, facta,& gesta in præsenti negocio, vsq; in hãc diẽ, & per d. D. Iud. commissarios Apost. venditionẽ prædictam ipsi P. a dictis monialibus factam, dictumque instrumentum publicum desuper confectum Apostolica auctoritate eis commissa, & qua funguntur in hac parte confirmari cum in euidentem dicti monasterij necessitatem pariter, & vtilitatem cesserit, & cedat

ratio-

rationibus, & causis per eos supra deductis, & allegatis & per dictos testes, vt ipsi firmiter tenent probatis darique licentiam dicto N. depositario ex dicto precio satisfaciendi dictis creditoribus de eorum creditis respectiue, & prædictas reparationes, & instaurationes de reliquo ipsi monasterio fieri faciendi, & operarijs eorum mercedem soluendi, decretumque Apostolicum in præmissis interponi, ac defectus si qui forsan in his interuenerint suppleri, omniaque & singula alia fieri, & exequi in præmissis necessaria requisita & opportuna iuxta prædictarum literarum vim formam continentiam, & tenorem cum omni debita instantia postularunt.

Et dicti D. Iudices, & commissarij Apostolici, vt & vbi supra pro tribunali sedentes visis & diligenter consideratis suprascriptis literis Apostolicis, & omnibus & singulis in illis contentis, visa petitione & bonorum designatione coram illis facta, & instrumento venditionis, de quo in dictis literis fit mentio coram eis supra exhibito, & producto, & omnibus & singulis alijs coram illis superius exhibitis, & productis, & in hoc processu registratis, præcipue autem supra nominatis testibus, eorumque dictis & depositionibus exacte, & cum debita maturitate discussis, & consideratis, asserentes tamen eorum dictis, & depositionibus, quam alias per diligentem informationem per eos de, & super expositis coram illis & contentis in dictis literis Apostolicis & in petitione suprascripta coniunctim habitam eis constitisse, & constare narrata, & exposita in dictis Apostolicis literis vera esse, & venditionem prædictam, de qua in dictis literis fit men-

fit mentio in euidentem dicti monasterij necessitatem, & vtilitatem cessisse, & cedere, ea propter instantibus, & petentibus dictis P. principali, & F. procuratore prædicto dicto nomine talem in huiusmodi commissionis, & executionis negocio confirmatoriam tulerunt sententiam huiusmodi sub terore, videlicet.

Nos, &c. in hac parte commissarij, & executores Apostolici visis literis Apostolicis nobis per dictos P. principalem, & F. procuratorem, & procuratorio nomine dicti Monasterij S.M. & monialium illius præsentatis, visoque dicto publico instrumento venditionis de quo in eis fit mentio, & omnibus & singulis in eo contentis, & specialiter instrumento mandati in illo inserti, visis positionibus, & articulis dictarum partium, visis testibus coram nobis productis, & a nobis receptis, & ad iurandum admissis, & coram nobis examinatis, eorumque dictis, & depositionibus a nobis diligenter, & mature perpensis, & consideratis, quia nobis coniunctim in prædicto negocio procedentibus ex prædictis clare, et euidenter constitit, & constat venditionem prædictam, & dictum instrumētum desuper confectum in euidentem dicti monasterij necessitatem, & vtilitatem cessisse, & cedere. Ea propter auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua in hac parte fungimur, dictam venditionem, & instrumentum prædictum desuper factum, & omnia, & singula in eis contenta omni meliori modo, quo possumus, approbamus, & confirmamus, robur Apostolici decreti illis adijcientes supplentesq; omnes, & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan interuenerunt in eisdem. Dictoq; N. depositario ante-

dicto dictas pecunias partim debitoribus dicti monasterij persoluendi, & partim in reparationes, & instaurationes necessarias eiusdem conuertendi, & illarum comentarijs manualibusque operarijs exsoluendi licentiam, plenamq; & omnimodam concedimus facultatem: Non obstantibus his, quæ prælibatus Sanctissimus Dominus noster Papa in suis Apostolicis literis voluit non obstare.

Ita pronunciaui ego, &c. Iudex, & commissarius Apostolicus, &c.

Ita pronunciaui ego, &c. Iudex & commissarius Apostolicus, &c.

Lata, data, lecta, & his scriptis pronunciata, & promulgata fuit suprascripta sententia, & omnia, & singula suprascripta facta fuerunt per dictos D. Iudices, & cōmißarios Apost. vt & vbi supra pro tribunali sedentes sub Anno ab Incarnatione Dominica M. &c. Indictione, &c. Die vero, &c. Pontificatus, &c. & Sereniß. Franc. Medice, &c. præsentibus ibidē prouidis viris, &c. testibus, &c. Præsentibus etiā dictis P. principali, & F. procuratore prædicto dicto nomine, & omnia, & singula suprascripta recipientib. & acceptantib. Super quib. omnibus, & singulis ijdē Dñi Indices, & cōmißarij Apostolici mandauerunt, ipsi vero P. principalis, & F. procurator petierunt sibi a me notario publico infrascripto publicum fieri instrumentū, & instrumenta, vnum, seu plura. Acta fuerunt pręmißa oīa, & singula in dicto Palatio, &c. Præsentib. suprascriptis testib. &c. respectiue, necnon præsentib. ad ea quæ hodie gesta sunt dictis, &c. testib. ad prædicta hodie gesta vocatis habitis specialiter, atq; rogatis.

Scien-

Sciendum est, quod aliquando fiunt instrumẽta publica venditionum, & aliarum alienationũ bonorum ecclesiasticorum, cum reseruatione beneplaciti Apostolici: Deinde impetrantur literæ a sede Apostolica super eorum confirmatione quæ pręsentantur Commissarijs, quibus prædictę literæ diriguntur, & coram illis formatur processus, & examinantur testes, qui probent vtilitatem, & necessitatem, vel vtilitatem tantum ecclesiæ alienantis bona, & eo probato instantibus partibus, sententia confirmatoria a iudicibus commissarijs fertur in omnibus, & per omnia, prout in præcedenti processu continetur.

Aliquando literæ Apostolicæ ante confectionem instrumenti venditionis, vel cuiusuis alterius generis alienationis impetrantur, in quibus continetur petitio licentiæ alienandi bona ecclesiastica nomine monasterij, vel rectoris ecclesiæ Apostolicæ sedi facta, quæ literæ similiter præsentantur Dominis commissarijs, quibus directæ sunt, & coram eis exhibetur, seu fit pretio alienandi, & in ea deducitur causa alienationis, scilicet, vel vtilitatis, vel necessitatis, vel vtriusque ipsorum, & deinde inducuntur, & examinanrur testes in forma solita, & consueta, quibus examinatis, & verificatis prędictis partes comparent corã ipsis Dominis Iudicibus, & commissarijs, et petunt sibi dari licentiã faciẽdi eiusmodi venditionẽ, et alienationẽ, quo ab illis obtenta deuenitur ad cõfectionẽ instri super d. venditione, & alienatione, & vigore

licentiæ prædictę celebratur eiusmodi instrumentum, quod postquam est confectum solet instantibus partibus confirmari, quatenus eius constet de allegata vtilitate, & necessitate, vel de altera ipsarum cum interpositione Apostolici decreti, ac defectuum (si qui in eis interuenerint) suppletione iuxta formam sententiæ confirmatoriæ, quam d. D. commissarij desuper fuerunt.

Contractus locationis in emphyteosim perpetuā: In quo est aduertendum, quod confirmationes huiusmodi locationum in perpetuum cum summa difficultate a sede Apostolica his temporibus impetrātur, & propterea ab aliquibus annis citra fieri consueuerunt vsque ad tertiam generationem inclusiue, & eo modo factæ, quando ad ecclesiæ vtilitatem cedunt, solent de facili confirmari, seu illarum confirmationes a summo Pontifice committi commissarijs &c.

Publice pateat, quod conuocatis, &c. de mandato Reuerendi patris, &c. ad sonum campanulæ capitularis, & seruatis seruandis, &c. ob conuocationem prædictam in vnum conuenere infrascripti monachi: Quorum nomina in fine præsentis instrumenti describentur: Qui Asserentes esse vltra duas tertias partes, &c. & representare vniuersum capitulum, &c. & penes eos sic congregatos eße plenam, & omnimodam facultatem & potestatem, &c. & vna conuenisse ad infrascripta pro dicto eorum monasterio vtiliter faciendum super quibus non semel tantum, sed

bis,

bis, & ter ad inuicem tractauerunt,&c. bisq; tribus debitis, & de iure requisitis præcedentibus tractatibus per debita temporum interualla inter eos rite,& solemniter celebratis,&c. nomine dicti eorum monasterij,& pro euidenti illius vtilitate saluo tamen,& reseruato in omnibus infrascriptis beneplacito S. sedis Apostolicæ impetrando intra biennium ab hodie omnibus expensis infrascripti conductoris, & non alias aliter, &c. omni meliori modo, &c. dederunt, locauerunt, &c. D. præsenti, & pro se principaliter, & deinde pro suis filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus per directam lineam masculinam, & quoad dicta eius linea, & descendentia durauerit, & non vltra conducenti, & stipulanti, &c. Vel dicas sic si locatio fiat ad tertiam generationem. *Ipsi D. præsenti,& pro se principaliter,& deinde pro suis filijs, nepotibus, & pronepotibus ex eo directe descendentibus masculis legitimis, & naturalibus,& sic ad tertiam generationem inclusiue conducenti, & stipulanti, &c.* Et si locatio fiat ad vitam conductoris, dicas. *Præsenti, & pro se, & ad eius vitam, & sua ipsius conductoris vita naturali durante,& donec ipse naturaliter vixerit, & non vltra conducenti,& stipulanti, &c. infrascripta bona, videlicet, vnum prædium cum domo, &c. Ad habendum, &c. vna cum omnibus,&c.& quæ bona locata prædicti locatores constituerunt se tenere,&c. pro dicto conductore,&c. donec illorũ possessionem acceperit, &c. quam accipiendi,&c dederunt ei licentiam,&c. constituentes procuratorem, &c. & ex causa locationis prædictæ,&c. cesserunt,&c. ipsi conductori præsen-*

ti,&c.omnia iura,&c.quoad vtile dominium tantum, ponentesq; ipsum conductorem præsentem,&c.quoad dominium vtile prædictum in locum, & ius dicti monasterij, promiseruntque ei præsenti, &c. dicta bona locata non molestare, &c. vel molestanti, seu molestantibus consentire, &c. vel molestanti, seu omni persona,&c.& ipsum conductorem,atque illius successores in prædicta conductione manutenere, conseruare, & defendere, &c. & in effectu promiserunt eidem præsenti,&c.defensionem dictorum bonorum,& de illorum euictione in forma solita, & consueta,&c. Hanc autem locationem, & concessionem fecerunt dicti monachi cum pactis, & conditionibus infrascriptis, in primis, quod locatio hæc incipiat, &c. Item quod dictus conductor teneatur soluere ipsis monachis ratione intraturæ, seu inuestituræ, dictorum bonorum scutos,&c. Quos ipse conductor actualiter soluit in prompta, & manuali pecunia dictam summam constituenti præfatis monachis, & pro eis, & de eorum consensu D. eorum Camerario, & procuratori præsenti,& ad se trahenti,&c. conuertendos, vel in emptionem bonorum stabilium bene cautorum,& securorum pro dicto monasterio, vel in eorum vrgentes necessitates, &c. quos ipsi monachi habuerunt, & receperunt, &c. & illos sic conuertere promiserunt, &c. vocantes se de illis a dicto conductore præsente, &c.bene,& integre solutos,&c.& insuper soluere teneantur ipsi monasterio, & monachis illius pro tempore in eo existentibus ratione canonis, & liuelli dictorum bonorum quolibet anno durante præsenti locatione de mẽse,&c.scutos,&c.Ac etiam teneantur,

&

& obligati sint bona prædicta meliorare, &c. & illa de viginti nouem annis in viginti nouem annos a dicto monasterio recognoscere, & publice confiteri ea liuellaria esse dicti monasterij, &c. Item quod non possint ipsa in totum, vel in partem vendere, ad longum tempus locare, in dotem dare, aut quouis modo alio alienare, &c. sine expressa licentia monacorum dicti monasterij pro tempore existentium, quod si fecerint sine licentia prædicta, aut si in solutione dicti annui canonis, & liuelli scutorum, &c. per biennium integrum cessauerint, &c. in casibus prædictis, & in quolibet ipsorum, & etiam finita linea, & descendentia prædicta.

Dicas sic si fuerint conducta in emphyteosim perpetuam: Si vero conducta fuerint ad tertiam generationem dic sic:

Et finita dicta tertia generatione dicti D. conductoris, &c. dicta bona libere reuertantur, &c.

Si autem ad vitam conducta fuerint, dicatur:

Et etiam finita vita ipsius D. conductoris suprascripta bona supra contenta, & confinata libere reuertantur & reuersa, & deuoluta esse intelligantur, & sint ad ipsum monasterium cum omni superficie, & cum omnibus eorum melioramentis, & tunc liceat ipsis monachis, vel cuicunque eorum procuratori dicta bona etiam sua propria auctoritate, &c. intrare, &c. & ad gabellam integram ipsius conductori, a qui promisit, &c. dictos locatores indemnes releuare, & conseruare, &c. Quæ omnia, & singula, &c.

Concessio ad liuellum facta a Rectore ecclesię de bonis illius.

Dominus N. Rector ecclesiæ S. &c. cupiens dictæ suæ ecclesiæ conditionem efficere meliorem nomine dictæ suæ ecclesię, & pro euidenti illius vtilitate, saluo tamen, & reseruato semper in omnibus, & singulis infrascriptis beneplacito. & assensu S. sedis Apostolicæ impetrando intra vnum Annum ab hodie proxime futurum omnibus impensis infrascripti conductoris, & non alias aliter, nec alio modo per se, & suos in ea successores omni meliori modo, &c. dedit, locauit, & concessit, &c. D. præsenti, & pro se principaliter, & deinde pro suis filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus per directam lineam masculinam, & quoad dicta eius linea, & descẽdentia durauerit, & non vltra conducenti, &c.

Aduerte, quod cum maxima difficultate conceditur his temporibus confirmatio huiusmodi instrumentorum locationum liuellariarũ perpetuarũ, sed solũ ad tertiã generatioñe, ad summũ, vt supra dictũ est, & propterea si bona dantur ad tertiam generationem, dicas hoc modo, videlicet.

Præsenti, & pro se principaliter, & deinde pro suis filijs, & nepotibus, ac pronepotibus legitimis, & naturalib. &c. & sic ad tertiam generationẽ: Vel dicas: *præsenti, & pro se, & eius vita naturali durãte, & quamdiu ipse cõductor naturaliter vixerit.* Hoc dicendũ est si locatio fuerit facta ad uitã: *Conducenti recipiẽti, et stipulãti inscrascripta bona, videlicet. Vnũ prędiũ, &c. Ad habendũ, &c. vna cũ omnib. &c. cum clausula cõstituti, cessione iuriũ, &c. quoad vtile Dominium.*

minium tantum constitutione procuratoris, promissione defensionis, & de euictione, &c. in forma solita, & consueta, &c. Et prædictam locationem, & concessionem fecit cum pactis, & conditionibus infrascriptis, videlicet. In primis quod præsens locatio incipiat, &c. Extende iuxta formam instrumẽti proxime præcedentis mutatis tamen mutandis.

Recognitio bonorum liuellariorum facta ab emphyteota.

C. &c. liuellarius ecclesiæ S. &c. in infrascriptis bonis ipsius ecclesiæ, non vi, dolo, &c. sed sponte, &c. per se, & suos successores. &c. & omni meliori modo, &c. recognouit, & publice confessus fuit tenuisse, & tenere ad liuellũ &c. ab ecclesia S. &c. & pro ea a R. eius Rectore præsente, & pro ea recipiente, & stipulante, &c. Vel si fuerit absens, dicas: *Licet absente, me notario publico præsente, & pro illa, & illo recipiente, & stipulante, &c. infrascripta bona, videlicet: Vnum prædium, &c. pro annuo canone, & liuello, seu responsione scutorum, &c. Et cum pactis, & obligationibus, ac modo, & forma in instrumento publico locationis, & concessionis liuellariæ, rogato a ser T. notario pub. Flor. sub die, &c. Mensis, &c. M. &c. latius expressis, & promisit, &c. ipsi R. Rectori prædicto præsenti, & pro dicta sua ecclesia recipienti, &c. vel licet absenti mihi notario publico præsenti, & pro eo recipienti, &c. de dicto annuo liuello scutorum, &c. dictæ ecclesiæ debitis temporibus respõdere, ac pacta, & obligationes in pdicto instrumẽto liuellario cõtẽtas attẽdere, et obseruare, &c. sub pœnis, obligationib. renũciationib. et clausulis in d. instrumẽto liuellario cõtẽtis.*

Aduerte

Aduerte, quod si fiat recognitio in absentia rectoris ecclesiæ est necessarium prædictam recognitionem illi intimare, & notificare facere per viam alicuius curiæ ecclesiasticæ, ne vllam de ea ignorantiam prætendere valeat.

Venditio bonorum feudalium facta a feudatario de consensu domini directi dominij eorundem bonorum.

Prouidus vir I. &c. feudatarius Reuerendissimi Domini, &c. Archiepiscopi Florentini, & eius mensæ Archiepiscopalis in infrascriptis bonis faciens omnia, & singula infrascripta in præsentia & cum consensu, ac licentia infrascripta per se, & suos in infrascriptis bonis successores, &c. & omni meliori modo, &c. dedit, & vendidit, &c. N. &c. præsenti, &c. & pro se, & suis filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & donec dicta sua descendentia durauerit, vsque ad vltimum inclusiue recipienti, ementi, & stipulanti, &c. infrascripta bona feudalia, videlicet. Vnum prędium, &c. vna cum omnibus, &c. omniq; iure, &c. ad habendum, &c. cum clausula constituti, &c. cessione iurium, quoad vtile Dominiũ tantum, &c. constitutione procuratoris, &c. promissione defensionis generalis, & in casu euictionis infrascripti precij restitutionem secundum stilum notariorum ciuitatis Florentiæ, & præsertim mei notarij latissime extendendum: Hanc autem venditionem, & iurium cessionem fecit dictus I. pro precio, & nomine veri, et iusti precij ducatorum ducentorum auri ad rationem

libra-

librarum septem monetæ Florentinæ pro quolibet ducato, & ad integram gabellam dicti N. a qua promisit ipsum I. venditorem indemnem releuare, &c. quos ducatos ducentos præfatus emptor actualiter soluit, & numerauit ipsi I. venditori præsenti, & ad se trahenti, &c. in varijs monetis dictam summam ducatorum ducentorum constituentibus, quos ipse venditor habuit, & recepit, & vocauit se de illis a dicto empore præsente, &c. bene solutum, &c. Et prædictam venditionem fecit dictus I. cum consensu, & de licentia C. Camerarij, & procuratoris ad infrascripta dicti Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Florentini, prout de suæ procurationis mandato ad infrascripta constat, & apparet publico instrumento rogato a ser N. notario publico Florētino sub die, &c. ibidem præsentis, & dicto procuratorio nomine prædicto venditori in his consentientis, decretumque, & auctoritatem dicti Reuerendiss. D. Archiepiscopi Florentini interponentis, quia dictus N. emptor ipsi procuratori præsenti, & ad se trahenti soluit solitum laudemium, & inuestituram, videlicet scucos, &c. Quos dictus C. camerarius, & procurator habuit, &c. vocans se de eis bene pagatum, &c. & etiam quia ipse emptor nomine suo, & pro se, & suis in dictis bonis successoribus, promisit, &c. tradere, & consignare quolibet anno nomine feudi ipsi Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Florentino, pro tempore existenti, & eius mensę Archiepiscopali de Mense Augusti cuiuslibet Anni in Archiepiscopali Palatio Florentino, sextaria, &c. grani boni, & merçantilis, quæ sextaria, &c. deleri, & leuari debeant

beant

Aduerte, quod si fiat recognitio in absentia rectoris ecclesiæ est necessarium prædictam recognitionem illi intimare, & notificare facere per viam alicuius curiæ ecclesiasticæ, ne vllam de ea ignorantiam prætendere valeat.

Venditio bonorum feudalium facta a feudatario de consensu domini directi dominij eorundem bonorum.

Prouidus vir I. &c. feudatarius Reuerendissimi Domini, &c. Archiepiscopi Florentini, & eius mensæ Archiepiscopalis in infrascriptis bonis faciens omnia, & singula infrascripta in præsentia & cum consensu, ac licentia infrascripta per se, & suos in infrascriptis bonis successores, &c. & omni meliori modo, &c. dedit, & vendidit, &c. N. &c. præsenti, &c. & pro se, & suis filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & donec dicta sua descendentia durauerit, vsque ad vltimum inclusiue recipienti, ementi, & stipulanti, &c. infrascripta bona feudalia, videlicet. Vnum prędium, &c. vna cum omnibus, &c. omniq; iure, &c. ad habendum, &c. cum clausula constituti, &c. cessione iurium, quoad vtile Dominiũ tantum, &c. constitutione procuratoris, &c. promissione defensionis generalis, & in casu euictionis infrascripti precij restitutionem secundum stilum notariorum ciuitatis Florentiæ, & præsertim mei notarij latissime extendendum: Hanc autem venditionem, & iurium cessionem fecit dictus I. pro precio, & nomine veri, et iusti precij ducatorum ducentorum auri ad rationem

libra-

librarum septem monetæ Florentinæ pro quolibet ducato, & ad integram gabellam dicti N. a qua promisit ipsum I. venditorem indemnem releuare, &c. quos ducatos ducentos præfatus emptor actualiter soluit, & numerauit ipsi I. venditori præsenti, & ad se trahenti, &c. in varijs monetis dictam summam ducatorum ducentorum constituentibus, quos ipse venditor habuit, & recepit, & vocauit se de illis a dicto empore præsente, &c. bene solutum, &c. Et prædictam venditionem fecit dictus I. cum consensu, & de licentia C. Camerarij, & procuratoris ad infrascripta dicti Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Florentini, prout de suæ procurationis mandato ad infrascripta constat, & apparet publico instrumento rogato a ser N. notario publico Florẽtino sub die, &c. ibidem præsentis, & dicto procuratorio nomine prædicto venditori in his consentientis, decretumque, & auctoritatem dicti Reuerendiss. D. Archiepiscopi Florentini interponentis, quia dictus N. emptor ipsi procuratori præsenti, & ad se trahenti soluit solitum laudemium, & inuestituram, videlicet scucos, &c. Quos dictus C. camerarius, & procurator habuit, &c. vocans se de eis bene pagatum, &c. & etiam quia ipse emptor nomine suo, & pro se, & suis in dictis bonis successoribus, promisit, &c. tradere, & consignare quolibet anno nomine feudi ipsi Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Florentino, pro tempore existenti, & eius mensę Archiepiscopali de Mense Augusti cuiuslibet Anni in Archiepiscopali Palatio Florentino, sextaria, &c. grani boni, & merçantilis, quæ sextaria, &c. deleri, & leuari debeant

beant

beant ex post a dicti venditoris, & poni, & describi sub posta dicti emptoris, & quia dictus emptor conuenit, &c. cum dicto C. camerario, & procuratore dicti Reuerendiß. D. Archiep. quod ipse, & sui in dictis bonis successores, & dicta bona ab eo, vt supra empta, semper subsint, & obnoxij, et obnoxia semper sint, omnibus, & singulis pactis feudalibus consuetis, quibus subsunt alij feudatarij, aliaque bona feudalia dicti Archiepiscopatus; & quod non posint ea in totum, vel in partem vendere, donare, in dotem dare, nec alium contractum a iure prohibitum de illis facere sine expressa licentia dicti Reuerendiß. D. Arch. vel eius procuratoris, quod si fecerint sine licentia prædicta, aut si in solutione dicti annui feudi per biennium integrum cessauerint &c. in casibus prædictis, & in quolibet ipsorum, & etiam finita descendentia prædicta ipsius cōductoris suprascripta bona intelligantur esse, & sint reuersa, & deuoluta ad ipsum Archiepiscopatum, & eius mensam Archiepiscopalem, vna cum omnibus eorum melioramentis etiam quantuncunque magnis, & excessiuis, & liceat in his casibus, & in quolibet eorũ ipsi Reuerendissimo D. Archiep. pro tempore existenti, vel cuicunque suo legitimo procuratori dicta bona intrare, & propria auctoritate possessionem illorum apprehendere sinę decreto alicuius iudicis, vel curię, & cum pacto, &c. quod gabella ratione huius instrumenti communi Florentiæ persoluenda, solui debeat per dictum conductorem, a qua promisit, &c. ipsum venditorem D. N. indemnem, & penitus sine damno releuare, & conseruare, & hęc fecit dictus venditor in præsentia, & de consensu, vt supra dictum est,

ipsius


ipsius Camerarij, & procuratoris dicti Reuerendiss. D. Archiep. auctoritatem, & decretum eiusdem Reuerendiss. D. Archiep. in his interponentis, &c. & ipsum emptorem tanquam legitimum feudatarium dicti Archiepiscopatus, & eius mensę Archiepiscopalis dictis suprascriptis bonis inuestientis per actus solitos, & consuetos, &c. Qui N. emptor fidelitatem, &c. iurauit, &c. Quæ omnia, &c. promiserunt attendere, &c.

FINIS.

Registrum.

† *A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee.*

Omnes sunt Quaterniones, præter Y. Duernio.





Florentiæ apud Iuntas, 1587.

